Ex libris Academiae Valentinae legatis a D. D. Joachimo Llombart in eodem Medic. Profes.

# PLANTARVM

SEV

# STIRPIVM HISTORIA,

MATTHIAE DE LOBEL INSVLANI.

Cui annexum eſt ADVERSARIORVM VOLVMEN.

*Reliqua ſequens pagina indicabit.*

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori
Plantini Architypographi
Regij. M.D.LXXVI.

# ADVERSARIORVM ILLVSTRATIONES, CASTIGATIONES, AVCTARIA, CONIECTANEA,

Nominum & opinionum CONSENSVS, & HARMONIA,
SELECTIORA quædam REMEDIA & SVCCEDANEA.

Cum GVILLIELMI RONDELLETII antiballomenon emendatioribus tabulis, nunquam antea excuſis.

ALEXANDER PP VI · VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONVM

# VNIVERSIS GALLIAE BELGICAE ANTIQVISSIMIS, SIMVL ET NOBILISSIMIS ORDINIBVS, GVBERNATORIBVS, DEFENSORIBVS ET MAGISTRATIBVS,

*Operis augmentum & emolumentum.*

NON poſſum, viri illuſtres ac totius Galliæ Belgicæ præfecti, gubernatores ac magiſtratus clariſſimi, huiuſce communis patriæ noſtræ calamitates piis lachrymis vobiſcum ſeriò non deplorare, quæ deteſtando atque execrabili hoc bello ciuili tam miſerè atque hoſtiliter hinc inde dilaceratur, vt non tantùm vrbes, & firmiſſimas munitiones funditus dirutas ſpectemus, multaque hominum millia aquis, ferro, fame & incendio extincta, ſed etiã mutuis populationibus agricolas paſſim profligari, exterminari, & Muſarum Pieridumque chorum, qui in amœniſſima huiuſce prouinciæ viridaria, relicta Græcia & tantum poëtis antiquis decantato Helicone, ſua ſponte à multis iam annis commigrauerat, ferè hinc infeſtiſſimis armis diſturbari. Quos caſus tam infelices, & damna irreparabilia ſine ſummo dolore aſpicere nemo vir bonus ac pius queat. Eſt enim tota hæc Galliæ-Belgicæ nobiliſſima & antiquiſſima prouincia, (quæ iam pridem, ſub Flandriæ aut inferioris Germaniæ nomine terrarum orbi inclaruit) tanquam celeberrimũ totius Europæ emporium, in quod quicquid vſquam terrarum eſt eximium aut expetendum, cumulatè terra marique aduehitur, omneſque Europæ, Aſiæ, atque Africæ theſauri congeſti ſunt; præclaris ingeniis, in omni genere artium ac ſcientiarum excellentibus, fertiliſſima. Et quamuis is cæli tractus Septentrionalis enutriendis innumeris plantis minus ſit idoneus, ob frigorum ſæuitiam & longas hyemes & continuas durabileſque ei incumbentes cæli tempeſtates, atque iniurias; tamen ea eſt incolarum induſtria, ſedulitas ac pertinax in tutandis à prædictis incommodis tenerioribus plantis diligentia, vt nulla ſtirps toto orbe inueniri poſſit, quæ non improbo labore & indefeſſa opera clariſſimorum heroum & virorum illuſtrium, nullis impenſis parcentiũ, nouis hîc artibus educetur, alaturque egregiè: vnde non immeritò in excolẽda re herbaria, antiquiſſimo ſtudio, ſummiſq; viris digniſſimo, primã laudem Belgis obtulerim. Nam in hac vna prouincia plures herbarum, fruticum, arborumque diuerſitates inuenias, quàm in antiquiſſima Græcia, ſpatioſiſſima Hiſpania, Germania, Anglia, Francia, cultiſſima denique Italia, aut aliquo huic circumiacente regno aut prouincia. Quæ quãuis innumeros penè, ſedulos hortorũ cultores habeat; hi tamen ex numero mihi cognitorũ virorũ, & generis ſtemmate & literis nobiliũ,

 præci-

præcipui ſunt, D. Carolus de Croy princeps de Chimay, Petrus de Boſſu D. de Ieumont, Carolus de Boſſu Bruxellarum vicecomes; piæ memoriæ D. D. Reuerendiſſimus Dominus Gilbertus d'Oignies, Neruioru epiſcopus, & Ioannes de Brancion: Carolus de Houchin D. de Longaſtre, Ioannes Dilfius, Ioannes Boiſot, Iacobus Vtenhouius, Philippus Deurnagle D. de Vroyland, D. Ioannes de Limoges, aliàs Nonnius, & Carolus Cluſius, horti Cæſareæ maieſtatis Maximiliani Imperatoris præfectus, clariſſimus & exactiſſimus, vt ſiquis alius, rei herbariæ ſcriptor: ipſique regij profeſſores antiquiſſimæ & nobiliſſimæ Louanienſis Academiæ Petrus de Breughel, Cornelius Gemma, & Ioannes Viringus; quos, quòd in hoc ſtudio cæteros ferè præcellant, hîc honoris cauſa, vti [illegible] eſt, nomino; quique in hoc concinnando opere, maximo mihi adiumento fuerunt, ſubminiſtratis innumeris raris ac ſingularibus plantis, quas magnis expenſis Conſtantinopoli, ex Græcia, Hiſpania, Italia, cæteriſque Aſiæ atque Africæ regionibus, & nuper reperto nouo orbe, inſtruendorum ditandorumque hortorum ſuorum cauſa cõpararant; aliiſque quamplurimis herbis, quas olim eis ex Italia, Gallo-prouincia ac Lingua-gottica miſeram, quarũ mihi ſeminaria in turbis Lugdunenſibus perierant. Quapropter veritus ne hiſce deploratiſſimis temporibus, earum quoque quæ mihi ſunt reliquæ, iacturam facerem: in animum meum induxi, hæc noſtra Stirpium aduerſaria ſuperioribus hiſce annis in lucem edita, auctiora, & emendatiora nunc, multiſque nouis additis plantis reſarcire, dilucidiúſq; explicare quæ in priore editione dicta fuerant obſcuriùs, additis herbarũ facultatibus ex Dioſcoride, Galeno & priſcis, quò ſcriptis noſtris plus accedat auctoritatis & ponderis; melius enim eſt à fontibus haurire, quàm riuulos conſectari. Sunt enim recentiorum complures qui profitentur, ſumméque gloriantur noua ſe inueniſſe remedia, nouáſque præparandorũ medicamentorũ formulas, è quorũ numero tenebricoſis ſuis ſcriptis eſt Paracelſus, eiúſq; aſſeclæ; cùm tamen in Dioſcoridis, aliiſque veterum auctorũ monumẽtis, huiuſcemodi extrahendarũ facultatum herbarũ, præparandorúmq; medicamentorũ rationem poſteris traditã legamus. At ne rem eandem, quorundam more, ſæpius repeterem, textum Galeni, Æginetæ, Plinij, aliorúmque veterum ad verbum deſcriptũ huic noſtro opuſculo minimè inſerendum iudicaui: tantùm lectorem admonui eorum quæ à Dioſcoride omiſſa & ab aliis addita fuerunt, adiectis tamen honoris cauſa auctorũ nominibus, ne quenquã, aut ingenij, aut laborũ gloria, quod iniquum foret, defraudarem. Quinetiã ſæpenumero multos locos Dioſcoridis de herbarũ viribus, earúmque cauſis per Galenum explico. Galenus namque teſtatur nullum omnium eorũ, qui de re herbaria ante ſua tẽpora ſunt cõmentati, Dioſcoride accuratiùs, aut veriùs, aut doctiùs ſcripſiſſe, quem vnum ſequendum monet, ſéque eius interpretem eſſe pluribus locis fatetur; ei ſoli totã ſimplicium medicamentorum ſcientiam acceptam refert: neque eum pudet Dioſcoridis textum ad verbum paſſim ſuis ſcriptis inſerere. Comprimant igitur maledicum os ſiturũ inepti blaterones, qui eruditiſſimi Dioſcoridis, &

dis, & omnium doctorum calculo in re herbaria principis, ſcripta omnia, nihil niſi empiriam eſſe cauillantur. Eſt enim turpiſſima illa imperitorum hominum conſuetudo, vt ea improbent ac reprehendant, quæ ob ingenij tarditatem aut ſocordiam aſſequi nequeunt, & propter vitioſitatem & ſuperbiam, aliena contemnunt, ſua tantùm admirantur.

Nec tamen interea vbique cauſarum, operationum & facultatum rationem curioſiùs reddere ſtudui, aut ſimpliciũ medicamentorũ qualitates ſecundas, tertias, quartas, aut etiam occultas explicare, ea ſtudioſi lectoris induſtriæ breuitatis cauſa relinquens: quamquã eas qualitates magna ex parte in quambreuiſſimam tabulam redegeram, ac ſimiliter notas comparationes, ac ſigna herbarum inter ſe aliquam ſimilitudinem habentium, foliorum, radicum, florum, ſeminum, fructuum, aut aliarum partium in gratiam tironum: ſed horum temporum calamitas & impenſæ immodicæ huiuſce operis progreſſum retardant, aliàs tamen opportunitatem nactus & otium, id quoque, Deo fauente, abſolutum in lucem dabo. Nunc quoniam in nominibus ſtirpium, herbarumque magna eſt confuſio, quòd vnuſquiſque pro arbitrio, vel maximè exoticis ac peregrinis nominibus, eas nuncupet (quod baptizare iſti vocant) adieci in ſtudioſorum gratiam eorundem nominum conſenſum atque harmoniam.

Cæterùm cùm apud me haberem ſuccinctum tractatum G. Rondelletij De vſu & compoſitione medicamẽtorum minoratiuorum, præparantium, purgantium & eradicãtium, variis remediorum formulis, eum, quòd nunquam antehac in lucem fuerit editus, aut prætermiſſus in eius libro De internis, hiſce noſtris commentariis in ſtudioſorũ gratiam libenter adiunxi.

Suſcipite igitur, viri illuſtriſſimi, has Stirpiũ noſtras obſeruationes ęquis animis, quas ad communis patriæ noſtræ vtilitatem denuo in lucem emittimus. Quas ſi vobis acceptas eſſe intellexero, dabo operam vt his locupletiſſimis ſtirpium iconibus haud pænitendus numerus accedat; namque

*Excitat ipſe fauor ſtudium, laudataque virtus*

*Creſcit, & immenſum gloria calcar habet*, vt ait poeta. Deus Opt. Max. huic cultiſſimæ prouincię, vobis autem gubernantibus, & magiſtratus munia obeuntibus, magna cum veſtra gloria, rerum omnium felicem ſucceſſum concedat, & pacem vitamque ad felicem producat ſenectam.



ALEXANDER PP VALENTINUS FERDINANDUS DEI GRA REX ARAGONUM




FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONVM · ALEXANDER PP VALENTINVS

# MATTHIÆ DE LOBEL
## FRANCISCVS HEMVS INSVLANVS.

PErlegi, inq́ manus iam terq́ quaterq́ reſumpſi,
Artis Matthia Doctor Apollineæ;
Perlegi quod opus docto de pectore promptum
Publica mox populi mittere in ora paras.
Quàm varium, quàm diues opus! ſpectare nouarum
Plantarum formas quot, ſpeciesq́ datum!
Quot facies florum! vario queis ſemine natis
Et vis eſt impar, diſſimilisq́ color.
Illic tum violas, Amaranthos, tumq́ Hyacinthos,
Narciſſos videas, multiplicesq́ roſas:
Irida, cæleſtem quæ mille coloribus arcum
Exprimit, & rorem, prætenuesq́ crocos;
Atque alios alio celebratos nomine flores,
Commendat varius quos odor atque color.
Ipſe quidem haud vnis depictos floribus hortos
Fingebam læto me peragrare pede;
Dilectos Cereri quondam, quos fertilis Enna,
Quos habet exculto Sicelis Hybla ſolo:
Huius vbi nata aſſuetis comitata puellis
Carpebat florum ſæpius omne genus.
Gratia debetur tibi maxima docte Lobelli,
Qui ditas plantis Belgica culta nouis:
Quas è longinquis ſparſim regionibus adfers,
Percurriſſe leui quas pede dulce fuit;
Antiqui campos Latij, ſaturnia regna;
Regnaq́ quæ duplicis verberat vnda maris;
Et totam, donat cui Narbo vocabula, terram,
Et quam Francus arat vomere; quamq́ vaga
Anglorum ſedem circumſonat Amphitrite;
Et te Teutonicis terra habitata viris.
Nec ſatis hoc, vires etiam, doteſq́ recludis

Natiuas

*Natiuas, & quo quæq; ſit orta loco.*
*Idq; noua methodo præſtas, atque ordine pulchro,*
*Confuſum vt lector nil reperire queat.*
*Ergo tolle moras: poſcenti excudere formis*
*Calcographo ingenij da monumenta tui,*
*Intra qui populoſa tuos Antverpia muros*
*Inter calcographos regia ſceptra tenet.*
*Nec mora, fama tui populorum exibit in ora,*
*Fies Eois notus, & Heſperiis.*
*Tunc noua mi tacitum mulcebunt gaudia pectus,*
*Aſtraq; contingam vertice celſa meo:*
*Dum recolam ſub me linguam didiciſſe Latinam,*
*Artibus & pectus excoluiſſe bonis.*
*Vnde ſeges tam læta breui ſuccreuit in auras,*
*Quam tuus immenſo fœnore reddit ager.*
*Tolle moras: audi iuuenum tot vota precantum,*
*Subdit quorum animis ars tua Phœbe faces.*
*Nocturni verſare ardent, verſare diurni*
*Quod te fama loquax euigilaſſe canit.*
*Non poteris vnus tot longum obſiſtere votis:*
*Pande ſinus: portum deſerat vncta ratis.*

SVMMA PRIVILEGII.

CAVTVM *eſt Regio Priuilegio, ne quis alius præter Chriſtophorũ Plantinum librũ hunc cui titulus eſt:* Plantarum ſeu ſtirpium hiſtoria, *intra decenniũ imprimat, aut alibi impreſſum in ſuas ditiones importet, venaléue habeat. qui ſecus faxit, pœna fiſco Regio exſoluenda mulctabitur: vt latiùs in Regio diplomate expreſſum eſt, Dato Bruxellæ, An.* M. D. LXXV. *penultima Iulij.*

*Signat,*

I. Biyleuen.

# MATTHIÆ DE LOBEL
## STIRPIVM OBSERVATIONES.

GRAMINIS OMNE GENVS
*Aduerſariorum pag. 1ª. 2ª. 3ª. & quarta reddendum.*

*Vulgatius* PRATENSE GRAMEN. *pag. 1ª.*

*Belgis* / *Germanis* / *& Anglis.* } gras. *Gallis*, l'herbe de praiz, *& abſolutè* de l'herbe, *quaſi omnium herbarum vulgatiſſima, præcipua, & vſitatiſſima diceretur.*



EXILE GRAMEN *durius.*



HVIVS ſemine vtuntur medici ad obſtructiones viſcerum imitatione Apulei, qui herbam gramen decoquit, & cum ea florem terit, & in panno lenit, & impoſita ſplenis dolores finit. Folia iumenta & boues paſcunt. Dioſc.

Veterinæ ſaginandæ & lactis vbertati longè præcellit dulce: contrà improbatur acidum, vulgò *Saur & aigre.*

GRAMINIS *varietates quamplurimæ.*

NATVRÆ portentoſo luſu quamplurimæ graminis varietates priſcis & neotericis prætermiſſæ aut neglectæ; ſolo, cælo, culmo, folio, radice, iuba, pannicula, ſpica & coma; maioribus, minoribus; anguſtioribus, latioribus; gramineis, iunceis, miliaceis, loliaceis, hordeaceis, triticeis, duntaxat diſcretæ, à quibus quia perſpicuæ, ſuperſedendũ, vel ea ſaltem paucioribus proſequenda duximus.

EXILE GRAMEN *durius.*

FOLIOLIS iunceis acidis vnciam & ſeſquiunciam altis è puſilla filamentis crebris compacta

 radice

radice oritur ſabuletis, ericetis & ſquallido aridioriq; agro Galliæ, Angliæ, Germaniæ & Belgij: panicula & ſemen aceroſa, duriora, peco ri minus grata.

GRAMEN *Typhinum*.



GRAMEN *Cyperoides*.



TYPHINVM iiſdem, quibus proximè deſcriptum, natalibus gaudet, ſed maritimis non ſecus ac mox ſubdendum Cyperoides gramen. Radix item puſilla, capillacea: caulis dodrantalis & pedalis.

CYPEROIDES gramen nuncupari poteſt à radice mutuo cohæſu ſibi implexa, longiuſque radicata, cyperi longi modo, vt ab aliis ſecernatur. Folia habet pedem longa Algæ marinæ quadamtenus, & in cauliculo dodrãtali & pedali faſtigiola vnciam & ſeſquiunciam longa, aceroſa, Typhini graminis ritu.

GRAMEN *Panniculoſum Phalaricides*, Amourettes *vulgo*.

HISPANIS pulchellum gramen *Amourettes* quaſi amatorium, ob venuſtatem dicitur: exili, cirris & fibris implexa radice in dodrantali & pedali culmo, ſpecioſa iubata latiore & lætiore panicula, congeſta, per maturitatem candida. Ex Hiſpania in Belgium ſemen delatum, opera & ſedulitate Caroli Cluſij ſtirpium exoticarum peritiſſimi indeſeſſique veſtigatoris & ſcriptoris. Nar-

bonenſi

bonenſi agro nonnuſquam occurrit. In Gallo-Belgio etiam frequens iuxta Auxiacũ caſtrum, & vicinis locis paſſim.

GRAMEN *panniculoſum.*



GRAMEN *Caninum medicatum. pag. 2ᵃ. Belgis* geen *&* ledtgras *.i. geniculatum. Gallis Chien-dent. Hiſp.* Gramenha *&* Grama.



GRAMINIS vires ex Dioſcoride, Galeno, Plinio, priſcis & neotericis gramineo generi reddendæ, Aduerſariorum folio primo & ſecundo.

DIOSC. *Trita radix * illitu vulnera glutinat. Decoctum eius in potu torminibus † medetur, & vrinæ difficultatibus. Calculoſa etiam veſica excrementa comminuit: & ab inflammationibus placat. *Decocto adiicitur vinum, ac mel ab aliquibus, & thuris & myrrhæ & piperis tertiæ portiones: rurſusq; coquitur in æreo vaſe ad dentium dolores & epiphoras. Semen vehementius vrinam impellit: aluum vomitionesq; ſiſtit.*

* eadem Galenus: modicè enim tum frigida tum ſicca.

† & vulneribus veſicæ decocta in vino. Plinius addit.

* Plin. Gramini Parnaſio hederaceo hæc tribuuntur.

Plura Plin. lib. 24. cap. vltimo, quorum vſus exoleuit.

GAL. Radix modicè frigida eſt & ſicca: mordacitatem quandam exiguam & partium tenuitatem obtinens. At herba ipſa primo quidem exceſſu refrigerat, in humiditate verò & ſiccitate moderata. Porrò ſemen alibi quidem exceſſu refrigerat, in humiditate verò deſiccatorium, & tenuium partium & ſubacerbum.

Graminis radix dulcis eſt & ſubacerba, moderatæ, tenuis & exiguè incidentis ſubſtantiæ, qua citra calfactionem farctus viſcerum reſerat, colluuiem propellit & deterget. Radix vulnera glutinat Apuleio.

GRAMEN *Bulboſum, nodoſum Aduerſ. pag. 2ᵃ.*

Iiſdem temperamento & viribus, quibus Caninum officinarum, pollet.

GRAMEN *Canarium alterum, Iſchæmi pannicula maximo Gramini marino arundinaceo congener. Aduerſ. pag. 4ª.*

*Vſitatum gramen Cluſij.*



CALAMOGROSTIS *Aduerſ. pag. 3ª.*



RARIVS minuſque obuium, vel animaduerſum iſtud; intermedium & cognatum cum Iſchæmo vulgari & Canino gramine, cuius effigiem & formam, cum radice, tum foliis gerit: ſed comoſa digitatim ſparſa florum iubata fætura, Iſchæmi vulgaris vel graminis Mannæ ritu. Eiuſdem cum gramineo Canario generis, facultatis & vſus Hiſpanis, Narbonenſibus Gallis, Francigenis quibus item *Chiendent* appellatur. Semen aceroſum, ſcabrum.

Varietas. Narbonæ maritimis radicum effigiatura & parilitas adeò appropinquat arundini vallatoriæ, vt eandem dixeris.

In Gramine ſulcato pag. 3. deme *&* lege *culmus Panici.*
In Gramine ſtriato albo linea 35. deme *&*.

ISCHÆMON *vulgare Aduerſ. pag. 4ª.*

CANARIA *Plinij Anguilara.*

*Et Gallicrus Apulei, cuius cacumen eſt inſtar pedis Galli.*

Apul. Herbam tritã cum axungia & pane domeſtico imponas, canis morſus mox ſanabis. Eadem ſic, vt diximus, parata duritias diſcutit. Idem, in Gramine.

Gramen in ſe triſurcum habens (nam in plura diuiditur) decreſcente luna ſublatum, plurimum

mum valet ad epiphoras oculorum. Repoſitum habeto diligenter, exinde lippire incipientibus ad collum ligato, celeriter imminentem epiphoram diſcutere & ſanare dicimus.

ISCHÆMON.



GRAMEN *Manna eſculentum Aduerſ. pag. 4ª. Ital. Sanguinella & capriola herba.*



Mammarum durities diſcutere proditur.

TRITICI *genera. Aduerſ. pag. 5ª. & 6ª.*

DIOSCOR. *Tritici genera cruda in cibis teretes tineas gignunt: canum morſibus proſunt manſa & impoſita. Confectus eorum ſimilagine panis, plus alit quàm cibarius. E trimeſtrium farina panis leuiorem cibum præbet, & qui facile in membra demandetur: farina eorum cum hyoſciami ſucco illinitur aduerſus neruorum fluxiones, quæ Græci rheumatiſmata vocant: item contra interaneorum inflationes, lentigines ex oxymelite tollit.*

*Siteniorum farina, contra venenatos ictus cum aceto aut vino commodiſſime illinitur: eadem, ſi decoctæ in glutini modum delingatur, cruentis excreationibus proderit. Contra tuſſim & exaſperatas arterias, cum mentha & butyro decocta, efficax eſt.*

*Tritici pollen ſi ex aqua mulſa, aut hydrelæo decoquatur, omnem diſcutit inflammationem.*

*Panis & crudus & coctus cum aqua mulſa, inflammationes omnes illitu mulcet; cum molliat & quadantenus refrigeret: Sed herbis ſuccíſue huic rei accommodatis admiſceatur. Vetus panis aridus adiectis condimentibus, etiam aluum cohibet. Recens muria maceratus, illitu veteres impetigines ſanat.*

*Glutinum ex ſimilagine & polline quo chartæ glutinantur, ſanguinem excreantibus prodeſt; ſi liquidius ac tepidum cochlearis menſura detur ſorbendum.*

*Furfures autem in acri aceto decocti & illiti, lepras pellunt, incipientes etiam inflammationes omnes leniunt.*

SILIGO *ſpica mutica.*
*Germ.* Weyſſen. *Angl.* Weet. *Belg.* Terwe.
*Gal. Froument, Bled. Ital. Fourmento, Grano & Salma. Hiſp.* Trigo.



TRITICVM *ariſtis circumuallatum.*
*Triticum Typhinum Dod.*



*In Ruta verò decocto elixi, turgentes mammas ſedant. Viperarum ictibus auxiliantur, & torminoſis proſunt.*

*Fermentum farinaceum calfaciendi extrahendiq́; vim habet, priuatim callos pedum clauoſq́; extenuat; & cætera tubercula furunculoſq́; ex ſale concoquit & aperit.*

* violis, Solano, malua, cucurbita, lactuca, & ſimilibus.

† Roſis, caryophyllis, balauſtiis, meſpilorum carne & ſorborum, myrthi & Rhois.

TRITICI *temperamentum ex Galeno.*

*pag. 6. lege Sciſsum.*

VT medicamentum foris impoſitum, primi eſt ordinis excalfacientium, non tamen nec reſiccare, nec humectare manifeſtè poteſt. Habet verò quiddam etiam lentoris & obſtruentis naturæ. Quod ex pane fit cataplaſma, vim obtinet magis digerentem, quàm quod ex Tritico, nimirum cùm & ſalem & fermentum adiunctum habeat, quod ex alto trahit, digeritq́. Plura pete ex Gal. Supputat, & calfacit: leniter detergit, ſed multò minùs quàm hordeum quod refrigerat & ſiccat. Pani herbæ admiſcentur ad inflammationes leniendas hac remedij formula.

℞. micæ panis lb. ſ. farinæ hordei ℥. ij. lini ℥. j. ſ. florum Chamæmeli, Meliloti añ. M. j. foliorum maluarum, violarum, Solani ſemperuiui vel vmbilici Veneris elixorum in hydrelæo añ. M. j. ſ. confuſis cribratis, adde vitellos ouorum tria, olei violati ℥. iij. olei Chamæmelini ℥. j. ſ. fiat cataplaſma.

Inflammationi eryſipelatoſæ adde ſucci ſolani hortenſis ℥. iij. ſucci plantaginis ℥. ij. ſucci Hyoſciami ℥. j.

*Ex fermento medicamentum comprobatum & efficax ad pleuritidem & empyema cui febris coniuncta.*

℞. Radicum graminis canini ℥. iij. Acetoſæ cum radicibus M. iij. Medullæ cardui fullonum, M. ij. Cardui benedicti, Scabioſæ, herbarum capillariũ añ M. j. paſſularum mundatarũ ℥. j. Glycyrrhizæ ʒ. iiij. aniſi ʒ. ij. ficuum N°. 4[or]. quatuor ſeminũ frigidorũ maiorũ añ. ʒ. ij. florum cordialiũ & Hyperici añ. M. ſ. Fiat decoctio in aqua Borraginis ad lib. j. ſ. cui infunde fermẽti panis cibarij ℥. iij. coaguli ℥. j. ſ. Thamarindorũ ℥. j. Expreſſioni diſſolue ſyrupi è ſucco vel infuſionibus Papaueris Rhœadis ℥. vj. pro quinque aut ſex doſibus. Diſcutit, abſtergit, per vrinas & ſudores propellit, ab inflammatione tuetur, eademq́ue mulcet, defluxionem cohibet, febrem delet, & collectiones arcet.

Alia verò ratione Papauer Satiuum, quod incraſſat, defluxiones ſiſtit, & inflammationes mulcet, initio exhibetur. Rhœas enim, vti agria omnia, magis eſt tenuium partium; neque per ſe, ſed abſtergentibus, attenuantibus, concoquentibus & expectorantibus additur, ne ſit vlla ſuſpitio, & excretionis & expectorationis, vt quidam verentur, difficultas.

*Ad eadem puls ex fermento.*

℞. rad. Altheæ, vel corticum radicis vlmi, liliorum añ. ℥. ij. Maluarum, violariæ, florum Hyperici, Chamæmeli añ. M. ij. Coque, contere & cribra; commixtis fermenti panis cibarij ℥. v. farinæ ſeminis lini & fænigræci añ. ℥. j. ſ. olei amygdalini vel butyri inſulſi, olei violati añ. ℥. ij. fiat cataplaſma. Lenit, concoquit, collectionesq́ue diſcutit.

SECALE. *Aduerſariorum pag. 6ª.*
*Germ.* Rocken. *Belg.* Rogge.
*Ital.* Segala. *Hiſp.* Centeno.



HORDEVM *Ital.* Orzo. *Hiſp.* Ceuada.



Secalium panem eiuſque fermentum Antuerpiani Medici potentias digerere, trahere, abſceſſus maturare, & rumpere tritico pane, experiuntur.

Lege aduerſ. [illegible] & ſequentia [illegible]

Plin.

Plin. Sordidos efficit panes, agreſtibus hominibus idoneos, amarulentos ac lentos atque facilè permeabiles; minùs alit quàm triticum & hordeum.

Culmorum cinis aqua ſubactus & illitus, pedum manuumq́ue rimas ſanat Matthiolo.

HORDEVM D I O S C. *Hordeum minus quàm triticum nutrit, abſtergit, vrinam cit, inflat, ſtomacho aduerſatur, ædemata & inflammationes diſcutit, duritias cum melle, reſina & fimo columbino concoquit. Cum meliloto & papaueris calyce dolores ſedit, qui latus excruciãt. Aduerſus inteſtinorum inflationes, cum lini ſemine, fœnograeco & Ruta, illitum iuuat. Strumas cum pice liquida, cera, oleo, & impubis pueri vrina ad concoctionem perducit, & cum myrtho aut lentiſco, aut malicorio, aut ſilueſtribus pyris, aut rubo, alui profluuia ſiſtit. Podagricis inflammationibus cum Cotoneis aut aceto prodeſt. Decocta in acri aceto, modo quo hordeaceum cataplaſma, & calida impoſita, lepris medetur. Cremor verò farina ex aqua atque cum pice & oleo decoctus, puri mouendo eſt. Cum aceto ſubactus itidem, & cum pice contra articulorum defluxiones prodeſt.*

Lege ptiſanæ pag. 7.

G A L. Primi eſt ordinis in exſiccando & refrigerando; habet etiam pauxillum abſterſionis: paulo etiam plus deſiccat, quàm farina fabacea, cui non inſint cortices. Cætera enim ſimilia ſunt foris vtentibus. In cibo autem fabis præſtat, quòd flatuoſam naturam exuat. Fabis quantumcunq; coxeris, flatuoſa natura remanet; ſunt enim craſſioris eſſentiæ, quàm hordeum, quamobrem eo etiam plus nutrit.

Geminum hordeum Septentrioni notiſſimum πολύστιχον & δίστιχον: Picardis, Arteſiis, cæteriſque Gallobelgis polyſtichon *Sucrion* vernaculè, Germanis Groſſe gerſt dicitur. Autumno ad Malti ſiue Mautz & Biermautz confectionem ſeritur. Radice exit fibroſa, exili, foliis gramineis, ſtipula binûm cubitorum, ſpica in pleroſque verſus ariſtis rigidis & ſcabris vallata, æſtate matura.

Diſtichon Gallobelgis *Pamelle*, Germ. Kleyn gerſt, id eſt, minus hordeum, Martio, Aprili, & initio Maij duntaxat ſeritur, hyemis quippe & frigoris impatientiſſimum: vniuerſa ſui parte gracilius, cubitum & ſeſquicubitum rarò ſuperat: ariſtis exilioribus delicatioribus, mollicellis, minuſque rigidis gemino ſitu ſpicatum.

Vniuerſa Anglia ad hordei præparationem quam Mautz vocant, hoc ſolo ferè hordeo vtitur, idque polyſticho ad Cereuiſias Britannicas ſuauiſsimas & optimas præfert, quæ quaſlibet ſeptentrionales bonitate longè ſuperant.

Mautz autem inibi paratur, hoc qui ſequitur modo. Hordeum maceratur aqua biduo & tribus noctibus: deinde effuſa aqua in horreum aceruatur loco ventis minus peruio, quoad germen, perpupilloſque radicum cirros & pullulationes (quæ hyeme tardius, vere & æſtate biduo aut triduo) emiſerit. Mox priuſquam incaleſcat ſulcatim diſperſum, ſeſquipalmum denſum, ter, quatérue die & nocte ſubuertitur aperto aëre: octo vel nouem dies continuos iterando, perficitur. Tandem in tabulato pertuſo, igne ſubdito vel aptato fornaci vimineo texto celatho acuminato, & ſuperſtrato hordeo; igne lento è palea, cremitis vel arido ligno admoto fornacis oſtiolo, ſeſquipalmari internallo ab imo interpoſito, exiccatur, quoad molis frangi queat; ſicque extoſtum Mautz in fornacis capacitatem deiicitur: quod ex qualibet hordei menſura ad quartam partem accreſcit; & antiquum bonitate, in Zytho componendo, nouum præcellit.

*Bieræ ſiue Cereuiſiæ compoſitio.*

*Nortmannis & Gallobelgis* Bierre & Ceruoiſe. *Anglis & Germ.* Bier.

℞. Malti molis leuiter contriti modios Anglicos octo, aquæ fluuialis limpidioris feruentis, cui aliquot manipuli furfuris triticei incocti fuerint, quantum ſatis ſit explendo dolio Aureliano. Exactè mixta, infuſa calidè perſtent tres horas: deinde foraminulo palea aut duplicato fundo apto ſubterfluant. Id quod tranſmiſſum eſt (Belgis & Anglis woꝛt vocatum) recoquitur ſemihoram, ſeſquihoram vel aliquot horas vt melius conſeruetur, adiectis libris quatuor florum Lupuli ſalictarij: mox longo latoque lacu vel depreſsis labris vix pedem altis perfrigerantur. Et huius decocti frigefacti libris octo vel decem, fermenti ſiue fœcis Bieræ vel Alæ potentioris libra aut ſeſquilibra adduntur, exactè agitando, loco tepidiore permiſcentur, ſtragulis operiendo, ſenſimque reliquum liquorem vt commodius fermenteſcant, affundendo. Quibus abſolutis tranſcolantur: vaſa adimplentur: demumq́ue fermentatione abſoluta, exactiſsimè occluduntur.

Eidem Malto nouam affundunt feruidam, tranſcolant, eoque Cereuiſiam tenuem concinnant.

Variis è frugibus, tritico, hordeo, zea, auena fit Maltum, quod ratione conficiendi, Bieræ colores immutat. Triticeum & polyſtichum, ſupra coctũ & excoctum potiſſimum, rubicundum & ſubfuſcum ſereniſſimum efficit. Hordeo diſticho, auena, zea, tritico, commixtis quinis vel ſenis libris farinæ fabaceæ, albida & limpida redditur. Malti hordeacei partes dumtaxat tres; auenæ & tritici dimidia vnaſumuntur: farinæ fabarum quantũ tritici quarta pars; aquæ quantum ſatis, pro tenuitate, & potentia Bieræ futuræ.

Prisa

*Prima nobilitatis Anglorum* ALA *ſuauis & vinei ſaporis potio, cuius hyeme præcipuus vſus, quia minus conſeruatur.*

Recipit decocti Malti (vernaculè wort) libras ducentas, florum lupi ſalictarij M. ij. quò Malti dulcem & inſipidum ſaporem exuat. Percoctis & tranſmiſſis ſenſim commiſceantur (vt ſuprà monuimus) fæcis bieræ vel Alæ libræ tres, & Graut Anglorum (Belgæ Maerbier vocant) libræ ſex vel octo.

Graut enim fit hoc qui ſequitur modo.

℞. farinæ Malti lib. vj. vel octo: aquæ feruefactæ lib. 12. vel 15. quæ agitata & probe ſexies die remixta tepente camino, ſtragulis operto & palea condito nitido vaſe tamdiu macerantur, donec Serapij lentorem aſſequantur. Tunc igne, ſedulò verſando ne vrantur, ad pultis ſolidioris craſſitiem percoquuntur.

*Ζυθὸς & Curmi Dioſcor.*

DIOSCOR. *Ex hordeo potus fit, cui Zytho nomen eſt: is vrinam cit, renes & neruos tentat, membranis præſertim cerebrum veſtientibus, offic*[illegible]*tionem parit, vitioſum ſuccum creat, elephantiaſim gignit.*

CVRMI.

*Fit & ex hordeo potus quem Curmi nominant; eoq; ſæpè pro potu vtuntur. Verùm capitis dolorem mouet, malum ſuccum gignit, neruis nocet. Conſimilia etiam potus genera ex tritico fieri ſolent in Iberia quæ Occidentem ſpectat, & Britannia.*

*Zythum & Cereuiſia Plin.*

Ex frugibus fiunt & potus, Zythum in Ægypto; Cælia & Cætea, in Hiſpania: Cereuiſia & plura genera in Gallia, aliiſq. prouinciis; quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit.

Quantum ex priſcis Plinio & Dioſcoride coniectutam facimus de Zytho & Curmi, potiones Cereuiſiis noſtris proximas, nec dubiè deſignaſſe videntur: præſertim Alam, quæ vini vicem antiquitus ſupplet Britannis; quorũ ipſe Dioſcorides meminit, referẽs malũ ſuccũ gignere & neruos tentare: quibus idem, quod nobis, eueniſſe potuit, potiſſimũ plebi & Anglicæ ruſticæ turbæ, cui ad gulæ delectamenta potentiorem Alam è cauponariis expetenti, inexaturabilis quæſtus gratia illâ ex Malto lixiuio aquæ vice macerato, imponitur; ſic enim magis compoſitam & grano potiorẽ ementitur; caput ferit, lætamque opilionibus, colonis & naucleris ſtultitiam conciliat. Nec deſunt nonnuſquam inexplebiles nummorũ vafri homines qui Bieræ pro lupuli floribus camini fuliginẽ ſubſtituant, aqua ſalſa Maltum macerantes, vt eo plus ſitiantur bieræ, quo plus ſint potæ. Harum potionum & conſimilium aſſiduo vſu incommoda Dioſcoridi memorata percipiuntur: quæ non poſſunt ſine hepatis & viſcerum ſummo diſpendio aſſumi. Cerebro & neruis inde affectis & ſanguine exuſto, fit tuberculorum in facie & naſo, vti elephanticorum, eruptio. inde apud Anglos in hunc vſque diem locus protrito elogio, Aſciuit ſibi faciem & naſum rubrum, tuberoſum, commendatioris Alæ. Maxima igitur in Cereuiſia varietas: pro ratione, quantitate frugum, mixtione, compoſitione varias qualitates ſortita. Germanis & Belgis Gentiana, Baccæ Lauri, Zeduaria, Gaghel, Helenium, Lauendula, Saluia, Hormini flores, Cuculus ſiue Cucubalus Indianus, (quem inſanum ſeu furioſum ſolanum faciunt) chamæpitys, coriandrum & conſimilia vnà cum lupulo incoquuntur.

Limpidior, potior, bene defæcata biera, cuius quidem faciendæ rationem, vt calidioribus innoteſcat regionibus, docuimus; ſuauis & ſalubris eſt potio; alimentum bonum præbet, modò probè & ex optimis frugibus paretur & percoquatur.

Tenuis autem quæ grani minus, plus aquæ, recipit; humectando refrigerat, minuſque alit.

Acida malum ſuccum gignit: renes, neruos & caput tentat: tormina, inflationes inteſtinorum, quẽadmodum & recentior epota, ſtillicidium vrinæ, craſſum ſuccum, calculum renum & veſicæ parit. Lutetiana craſſa, dum recens, peſſima.

Additur Lupulus Bieræ vel Alæ duplici ratione; cum ob ſaporẽ & conſeruationem, tum quia craſſum ſuccum Zythum procreare literis prodatur; cuius erratum & noxam emendaret, aperiendo abſtergeret, per venas craſſa pituitoſáque excrementa, venarum, renum, veſicæ, citra magnam calfactionem educeret: docemur.n. à Meſue in ſyrupo è ſucco Lupuli & Byzãtino, aliiſq; neotericorũ compoſitionibus Lupulũ, non ſecus ac fumariam, ſanguinem purgare & defæcare, eiuſque ebullitiones compeſcere: iecoris intemperiem calidam, internoſque feruores, febreſque billioſas & pituitoſas arcere. Quem eundem effectum præſtant turiones ſiue Aſparagi vere erumpentes, cibo & acetariis.

Floribus tamen, quia temperatè calidi, ſecus euenit, vti de Coriandro monuimus Aduerſariorum pagina 314. Quòd caput feriant, è Cereuiſia non reiiciendi; neque illis cauſa rheumatiſmatum & articulorum defluxionum, vt doctis Anglis perplacet, attribuenda; ſed potius ingluuiei, crapulæ, mollitiei, blanditiis & gulæ oblectamẽtis, quibus ſunt dediti, aſcribere debent: quia Ala ipſa potentior, ſine eis, aut lupulo pauxillo concinnata, non ſecus ac vinum, abditiſſimas permeat cerebri membranas, eademque infert incommoda. Lupuli flores non nocent qualitate, ſed quantitate, quemadmodum vinum & optima quæuis temere.

*Ex Malti colamine Cataplaſma podagricis vtile.*

NON ſecus ac Defruto .i. muſto quàmdulciſſimo Columellæ ad tertias, dimidias Plinio decocto, Batavi, Friſij, Angli, & Belgæ, optimæ Cereuiſiæ tuent ſine muſto patrio, id eſt, infuſi Malti colamine excocto pultes ad neruorum & articulorum dolores faciunt, qui leniendo, roborando & digerendo mirè congruunt.

Recipiant craſſamenti Cereuiſiæ excocti lib. ij. fel tauri vnum: ebulliant lento igni ad lib. j. poſtea adde aceti lib. j. pulueris olibani ℥. j. pul. florum Chamæmeli, Meliloti, añ. ℥. j. ſ. pul. Rutæ ℥. ſ. mellis & pul. Cimini añ. lib. ſ. denuò ad craſſitiem percoquantur. Hoc medicamentum mihi communicauit pereruditus medicus D. Baylly apud Auxonienſes profeſſor Regius.

*Ptiſana.*

Ex hordeo Ptiſſana ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, hoc eſt, pinſendo decorticare. quod omnibus frugibus quadrat, nonnunquã etiam leguminibus Galeno teſte de alimẽtis capite de φακοπτισάνη .i. ex lente Ptiſſana. Cruda priſcis dicitur hordeum, auena, & frugum omne genus decorticatum: Cocta verò coctione diuturna in vnum corpus redacta, quæ ptiſſana tota etiam vocatur, à crem   re hordei tranſcolato varia. Gal. lib. 1°. alimentorum, capite De hordeo, ptiſſanam crudam etiam fecit hordeum acerosum, quod ad ptiſanas expetitur.

Hordeum glumis exutum, ſiue ptiſana, magis lenit aſperitates, nutrit & humectat. Vis deterſoria, obſtructiones reſerans in acere conſiſtit.

HORDEVM *ſpontaneum ſpurium.*
HOLCVS *Plinij Anguillaræ. pag. 7.*



ZEOPYRVM *ſiue* TRITICOSPELTHVM.
HORDEVM *nudum vulgo vocatum. pag. 8.*



HOLCVS Plin. lib 27. cap. 10. in ſaxis naſcitur ſiccis: ariſtas habet in cacumine tenues, culmo quale hordeum reſtibili. Hæc circa caput adalligata, vel circa lacertum educit è corpore ariſtas. Hanc quidem ob id ariſtidem vocant.

Zea

ZEA, Ζειὰ, *Adverſar. pag.* 8.

*Germ.* Spelt. *Gal.* Eſpeautre. *Hiſp.* Spelta. *Ital.* Spelta *&* Farro.

DIOSC. *Plus quàm Hordeum alit, ori grata, digeritur in panificia, minus quàm Triticum alens.*

Gal. Vniuerſa ſua facultate tritici & hordei media.

Plin. Ex vino ad Scorpionum ictus tepida, & ſanguinem excreantibus. Item Arteriæ: tuſſi cum caprino ſeuo aut butyro; ex fœnogræco molliſsima omnium, vlcera manantia ſanat.

CRIMNON *Dioſc. eſt* Semola *Gallorum & Italorum.*

DIOSC. *Craſsior eſt ex Zea Triticoq; farina, ex qua pultem faciunt, abundè alit, facilè conficitur***; aluum vehementius adſtringit, ſi Zea ex qua ſit prius torreatur.*

* Æginetæ & Gal. concoctioni renititur.

SILIGO *Tragi.* OLYRA *Dioſcoridis.*

DIOSC. *Zearum generi adſcribitur, ſed minus aliquanto nutrit, in panes vt Zea cogitur.*

BRIZA. Monococcos *recentiorum & Dod. Adverſ. pag.* 9.



AVENA. *pag.* 9.

*Angl.* Otes/Otes *&* Hauer. *Hiſp.* Auea *&* Auena.



Lege pag. 9. l. 15. dat. & l. 18. contingere, Item l. 19. *ſumſere.*

DIOSC. *Auena ad cataplaſmata vtilis, veluti hordeum. pulte huius aluus ſiſtitur; prodeſt tuſsientibus in ſorbitione ſuccus.* eadem Gal. & Aegineta

Gal. Illita deſiccat & digerit mediocriter, ſine morſu; temperiem autem habet paulo frigidiorem; nonnihil etiam aſtrictionis obtinet, vt ventris profluuia iuuet.

Plin. Decocta in aceto næuos tollit.

Vulgus medicorum & plebecula torrefaciunt, ſacculis excipiunt milij modo ad colicos dolores, admouentque calidè.

BROMOS.



BROMOS ſterilis altera.



Pag. 9. l. 32. lege, effigie eſt Bromus ſterilis.

AEGYLOPS Bromoides Belgarum,



AEGYLOPS Narbonenſis.



BROMOS

BROMOS, *Feſtucago Gazæ. pag. 9.*

*Gallis*, aueron. *Ital.* vena vana .i. *auena caſſa*, *&* orzo ſaluatico.

*Iam demum Matthiolo Aegylops altera, non prima epit. 843.*

DIOSCOR. *Bromus herba Aegylopi ſimilis, exiccatoriam vim habens, decoquitur cum ſua radice in aqua ad tertias, & iuri colato par modus mellis adiicitur: rurſus incoquitur, dum liquidi mellis craſsitudo fiat. Linteum ex eo humore imbutum, & naribus inditum, contra graueolentiam vlcerum efficax eſt. Aliqui tritum aloen addunt & eo modo vtuntur. Cum ſiccis roſis cocta in vino grauem oris halitum emendat.*

BROMOS *ſterilis altera; Feſtuca altera Dod. Germ.* Dort & Lulch. *Belg.* Dravick.

BROMOS ſterili affinis hæc & perquam ſimilis: apiculis compreſſioribus Canini graminis, ſemẽ oblongum, acerosum, Secalino, cuius eſt vitiũ, multò minùs claudentibus, in ſecali & agrorum marginibus reperitur apud Belgas.

ÆGYLOPS *Bromoides Belgarum: Aegylops Dod. Belg.* gebaerde euene.

ÆGYLOPEM inter & Bromum herbam media eſt hæc, quæ Belgis gebaerde euene, quaſi dicas, auenam ariſtis ſiue barbula donatam. Auenæ caſſæ aut Ægylopi aſſimilatur. Semen acutum, hirſutum, oblongum, ruffum, glumis occluſũ. In Anglia, Belgio, & Gallia inter hordeum & ſecale nonnunquam occurrit. Num eadem quæ Ægylops præſtet, incompertum hactenus.

FESTVCA ſiue *αἰγίλωψ Narbonenſis & calidarum regionum. Aduerſ. pag. 10.*

*An Feſtuca hordeum Plinij? Ital.* Orzo ſaluatico.

DIOSCOR. *Illita cum farina herba * ægylopis medetur, † duritias diſcutit. Succus farina admiſtus ſiccatur, & eorundem gratia reponitur.*

* Gal. eadem. † quia leniter eſt acris, digerendi vim poſſidet.

PHOENIX φοῖνιξ *pag. 10. Hordeum murinum, vel Lolium rubrũ: Belg.* Muyſe koren. *Ger.* Wintzen helmer, *&* Wald trohor. *Gal.* Iuraye ſauuage. *Ital.* Gioglio ſaluatico.

LOLIVM *Aduerſ. pag. 10. Germ.* Tunalch, ſiue weyſen, *&* Lulch. *Hiſp.* Yoio, *&* Zizania. *Ital.* Gioglio *&* Loglio.





DIOSCOR. *Phœnix in vino auſtero pota alui profluuium & emanantem vulua ſanguinem ſiſtit, vrinæ impetus infrænat. Sunt qui adalligatam in puniceo vellere, & ſuſpenſam, ſanguinem ſupprimere prodant.*

LOLIVM.

DIOSCOR. *Nomas moltum, putreſcentia vlcera, gangrænáſque compeſcit, cum raphanis & ſale illitum: & ex aceto & ſulphure, vino feros lichenas & lepras ſanat. Strumas quoque diſcutit, cum fimo columbino & lini ſemine decoctum in vino, rumpit quæ ægrius ad coctionem perducuntur. Decoctum ex aqua mulſa vtiliſſimè iſchiadicis illinitur, ſi cum polenta, thure, myrrha aut croco ſuffiatur, conceptionem adiuuat.*

GAL. Deſiccat, & excalfacit efficaciter, vt propinquum ſit acribus, magis quàm Iris: ſed non eſt perinde vtilis, ſubtilis eſſentiæ. Verùm multum in hoc deficit. Secundum hoc ponat ipſum quiſpiam in primo tertij ordinis excalfacientium; ſecundi verò in fine exiccantium.

Loliaceam farinam ſuis ſoporiferis medicamentis miſcent Chymiſtæ.

VSTILAGO *Aduerſ. pag. 11.*



CRATÆOGONON *Aduerſ. pag. 11.*



DIOSCOR. *Cratæogonum, inquit, traditum eſt à quibuſdam, hoc ſi bibat ieiuno ore ter die poſt menſes purgatos tribus obolis in cyathis aquæ duobus mulier, ante conceptum quadraginta diebus, & vir modo conſimili totidem diebus ante coitum hauriat, virilis ſexus partum futurum.*

CRATÆOGONI *varietas quorundam & Euphraſia 2ª. Dod.*

QVÆ floribus ſuaue rubentibus ſecus agrorum margines oritur, aliquanto minor, pedali cauliculo, folijs Melampyri & Criſtæ gallinaceæ mediis. Euphraſiam ſecundam Dod. fecit.

MELAM-

ALEXANDER ... ARAGONUM ... FERDINANDVS

MELAMPYRUM, *Triticum vaccinum Tragi, Cordi, & Dod.*



PSEVDOMELANTHIVM, *Nigellaſtrum Dod. Lolium perperam Fuchſio. Lichnoides Segetum Matth. Gitago Tragi. Hiſp.* Neguillia, *&* Allipiure. *pag.* 12.



ryza.

… 12 l. 36. … ſuggerere, … 3. l. 3. … ceſtum.



Pſeudomelanthium, vt teſtatur Fuchſius, ex neotericis lichenibus & pſoris ſanandis, vti Lolium, efficaciſſimum; vulnera glutinat, fiſtuloſis vlceribus medetur, ſanguinem ſupprimit.

Num peſſo ſubditum menſes trahat, vt ex Hippocrate Dod. refert, ignoramus: ſed Nigellam vtramque ſiue Melanthium cùm hortenſe, tum campeſtre, cuius gemina varietas, melle Marcoriali excepta, id præſtare non dubito. Cùm inter ſegetes Melanthium ſylueſtre oriatur, ſuſpitio eſt Hippocratem per Melanthium ex tritico illud ipſum innuiſſe.

Quaſuis cutis fœdationes feminis farina ex melle illita delet.

ORYZA Ὄρυζα.

*Angl.* Riſe. *Hiſp.* Arroz.

*Dioſcoridi & Galeno mediocriter alit, & aluum ſupprimit.*

Craſſum præbet alimentum.

MILIVM

MILIVM.



Milium Indicum.



Sorgho.



PANICVM.



MILIVM

MILIVM *Angl.* Myle *&* millet. *Hiſp.* Miyo *&* Milho.

DIOSCOR. *Milium in panes coactum, minus cæteris frugibus alit: ſiſtit pulte ſua aluum, vrinam cit. Torretur, feruensq́ in ſacco ponitur, vt torminibus, reliquiſq́ doloribus, ſi foueatur, auxilio ſit.* Plin. & Gal. eadem.

Gal. Primo ordine refrigerat, exiccat verò tertio exoluto, aut certè 2°. intenſo. paululum etiam habet tenuitatis. Aluum humentem deſiccat.

Varietas. Semine nigro & latiore iuba ab hoc ſolum diuerſam videas.

MILIVM *Indicum Plinianum, Frumentum Turcicum Dod.*
*Triticum Bactrianum Plin. apud Cordum. Aduerſ. pag. 13. 14.*
*Germ.* Turckiſchen korn. *Hiſp.* Mijo Turqueſco. *Ital.* Fromento Indiano.

SORGHO, *Melica Italorum Matthioli & Dodonæi. Aduerſ. pag. 14.*
*Germ.* Sorgſamen, *Belgis,* Sorgſaet.

Viribus Panici conſtat: pauperum tabernis & culinis agri Ferrarienſis vſitatiſſima. Lege pa. 14. lin. 3. occidentalibus. Ibidem l. 11. craſſior ſed breuior.

PANICVM. *Aduerſ. pag. 14.*
*Angl.* Panick. *Hiſp.* Panizo *&* Panico.
*Mel frugum Dioclis, Anguillaræ.*

DIOSC. *Panicum eoſdem quos milium habet vſus, minus tamen & nutrit & ſtringit.*

Gal. Foris ſiccat & refrigerat.

PANICVM *aliud Indicum.*
*& Hiſp. panicula villoſa.*



*Herbariorum* PANICVM *Syluestre.*
*Aduerſ. pag. 15.*
*Perperam Lolium Cordo. Gramen mannæ alterum Dod.*
*Iſchæmon Plin. C. Cluſio.*



Lege lin. 11. rubmeat.

Rarius hoc Panicum ſuperiori anno à quodam chirurgo Briſtolium Angliæ ex nouo orbe delatum,

à vulgato diuerſum nutante panicula, graciliore longiore maximi Amaranthi, pedem æquante, hirſutiore ſpectatur.

*Herbariorum Panicum ſylueſtre.*

Alitibus, vti frugum vitia & graminea, expetitur; minimè in cibis, eoque Panico quàm gramini Mannæ propius.

LACHRYMA *Iobi, Lithoſpermum Plin. & Dioſpyros Plin. cap. 11. lib. 27. Aduerſ. pag. 16.*

PHALARIS *φάλαρις. Aduerſ. pag. 16.*
*Ital.* Falari.



HOLOSTIVM *Ruellij herbariorum & Lutetianorum Aduerſ. pag. 17.*
*Perperam Graminis genus Fuchſio.*
*Gramen Leucanthemum Dod.*
*Chamæciſſos Oribaſij, Italis.*
*Euphraſia gramen Tragi, & tandem gramen alterum floridum Matth. an Holoſtium Lacunæ*



DIOSCOR. *Tunditur, & in aqua aut vino ſuccus ad veſicæ cruciatus vtiliſſimè bibitur. Semen cochlearis menſura potum, ad eadem efficax eſt.*

Subdit Galenus, ceu in ſeſe habeant quidpiam tenuium partium, & calidum.

Linea 6. & 8. parentheſi claudantur (*quæ ictiſtores, &c. magnam vim.*)

DIOSCOR. *Holoſtium herbula quadrantalis, humi repens: foliis viticulisq́, coronopo aut gramini proximis, guſtu adſtringentibus, radice alba, pratenui vſque in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum. Naſcitur in collibus terrenis. Vſus eius ad rupta, in vino pota. nam carnes coguntur, decoctionibus addita.*

Varietas. Eandem hãc herbulam foliis, flore ſtellato & viticulis, in marginibus agri ſabuloſi Antuerpiani, ſed minoribus multo, etiam Autumno florentem hoc anno videre meminimus.

*Holoſtium alterum, aduerſariorum pag. 17. eſt Filix ſaxea Tragi.*

*Holoſtij Monſpeliaci varietas, inter Plantagines.*

PHALANGIVM ramoſum.



PHALANGIVM *non ramoſum. Adverſ. pag. 18.*
*Ital.* Falangio.



PHALANGIVM Cretæ.



Aliud quoddam Phalangium voluptatis ergo in hortis Belgicis, Italicis, & Anglicis colitur. Priori Phalangio ei omnia ſimilia præterquam ſummus pedalis cauliculus, quem ſine ramulis in pediculis lactei ſtellati flores, & ſemina in pericarpiis antedicto ſimilia, ſed maiora, ambiunt.

PHALANGIVM *Cretæ Salonenſis. pag. 18.*
*Alphodelus minor Cluſij & Dod.*

Niſi à frigoris iniuriis defendatur, emoritur in Belgicis hortis hyemis ſæuitia, eſt enim frigoris impatientiſſimus.

DIOSCOR. *Folia, ſemen, flos, cum vino pota, auxiliantur contra* ſcorpionum * Phalangiorumq́ue ictus: * tormina quoque diſcutiunt.*

* Gal. quia facultatis tenuium partium deſiccantis.

MANNA. *Aduerſ. pag. 23. 24. 25. 28.*

MESVE. Temperata eſt, aut paulò calidior, guttur, thoracem, ventriculum lenit, terget, bilem clementer purgat, ſitim ſedat. Quoniam verò imbeciliter vacuat, præſertim cruda (cocta enim citiùs agit) thymo & hyſſopo, vel alio, vis eius vt caſſiæ intenditur. Valentibus autem medicamentis miſta, eorum actionem reddit meliorem, cùm ſuo dulci ſapore illa naturæ magis familiaria reddat. Ob id eam Galenus ſcammonio miſcuit, quod à poſterioribus eſt laudatum: alij deinde turbith, alij aliis. Datur à drach. ſex ad drachmas quindecim: annum ſeruatur.

Lege pa. 26. li. 10. *ameluca-na.* & paulo poſt *ſculneus.*

DE ARVNDINIBVS *Aduerſar. pag. 27.*
*Κάλαμος, ſiue Calamus.*
*Gal.* Roſeau. *Belg.* Riet. *Germ.* Rozth.
*Ital.* Canne a far ſiepe.
*Vallatoria ſiue phragmites Dioſ.*

ARVNDO *Donax ſatiua noſtras, ſiue Cypria.*
*Aduerſar. pag. 27.*
*Gal.* Canne. *Hiſp.* Caña. *Germ.* Rozth. *Belg.* Spaenſch Riet. *Ital.* Calami à far conocchie.

Lege pag 27 lin. 10. *gramineas.*





DIOSCOR. *Vallatoria ſiue phragmitis trita radix per ſe, aut cum bulbis ſuis illita, ſpicula* aculeosq́; corpore extrahit. Luxata, lumborumq́; dolores cum aceto mulcet. Virentia folia tuſa & impoſita, ignibus ſacris medentur, & cæteris inflammationibus. †corticis cinere peruncta cum aceto alopeciæ ſanantur. Panicula* lanugo, ſi aures intrauerit, exſurdat.*

* Gal. Ceu quædam trahendi vis ei ineſſet, abſtergentem facultatem poſſidet non paucam, minimeque acrem.

Paulus eadē. † Gal. Cortex verò combuſtus admodum tenuium partium, & digerentis facultatis efficitur cum nonnulla abſterſione, vt exiccet & calefaciat, tertio quodammodo ordine, plus tamen ſiccet quàm calefaciat.

* Gal. Adeo tenaciter hærens affigitur, vt auelli non poſſit, auditumque vitiet.

Radix

Radix ſquammas oſſium extrahere creditur.

Arundinis folia melius ſubſtituuntur pro tenerrimis palmæ pullulationibus in emplaſtro diachalciteos, quàm radices.

Æginetæ; Phragmites abſtergit: folia eius viridia moderatè refrigerant.

## CALAMVS *odoratus Libani*, *κάλαμος ἀρωματικός*.

DIOSCOR. *Melior eſt fuluus, densè geniculatus, & qui aſſulosè frangitur, plena araneorum fiſtula, albicans, lentus in mandendo, & adſtringens, ac cum quadam acrimonia amarus. Vrinam potu ciet, † quare cum graminis aut apij ſemine coctus, in aqua ſubter cutem fuſa morbo, renum vitiis, ſtillicidio vrinæ, ruptisq; commodè bibitur. Menſes & potu & appoſitu pellit. Tuſſi ſuffitu medetur per ſe, aut ex reſina Terebinthina, hauſto per arundinem fumo. ad mulierbres inſeſſus decoquitur, & clyſteribus imponitur. Suffitionibus, malagmatisq; odoris gratia commiſcetur.* † Plin. eod.

Memini me vidiſſe Venetiis ad Angeli ſymbolum Calamum aromaticum, quem Alepo Syriæ Sequinus Martinellus doctus & induſtrius pharmacopœus, fortè delatum ex lacu inter Libanum & illum ignobilem montem Plinio lib. 12. cap. 22. memoratum miſerat. Arundo erat geniculata, nitida, craſſitudine paruum digitum æquans; color fuluus, ni labat memoria, ſaturior; odoratus, parum lentus in mandendo, ſubacris & amarus.

Iacobus Vtenhouius generoſus Gandauenſis; ſtirpium & artis medicæ peritiſſimus, Calami aromatici dodrantales cannulas aranearum telis plenas, fuluas, geniculatas, digiti minimi craſſitudine, guſtu planè aromatico, amaricante, Schœnantho præſtantiore, Balneolis vulgò *Baignolz* Galliæ Narbonenſis nactus eſt inter Schœnanthi feſtucas, quas Maſſiliam aduectas ex lacu Plinio memorato aſſerebant.

Multò maiores habuit præclarus vir Augerius D. de Bouſbcke Flander Inſulanus, Cæſareæ maieſtatis Conſtātinopoli legatus, ſtirpium exoticarum peritiſſimus.

*Albicans*] quia fuluum prius dixit Dioſc. videtur referendum ad araneoſam illam ſubſtantiam, qualē in aliis arūdinibus cernere eſt, niſi velit ex fuluo albicantem ſignificare. alij radici tribuunt.

*Vrinam potu cit, cū graminis aut apij*] Semina diuretica addit, vt medicamenti actio iuuetur, & ſit magis deſtinatum hydropicis & nephriticis; quandò lotium ob affectos renes vel veſicam ſupprimitur, ſtillicidiumque fit quod ſtranguriam appellant.

*Menſes & potu & appoſitu*] quia aliqua ſunt quæ pota menſes, nō appoſita mouent: vel quia nonnulla impoſita menſes elicere poſſunt; quæ nō intro aſſumuntur; quæ ichores abſumendo menſes retinent, potius quàm mouent: aut quæ ſunt amara, aut odore ingrata imponuntur, nec niſi vrgenti & maximo affectu propinātur: Cuiuſmodi ſunt Lachrymę fœtidæ, Sabina, Bitumen, Aſſa fœtida, Galbanum & conſimilia attrahētia medicamenta ſimplicia vel cōpoſita; quæ intro ſumpta ventrem laxarent: peſſarij autem modo ſubdita, ſanguinem attrahunt, quē etiam medicamenti acrimonia expultrix facultas irritata expellere cogitur.

*Tuſſi ſuffitu medetur*] Fumus aërem inficit; quem, quia pulmones hauriunt; ſiccando, humores abſumendo, & defluxiones ſiſtēdo egregiè curat. Quod commodius vt fiat, ſcitè Dioſcorides Terebinthi reſinam addit, quo plus vaporoſæ fuliginis reddat, quæ potentiſſimè catarrhos & vlcera pulmonum ſiccat. Tamen farctis pulmonibus difficillimè ſpirantibus affatim per infundibulum aut arundinem hi vapores minimè, ob ſuffocationis periculum, intromittendi; niſi prius medicamento purgante excrementorum copia imminuta, in cubiculo vel lecto occluſo fumum ſenſim hauriant.

ARVNDO *Indica florida. Cannacorus quorundam* *Aduerſ. pag. 28.*



*Malagmatis odoris gratia commiſcetur*] Non ſolū odoris gratia malagmatis, hepaticis, ſtomachicis & veterinis additur, ſed ob illas dotes quas habet.

Gal. eadem. Æginetæ ex ſecundo calfacientium & areſacientium à temperatis exceſſu, ſubtilioris nonnihil & aſtringentis eſt potentiæ, vrinam ergo prouocat.

Plin. lib. 24. cap. 11. & lib. 12. cap. 22. ſubdit.

*Illa quæ in India Syriaq; naſcitur odorum vnguentorumq́; cauſa; cit & menſtrua, admota: medetur conuulſis, duobus obolis pota: Iocinori, renibus, hydropi; tuſſi etiam ſuffitu, magiſque cum reſina. furfuribus vlceribusque manantibus cum vino radix decocta: excipitur & ſuccus eius, fitque elaterio ſimilis. Efficaciſſima autem in omni arundine quæ proxima radici; efficacia & genicula.*

ACORVS. *Aduerſ. pag. 29.*



ACORI *exactior effigies altera. pag. 29.*



CERTE cùm huius exoticæ & peregrinæ elegantis plantæ prior effigies è fragmentis aridæ herbæ fuerit depicta, priuſquam Acorum naſcentem nacti eſſemus, & quia minùs recens, ſed aridus duntaxat nobis viſus, ei exactiorem ad viuum expreſſam iconem annectendam operæpretium duximus, cuius virentem plantam inſpectione aſſecuti ſumus hoc anno 1575. Lieræ Belgarum, munere C. Cluſij huius hiſtoriæ clariſs. ſcriptoris, in cultiſſimo & amœniſſimo paradiſo D. Ioannis Dilſij, rei herbariæ, omniumque naturæ miraculorum, perquam auidi & periti: foliis Xyridis, ſed oblongioribus & anguſtioribus, ſeſquicubito maioribus, nitidis, atrouirentibus, conſimili radici eximia fragrantia præditis, quæ Iridis ſilueſtris ritu hyeme marceſcunt & vere nouo pullulant. Radices habet quales in officinis proſtant nomine Calami aromatici implicatas, nec in rectum, nec altum actas, ſed ceſpite ſummo in obliquum (vt appoſitè annotat Dioſc.) ſparſas, ſubtus numeroſa coma fibratas, albicantes foris, intus candidas, guſtu acres & amaras, geniculis diſtinctas, è quibus vtrinque alternatim, alarum ritu ſpargantur pullulationes. neque caulem neque florem edidit. quinimo aſſerit Cluſius, relatu C. V. D. Caroli Rym & D. Augerij de Bouſbecke Cæſaris ad Turcarum imperatorem oratorum, nullum vel florem vel ſemen, etiam vbi ſponte naſcitur, in magno quodam lacu ad radices montis præcelſi iuxta

Pruſſiam

Pruſſiam Bithyniæ vrbem, proferre: ſed duntaxat quædam nucamenta, nucis Ponticæ iulis ſimilia è ramulis ex leui caule prodeuntibus.

DIOSCOR. **Radici vis calfactoria. Decoctum potu† vrinam cit: prodeſt lateris doloribus, & iecinoris atq; thoracis: item torminibus, vulſis, ruptis: lienē abſumit. vrinæ ſtillicidio & ſerpentū ictibus auxiliatur. Inſidentibus ad muliebres affectus, Iridis modo, vtiliter imponitur. Oculorū* caligines ſucco diſcutit. Antidotis radix magno vſu commiſcetur.*

Plin.* & Gal † Conſiſtentia tenui: & hinc lienes induratos iuuat, ceratodis craſſitiem deterget & extenuat: ſed ad hoc melior eſt ſuccus. Omnino verò ſiccificum eſſe clarum eſt. Et ſanè ordinis eſto tertij, in calefaciendo & ſiccando.

* Plin. contra ſuffuſiones & caligines oculorum ſucco eiuſdem epoto, contraque ſerpentes. Omnia veſicæ vitia ſanat. Teſtium tumores, radix decocta in vino, tritaque & illita, mirè diſcutit. Duritias & collectiones omnes ſanat, decocto herbæ fouentibus. Contuſis & euerſis pota duobus obolis in mulſi cyathis tribus radix prodeſt.

Radix Acori ſiue Calami aromatici officinarum amarulenta eſt; Galeno tamē Acorus amaricat: quare Galāga maior pro Acoro præferēda; & Calami aromatici radicē pro Calamo odorato Libani vſurpabimus: Galenus Vineam ſubſtituit quā *σφάγνον* vocant, è cedro vel larice, vel populo præſtantiſſimam.

Per triduum radicis decoctum potum vrinam mirificè diducit & ſtranguriam ſanat Apuleio. & herba in vaſe apum ſuſpenſa, nunquam effugient, neque examinabunt.

ACORVS *noſtras paluſtris. Aduerſ. pag. 29.*
*Butomon Theoph. Valerando. Pſeudoiris & Iris lutea Dod.*
*Belg.* geel liſch. *Gal.* glayeul & flambe baſtarde.
*Ger.* gel ſchwertel & Drachenwurtz.
*Angl.* Gladden or falſe *Acorus.*

GALANGA *maior.*
*Perperam officinarum Acorus. Aduerſ. pag. 30.*

lege pa- … lin. 25.





Galanga maior



Galanga minor.

ACORI noſtratis radix conſtringit, roborat, cogit, & contrahit: dyſentericis vtilis, menſes ſiſtit. Alium in Bohemiæ hortis luteis floribus coli tradunt; Iridemque luteam appellant.

GALANGA *vtraque. Nec tundendo facilè cedit. Aduerſ. pag. 30.*] Acori radices frangendo faciles eſſe

eſſe vult Plinius, quod Galangæ non conuenit: proinde hæc Galanga, non eſt Acorus.

Aſtringendo ventriculum & viſcera roborat, & à flatibus vindicat; concoctionem iuuat; cœliacos, colicos, & à flatibus ortos dolores mitigat. Stomachicum & cephalicum eſt medicamentum.

Naribus puluis inditus cerebrum expurgat, ſternutamenta mouet. In calfaciendo & ſiccando tertij eſt ordinis remiſſi.

IRIDES. *Aduerſ. pag. 30.*

IRIS *vulgaris*, *Belgis* blau liſch ouer ſee. *Gallis*, flambe ou glayeul. *Angl.* Flour de Luce/ or flour de Lyce. *Ital.* Giglio celeſte, & Giglio pauonazo. *Hiſp.* el Lirio cardeno; lirio de cor de cielo *.i. decus cœli.*



IRIDIS *vulgaris varietas.*

Flore cæruleo obſoleto, cinereóue; alioqui nec ita abſimilis omni ſui parte, ſed maior in viretis noſtris occurrit.

IRIS *Dalmatica maior.*

Aſpectu hilaris peruenuſtus foliorum exortus, lateratim traiectus, & radiatim alas pauonis explicatas imitans: floribus pluribus ex vno caule multis concauo alis, luculentæ magnitudinis, violaceis nitentibus ſenis foliolis, alternatim etiam repandis. Viretæ Belgica hanc in delitiis habent munere clariſſimi medici Pancij Ducis Ferrarienſis. Semen profert in ſiliquis anguloſis.

IRIS *Dalmatica maior.*



Lib. 13. ca. 5

DALMA-

IRIS *Dalmatica minor.*

Biflore Iridi facie, omnique ſui parte perſimilis, ſed tota minor, & flores dilutiores aliquanto. Alfonſi Pancij medici Ferrerienſis doctiſſimi munere miſſa & Belgij inquilina facta.

Lib. 13. ca. 3. IRIS *biflora Luſitanica. An aſtragalitides Aetij?*



*Perpuſilla* IRIS *latifolia. Aduerſ. pag. 32.*



IRIS *biflora Luſitanica.*

Noſtro Belgio, Hiſpanico delata ſolo, etiam inquilina facta eſt; vere & autumno florem odoratum violaceum ſingulis caulibus cubitalibus & ſeſquicubitalibus ſingulum aut alternum villoſo candore fimbriatum proferens: denſa breuique radice; frangentique contumace; facie & foliis Dalmaticæ ſimilis, ſed magis ſparſis. Flos vt plurimum ſingularis tantùm reperitur.

IRIS *Luſitanica verna.*

Aliud inuenitur genus, Dalmaticæ Iridi maiori cum foliis, tum caule, & ternis quaterniſue floribus ſimile; ſed colore omnino violaceis ſeu purpura ſaturioribus: cuiuſmodi me vidiſſe iuuat hoc vere in amœniſſimis viridariis illuſtriſſimi D. Ioannis vander Dilf, & Mariæ Schetz.

*Perpuſillæ* IRIDIS *latifoliæ varietates.*

Chamæiris, ex quo eam è Monſpellienſi agro in Belgium & Angliam tranſmiſi, frigido humentiq; ſolo excepta, non ſecus ac innumeræ calidarum regionum peregrinæ ſtirpes, ſoli & cæli temperie, varias ſubit mutationes. Caulis illi quippe dodrantalis, nonnunquam pedalis; flores albidi aut lutei, aut violacei; alibi caule vidui, diluté rubentes, violacei, ſtriati, & ex luteo pallentes, obſeruantur.

Irides Auſtriacas humiles ſpecioſis rubris floribus, & violaceis odoratis, clariſſimo viro D. Brancioni Viennæ miſit elapſo anno C. Cluſius vnà cum Chamæiride purpureo odorato flore.

IRIS *Perpuſilla ſylueſtris anguſtifolia.*

Alterum Iridis genus iamdiu deſcripſerunt, & vocarunt Chamæiridē herbarij noſtri, foliis gramineis, rigidis, ſpithameis & pedalib⁹, puſilli gladioli ſimilibus, floribus expaſſis, cęruleuiolaceis, aliquādo, purpurouiolaceis, nouē foliolis conſtatis, caulis palmaris & dodrantalis. radix gracilis, minimo digito duplo minor, acris, guſtu Xyridis: in Germania & Belgio frequentior prouentus.



IRIDIS *anguſtifolia ſylueſtris varietates.*

Belgarum ſedulitate in noſtris hortis cultæ, viſantur anguſtifolia & latiore folio ſeſquicubitali Irides. Sed vtrique flores terni & quaterni iuxta cauliculi cubitalis ramulos, cæteroquin cum ſuperiore haud abſimiles. Eas virentes primùm videndi copiam fecit in ſuo viridario peritiſſimus Allardus Ruerius doctor Medicus Inſulanus: poſtea Ioannes Woute, alias Vogelſang: aliique non pauci.

IRIS *Lutea variegata.*

Adducenda & huc ſanè quàm rara Iridis ſpecies. Flores ſunt lutei Chamæiridis Monſpelliacę, tribus repandis foliis peregrina elegantia ſtriatis, obſcurè violaceis. in Belgij hortis prouenit munere doctiſſimi Cluſij.

IRIS *Chalcedonica maxima, variata.*

Vidiſſe & meminiſſe iuuat ſuperioribus diebus Iridis florem Bruxellis delatū luculentæ magnitudinis, maculis fortuitis, tranſuerſis & obliquis, giluis, cinereis & punicantibus variatum, foliis tantillum gladij ritu vndantibus. Cætera cuncta Iridi vulgatæ aut Dalmaticæ ſimilia. Hanc debemus C. Dominæ Dindeuelde, quæ hunc luculentum florē alebat ſtudioſè in horto D. Tiſnac.



IRIS lutea variata.

IRIS Chalcedonica.

IRIDIS

IRIDIS *varietates quamplurimæ.*

Iridis complures adhuc varietates habemus, munere clar. heroinæ Catherinæ de Brimeu vxoris D. Conradi Schetz, Colonia, Lugduno, & ex Hiſpania delatas, ſed mihi necdum floruerunt.

DIOSCOR. *Radix dum tunditur ſternutamenta*[a] *mouet. Vis omnibus excalfactoria, extenuans, contra tuſsim efficax: humorum qui ægrè reiiciuntur, craſsitiem digerunt vel attenuant; bilem, craſſamq́;*[b] *pituitam ex hydromelite drachmis ſeptem epota purgant. Somnũ conciliant; lachrymas ciunt; torminibus medentur. Eadem pota ex aceto ſerpentium*[c] *ictibus auxiliantur, lienoſis conuulſis, perfrictionibus, horroribus, & quibus genitura*[d] *effluit. Menſes ex vino pota pellunt. Decoctum earum fœminarum fotibus vtiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandaq́; in eis venarum ſpiracula iſchiadicis*[e] *infunditur. Fiſtulas ac ſinus carne explet*[f]. *Radices ex melle glandis*[g] *modo ſubdita partus extrahunt; quinetiam cocta & illita ſtrumas vetereſq́; duritias emolliunt*[h]. *Sicca quoque vlcera replent, & cum melle purgant.*[i] *Nudata oſſa carne operiunt. Doloribus capitis cum aceto & roſaceo magna cum vtilitate illinuntur. Admota cum albo veratro, & duabus mellis partibus, lentigines & vitia cutis in facie à ſole contracta emaculat. Peſsis malagmatis & acopis inſeruntur. In vniuerſum, magni ad omnia vſus.* Lege ipſa etiamque. Et pauló poſt l. ſancti ſedari.

[a] Et caput purgat Plin. [b] craſſa & choleras. [c] & araneorum; ſcorpionum, in pane vel aqua, addit Plin. [d] genituras abſumit, Plin. [e] & lumbis cum reſina illinitur Plinio. [f] ſarcotica eſt. [g] *Glandis modo, ſcitè collyrij modo* vertunt. [h] Succo duritias omnes emollit. Plin. [i] capitis præcipuè ſuppurationes veteres. Ægineta eadem aſſerit.

Addit Plin. Infantibus eam circumligari ſalutare eſt. Dentientibus præcipua eſt, tinearúmue vitio laborantibus inſtillari. Contra canum morſus ex oleo imponitur, & contra perfrictiones; ſic & neruorum doloribus. Dolori capitis cum cotoneis malis aut ſtrutheis illinitur. Crapulas quoque & orthopneas diſcutit. Vomitiones ciet duobus obolis ſumpta. Oſſa fracta extrahit impoſita cum melle. Ad paronychias farina eius vtuntur. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Sedis rimas & condylomata, omniaque in corpore exc[re]ſcentia ſanat.

MESVE. Radix eſt calida ſicca ordine tertio, acris: terget, coquit, reſoluit, lenit, aperit obſtructa, ſedat dolores, pituitã craſſam, & miſtã illi bilem purgat, ac præter hęc aquas ſeroſas, idq; clementer. Materiam craſſam, lentam, hæ[rentem] item in thorace, ac pulmone, coquit, tenuat, ac promptè educit, viſceraq́; omnia expurgat. Hepatis quoque ac lienis, & vicinarũ partium tollit obſtructiones: affectus ab ea excitatos, hydropem, dolorem, tumorem, duritiem, & ſimiles ſanat, aut lenit. Omnes quoque tumores etiam duros, & ſtrumas digerit; præſertim neruorum & iuncturarum: maximè cum betæ vel braſſicæ ſucco, vel vino, & melle, & oleo chamæmelino. Cephalalgiam veterem ſanat: præſertim cataplaſmate impoſita, & ſucco eius in nares attracto. Hic enim ſternutamentum mouet, & per nares detrahit vim maximam excrementorum in partes alias, per meatus occultos alioqui defluxurorum. Succus autem ex ea vt abſinthio extrahitur. Cum ſapa autem tuſsim veterem ab humore craſſo, lento factam, multùm iuuat, & ab eodem ſpirandi difficultatem. Vterum prætereà expurgat. Peſſo quoque ſuppoſita vel emplaſtro admota, vteri dolores ſedat, menſes euocat, abortum facit. Vlcera antiqua, ſordida, putrida purgat, terget, carne proba implet, quale etiam oſſa nuda veſtit. Iſchiadi ſalubriter aut clyſtere iniicitur, aut emplaſtro imponitur. Os ſi colluitur aceto cui incocta fuerit, dentium dolorem ſanat, & rheumatiſmum ſiſtit: ſuppoſita item hæmorrhoidas aperit. Inuitam ſeminis vacuationem ſumpta cohibet. Succus eius cum farina fabarum & cinerum illitus, faciem expurgat, eiuſque maculas deterget. Oleum denique irinum neruos & iuncturas firmat, ſpaſmum ex repletione, cephalalgiam, dolorem hepatis, ſplenis, renum, vteri, iuncturarum, thoracis & podagræ, pleuritidem, peripneumoniam oblitum iuuat, catarrhum coquit, ſomnum conciliat temporibus inunctum: aurium dolorem inſtillatum auri, narium graueolentiam ipſis iniectum corrigit. Fit autem ex floribus iridis, & radicum dimidio, vt roſatum oleum & violatum. Ne ventriculum lædat, ſumatur ex mulſa & pauca ſpica, vel cum ſero lactis melle, maſtiche: ad affectus autem thoracis & pulmonis, cum ſapa, vt dixi, propinatur.

*Vis omnibus excalfactoria*] omnes vi calfaciendi pollere ait; quod Ægineta ſine aliqua gradus limitatione docet; ait enim abundè calefacere, abſtergere & concoquere ſiue maturare. Intellexit fortè ad ſecundum gradum, vt coniectura fert, quia ſarcoticis annumeratur; quæ talia eſſe ſolent, & vltra ſecundum gradum calfacere & ſiccare non debent; ne materiam generandæ carnis aptam & neceſſariam abſumant; niſi ſuperflua caro adſit. Alij ad ſecundum completum vel initium tertij exceſſus; minimè quartum, quod tamen doctiſſimus Dod. credidit, recens potiſſimum; cuius purgandi facultas in calore minimè conſiſtit, ſed ſucco abſtergente, attenuante, nitroſo, crudo, flatulento, ventriculo & viſceribus moleſto, niſi probè caſtigato. Calfacit 2. & exſiccat 3. Fuch. Calida & ſicca ordine 2. Auicennæ ſarcotica.

*Extenuans*] Dioſcorides addidit facultates ſecundas & tertias. Eſt enim medicamentum non ſolum calidum; ſed etiam tenuium partium, quemadmodum ſuccus limonum, oxalidis, berberis, agreſtæ ſiue omphacij, reliquorumque acidorum, quæ extenuant craſſos & lentos humores citra calfactionem.

*Contra tuſsim efficax*] Cùm tuſsis à diuerſis cauſis fiat, in qua tuſſi efficax, diſtinguere operæpretium



ALEXANDER ... FERDINANDVS ... (library stamp)

Tuſſis. Sternutamentum. Nauſea.

eſt: Nam tuſſim ex collectionibus & tumoribus ſub ſepto tranſuerſo minimè curare manifeſtum; quæ à ſepti compreſſione fit, non ſecus ac illa quæ ab hepatis inflammatione deprehenditur. Tuſſis enim ab acribus humoribus irritatio eſt in membris & organis reſpirationi ſeruientibus facta, vt expellat infeſta excrementa; ſicut ſternutamentum, capitis; & nauſea, ventriculi.

Neque conuenit in defluxione pulmonum vel arteriæ à tenui materia, cùm ſit attenuans medicamentum; denſare enim opus eſt: ſi calida materia, frigidis condenſantibus, papauere, opio, vel lentis, ſpiſſis, Gummi Arabico, tragacantho. ſi frigida, tenuis, Iuiubis, Sebeſten, & aliis moderatè calidis, Penidiis, ſemine lini, fœnigræci, radice altheæ, maluæ & ſimilibus: aut medicamentis compoſitis ſyrupis Ziziphorum & de Hyſſopo, qui conſpiſſantia lenta recipiunt. Tuſſis à ſanie exudante ab inflammatis pulmonibus, coſtis, trachea arteria vel eius ramis; quæ ſi tenuis, incraſſanda; ſi craſſa, extenuanda, vti in empieumate. Quæ duntaxat à refrigeratis pulmonibus fit; ſolo halitu retento, qui calfacit, curabitur, ſi leuis ſit. A lentis craſſiſque, vel diuturniore mora denſatis, pulmonibusq; infarctis educendis Iris efficaciſſima. Minus conuenit tuſſi poſt materiæ eductionem, ob facultatem irritatam expultricem, cui narcotica ad ſenſum minuendum vel leniendum, potiora ſunt.

*Humorum qui ægrè eiiciuntur attenuant.*] Cur ad tuſſim & in qua tuſſi valeat, Dioſc. indicat: quæ difficilè è thorace exeruntur, attenuat, quibus extenuatis facilè reiiciuntur. Fortè aliquid vlterius ſignificare voluit his verbis, *qui ægrè eiiciuntur*, ſiue è thorace, ventre, renibus educenda ſint excrementa. Extenuant & incidunt Irides omnes, vi calfactoria & partium tenuitate: quare paulo pòſt ſubdit, *menſes, vrinas, farctus hepatis & ſplenis.*

*Craſſa & choleras purgat.*] Craſſa extenuãdo ad ſupradicta referuntur, vel ad ea quæ reiiciuntur; duo ſignificare volens; humores purgare & eoſdem purgare in maiore quantitate. Iris enim cholagogum medicamentum eſt, quæ cum hydromelite bilem craſſam vel pituitam extergendo & attenuando, euacuat. Hydromel enim medicamentis purgantibus additur, vt eductionem faciliorẽ reddat: eadem qua ratione Aloes bilem purgantibus, extenuantibus & incidentibus commixtis in Hierapicra Gal. pituitam craſſam euacuat.

*Epota*] quaſi dicat, non impoſitæ: quod de recenti intelligendum; ſicca enim non purgat.

*Drachmis ſeptem epota.*] Drachmis ſeptem legendum, quia craſſa, euuli.. difficilia. Plinio lib. 21. cap. 20. aluum ſoluit drachmis duabus cum melle; tuſſim, tormina, inflationes pota, lienes ex aceto, contra ſerpentes & araneorum morſus ex poſca valet; contra ſcorpiones duarum drachmarum pondere in pane. Cholicum medicamentum docent Plinij verba, qui aluum duabus drachmis purgare dicit, & drachmas duas ſufficere ad ſcorpiones: Sed aduerſis venena oportet maiorem quantitatem exhibere, vt vis medicamenti venenum ſuperet.

Meſueo laxat aquam citrinam, humiditates viſcoſas & melancholiam: aperit oppilationes; verùm mœſtitiam infert; ſed quando miſcetur aliis medicinis oppilationes reſerantibus, iecur & viſcera roborantibus noxa minuitur. Aqua & melle cocto caſtigatur. Doſis in decoctis ab aureis duobus, ad tres vel quatuor; & ſiccæ contuſæ à ʒ. j. ad ʒ. ijss. ex melle cocto.

Noſtris practicis hodie ſucci recentis hydropicis propinantur ab ℥. j. ad ℥. ijss. cum tantillo cinnamomo, aſaro, nardo, caryophyllis aut Syrupo è cichorio Nicol. Igne excocti ſucci aut denſati à drachmis duabus & ſemiſſe ad ʒ. iij. & quatuor, recens tamen crudus potentius agit.

*Somnum conciliat.*] odore ſuaui caput replet, & cerebri ventriculos vapidis fumis imbuit, non ſecus ac vini, ciborum repletio, labor & alia multa: non ſiccitate & calore, quæ potius vigilias inducunt. Neque in morbis acutis, aut calidis & ſiccis corporibus, ſed in humidis; vel diſſoluendo humiditatem, vel capiti vapores offundendo; vt crocus, myrrha, anethum, ocymum & huiuſmodi nonnulla, quorum maximus eſt vſus. in quibus valde humida & narcotica ſtupefactoria dare non licet, vt in pleuritide, peripneumonia & aliis affectibus in quibus expectorandum. Syrupus è papauere albo vel nigro, ſputum & omnem pectoris excretionem compeſcit: quare eo parcendum, vel illi Iris addenda, quæ & ſomnum conciliabit, & humorum cum incraſſationem impediet, tum expulſionem & excreationem iuuabit. Num intro ſumi vel imponi debeat, nihil Dioſcor. Dicemus & intrò aſſumptam vel temporibus impoſitam, vt vult Meſueus, prodeſſe.

*Lachrymas ciunt.*] Lachrymas ciunt quæ cerebrum comprimunt, vel acrimonia feriunt, vel dolore afficiunt. Iris quia acris, lachrymas cit, vt cepe & acria collyria dolorifica; & riſus, comprimendo oculos; & ſplendor nimius, violentia quadam.

*Horroribus, conuulſis, ex aceto pota.*] Acetum (niſi aqua dilutum,) neruis noxium, acre & moleſtum; ideo aptius conuenire videtur cum oxycrato ſiue poſca perfrictionibus refrigerationibuſue & horroribus in quibus nerui afficiuntur; quia Plinius contra ſerpentium & araneorum morſus ex poſca valere ſcribit, & ex aceto ad lienoſos, quibus acetum optimè conuenit; cuius beneficio ad partes remotas peruenit; & craſſum ſuccum extenuando lienem minuit.

*Quibus genitura effluit*] quia genituram abſumit exſiccando; gonorrhææ, ſiue reſolutioni vaſorum ſpermaticorum etiam medendo; nam refrigeratis & conuulſis conuenit.

Meſue.

*Menſes in vino.*] Si menſes ob venarum vteri obſtructionem à lentis & viſcidis humoribus ſanguini craſſiori permixtis, ſupprimantur.

*Iſchiadicis infunditur.*] clyſtere infunditur, quia inteſtina per peritonium cum parte affecta conſenſum habent. Iberis, Cardamine, Naſturtium & eiuſmodi, conſimili modo infunduntur, quia calfaciunt, attenuant & digerunt materiam frigidam impactam, à qua fieri ſolet Iſchias.

XYRIS, *Ξυρίς. Aduerſ. pag. 32.*



DIOSCOR. *Radix contra capitis vulnera fractaq; efficax eſt; aculeos & ſpicula omnia citra moleſtiam extrahit, * adiecta floris aris tertia parte, & radicis centaurij ac mellis quinta, tumoribus & collectionibus illita cum aceto medetur. Radix ex paſſo bibitur ad conuulſa, rupta, coxendicum dolores, ſtranguriás, & alui profluuia. Semen tribus obolis potum, vrinam vehementius impellit; & cum aceto † lienem abſumit.*

*Gal. quia tenuium partium, attractoriæ, digerendi, ac nimirum etiam deſiccandi eſt facultatis; tum multò etiam amplius fructus; qui quidem & vrinam ciet.

† Gal. Lienes induratos ſanare poteſt.

Plinio ſtrumas vel panos vel inguina diſcutit.

*Ad alui profluuia bibitur Dioſc.*] Non ſecus ac Rhabarbarum, & Aſarum ventris fluores, materiam per vrinas deducendo & auertendo, ſupprimit: cæteroquin opilionibus, & ruſticorum plebi in præfectura Sommerſeti Angliæ, huius radicis decoctum aut ex Ala infuſum, purgationes Iridis modo, molitur.

ZINGIBERIS. *Aduerſ. pag. 33.*



*Zingiberis ſiliqua cum granis ſuis.*

In Belgio, ob ſoli & cæli humidum ſuperfluum, in folia abit, marceſcit, flacceſcit, tandemque emoritur Zingiberis radix: eapropter ceparum & bulborum quorundam ritu effodienda, & vti vitis pampinis ſpoliata, emiſſariis aliquot ſtolonibus propaginibúſue effractis transferenda videtur. Semen aromaticum ſubaſtringés guſtu, Zingiberis colore album; cardamomo maiori ferè par, ſed oblongius, minuſque feruidum, in triquetra item ſiliqua, rugoſa, duriuſcula, villis quibuſdam & citris obducta, chamæiridis puſillæ ſiliquæ non diſpari. De eadem Aduerſariorum pag. 445. in Cardamomi hiſtoria.

DIOSCOR. *Zingiberis cibo conueniens eſt; & cum condimento aſſumitur. Excalfactoriā vim & excoquentem habet; aluum leniter emollit; ſtomacho vtilis eſt: efficax aduerſus ea quæ oculis caliginem offundunt. In antidota addi ſolet. In ſumma, piperis viribus reſpondet.*

Æginetæ Zingiberis radix potenter quidem excalfacit, neque primo tamen ſtatim occurſu, inuictæ cuiuſpiam humiditatis, & craſſioris eſſentiæ (quàm piper, Gal.) particeps eſt: Ideò teredinibus facilè tentatur, ſed conſtantem ſeruat caliditatem. Gal. eadem.

Gal. *Humiditatis inuicta*] illaboratam humiditatem & craſſam, quemadmodum Piper longum, in ſe retinere videtur; quare diutius perſeuerat quæ proficiſcitur à Zingibere aut pipere longo caliditas, quàm quæ ab albo aut nigro. Porrò vbi totum



ALEXAND... FERDINANDUS...

corpus calfacere celerrimè conſilium eſt, ea tunc exhibenda ſunt quæ & celerrimè à caloris noſtri contactu incaleſcant, & promptiſſimè vndequaque ferantur. Verùm vbi partem quamuis refrigeratam calfacere ſtudemus, contrà agendum: nimirum quæ tardè caleſcentia plurimo tempore perdurent, ea præbendo.

Stomachicum, cephalicum, hepaticum, & veneris incentiuum, potiſſimum recens vel conditum, calidum & humidum adhuc eſt medicamentum; exſiccatum verò, calfaciens & deſiccans ordine tertio. Obſtructiones hepatis à craſſa pituita incidendo, digerendo, calfaciendo, ſiccando reſerat; Inteſtinorum, ventriculi, & pulmonum farctus abſtergit & diſſipat. ſuperuacuo humore abſumpto, cerebrum & memoriam roborando iuuat. aciei caliginoſæ oculorum medetur.

## CVRCVMA *officinarum, Cyperus Indicus Dioſc. Aduerſ. pag. 33. & 34.*

DIOSCOR. *Manducatum croci vim reddit, guſtu amaro ſentitur, & illitum præſentem pſilothri vim exhibet.*

## COSTVS *omnis. Aduerſ. pag. 34.*

DIOSCOR. *Vis ei excalfactoria, vrinam ciet: menſes pellit: vitiis quæ vuluam malè habent, tam impoſitu quàm fotu & ſuffitu auxiliatur. Contra viperarum morſus ſextantem bibere prodeſt: item aduerſus pectoris dolores, conuulſa, inflationeſque, ex vino & abſynthio. venerem ex mulſo ſtimulat, * latas ventris tineas ex aqua pellit† horroribus ex oleo, ante febrium acceſſiones, & neruorum reſolutionibus oblinitur. vitia cutis in facie, cum aqua vel melle illitus, emendat. Additur in antidota & malagmata. Sunt qui admiſtis helenij comageni prædurís radicibus adulterent: quod d ,rehenſu facile eſt, ſiquidem neque guſtu feruet helenium, neque validum odorem vibrat, vt caput tentare poſſit.* † ob amaritudinem Galeno.

COSTVS *cum caulis ferulacei fruſtulo radice pulla, num Dioſc. Indicus Coſtus? Coſtus Indicus Cluſij.*



Æginetæ, paucula ,, iidem amaritudinis, plurimæ verò acrimoniæ & calidæ qualitatis particeps.

Gal. **Horroribus*] ob acrem plurimam & calidam quã in ſe qualitatẽ ſimul & facultatẽ obtinet, adeo vt exulceret: ſic etiam in iſchiadicis atque in ſumma in quibus excalfacere partem quamuis aut ex alto in ſuperficiem extrahere aliquem humorem eſt opus, ad coſtum confugitur; ideò vrinas & menſes prouocat: ad rupta, conuulſa & laterum dolores conuenit.

## COSTVS *facie radicis Centaurij maioris.*

Iam decem & quinque annis elapſis Venetias adferri cœpit Coſtus ille nigrior, facie & concretione radicis Centaurij maioris vel Gentianæ, grauis, odoris eximia Iridis ſuauitate, mixta tamen cum tantilla hirci graueolentia. Cuius exterior cortex pullus; deraſus verò ex cinereo flaueſcit. Num ſit vt ferula niger Dioſcoridis Indicus Coſtus, penes doctiores iudicium eſto. Antidotis minimè excludendus, & ſi guſtu peramarus, & ingratus.

## ZERVMBET *Serapionis &* ZEDVARIA, *eiuſdem radicis partes. Aduerſ. pag. 35.*

SERAP. Excalfacit Zeduaria & ſiccat ordine ſecundo; flatus diſcutit, & propria quadã facultate impinguat. Poſt aſſumpta graue animæ virus, quod allium, cæpa, vel vinum excitauit, abigit. Venenoſorum animalium morſibus opitulatur, alui fluxiones ſiſtit, vteri abſceſſus reſoluit, vomitiones reprimit, & coli cruciatus tollit, itemque ventriculi & alui tineas qualcunque enecat, & in antidotis additur.

Reſtituo Aduerſ. pag. 35. lin. 25. & vtraque vt nominis, ſic eiuſdem radicis partes meritò diuerſum nec ſecus inuicem differre, quàm Cyperus rotundus vel longus à ſuis cohærentibus radicum adſta-

dibus

ZERVMBET *Serapionis & Zeduaria eiuſdem radicis partes.*



ctibus ſpectantur; cuiuſmodi videndi & habendi copia fuit Antuerpiæ in Myropolio ſimplicium ditiſſimo Franciſci Pennini. Eoque Serapio, &c.

Item pag. 36. lege, & huius partem Zerumbet.

Et paulò poſt, veriores eſſe cum ſibi mutuò cohæreant. Et deinc, per omnia ſimiliores; vt Caſtani bulbi cum cæteris œnanthis; exemplisque aliis ſuperius oſtenſum fuit.

ZERVMBET *Serapionis.*
*Belg.* Block Zedoar.



CYPERVS.



CYPERVS. *Aduerſ. pag. 37.*
*Hiſp.* Iunca cheyroſa, Iunca auellanada.

Iuncus { *quadratus* / *anguloſus* / *& triangularis* } { *Celſi.* / *Plinij.* }

DIOSCOR. *Calida vis ineſt; venarum ſpiracula laxat, vrinam ciet: ad calculos aquámue ſubter cutem vtiliſſimè bibitur. Aduerſus Scorpionum ictus remedio eſt. Perfrictionibus vuluæ & præcluſionibus fotu prodeſt. Pellit menſes. Contra vlcera oris, etiam ſi depaſcant, vorentq́ue, farina eius efficax. Malagmatis calfacientibus, & vnguentorum ſpiſſamentis bene addi ſolet.* Paulus eadẽ.

Ægin. Calidus pariter & ſiccus temperamento eſt, abſque eroſione: qua de re vlceribus quæ præ nimia humiditate ægrè coaleſcunt, cicatricem mirabiliter inducit.

*Pellit menſes.* Gal. quia calfacit & ſiccat ſine mordacitate, & quiddam aſtringens habet.

Ægin. Ineſt præterea Cypero quædam ſecandi facultas, qua lapillos atterit, & lotia menſeſque prolicit. *Farinam* dicit, quia Cyperus rotundus in farinaceum puluerem facile abit.

CYPERVS

CYPERVS *longus odoratior.*
*Belgis & Anglis* Wilden Galegaen & Galinga.
*Hiſp.* Iuncia oloroſa.





CYPERVS aquaticus.



CYPERVS rotundus.

Trag.

CYPERVS *aquaticus ſeptentrionalis.*

Scrobibus item & riuulis ad Scaldæ amœniſſima fluenta pone nouam Antuerpiam vrbem, iiſdem foliis & iubata pannicula prouenit. Radix nonnullas, ſed paucas, teretes, oliuares, oblongiores, inſtar filipendulæ emittens glandulas, guſtu aſtringentes, nulla odoris gratia.

CYPERVS *rotundus litoreus inodorus.*

In Angliæ borealis & Belgij fluminũ litoreis, lenefluentorumque riuulorum, & maris alluuionibus, Cyperi genus non inelegans, radicum longè lateque ſparſa ſobole, multis & bicubitalibus implexarum filamentis, Cypero rotundo parium, oritur. Folia anguloſa; caulis cubitalis, & ſeſquicubitalis, nitidus, triquetrus; in quo racemoſa iuba, congeſta. Guſtu ſubaſtringit radix frigida & ſicca: odoris & ſaporis expers.

TRASI Veronenſium.



TRASI cum flore.



SPARGANIUM ſummum Theophraſti.



SPARGANIUM alterum.



TRASI *Veronenſium ſiue eſculenti Cyperi. Aduerſ. pag. 37.*
*Dulcichinum Guillandini.*
*Cyperus dulcis Theoph. Dod.*
*Ital.* Traſi dolce, *&* dolzolini.

Humenti Belgico ſolo complures capillares radices edit.

Venerem ſtimulant, abſtergunt moderatè humectando, eoque expectorationem iuuant.

## PAPYRVS. *Aduerſ. pag. 38. 39. 40.*

DIOSCOR. *Papyrus qua chartæ fiunt, nullis non cognita, præcipuæ in medicina vtilitatis ad laxandas fiſtulas, madefacta lino inuoluitur, vſque dum inaruerit. conſtricta enim atque immiſſa in hiatum, humore completur, & intumeſcendo fiſtulas aperit. Habet neſcio quid alimenti radix. Itaque Aegyptij eam mandunt, ſuccum tantum deuorantes: & manſam expuunt. ipſis radicibus pro ligno vtuntur. Crematæ papyri cinis depaſcentia vlcera cum omnium partium, tum oris maximè, cohibet. Verùm melius id combuſta charta præſtat.*

*Eadem Gal.* Macerata aut vſta vtilis efficitur: Igitur oxycrato, vinóue macerata, recentia vulnera glutinat; maximè in circulum circumpoſita. Verum hic quidem eſt, ceu materia quæ medicamina ſanantia accipiat. At vbi vſta fuerit, medicamen eſt * exiccatorium velut & chartæ combuſtæ cinis, niſi quatenus inferior eſt quam papyri.

*Aegineta eadem.

## TYPHA, Τύφη. *Aduerſ. pag. 40.*

*Bel.* **Liſchdoden** *&* **douſen**, *quia lanugo eius in aures incidens, ſurdos efficit. Ger.* **Narenkolben, Moſz-kolben.** *Hiſpan.* Behordo, *ſeu* Iunco Amacorodaco.

## IVNCVS *odoratus.* Σχοῖνος ἀρωματικός. *Schœnanthum. Aduerſ. pag. 42.*

*Ger.* **Cambiſchheuu.** *Officinis, Belgis, & Italis* Schœnanthum. *Ang.* **Squinanthum.** *Gal.* paſture de Chameau.





Plinij lectio deprauata.

Legerat ... Schœnanth... tibus nō ...

Lege pa. 45. li. 4. Geneuenſi. Lythoma pſeudo.

DIOSC. *Typhæ flos ſuillo adipe eloto exceptus ambuſtis medetur.*

Exſiccat moderatè & abſtergit. Sanguinis fluores impoſita ſiſtit.

IVNCVS

## IVNCVS *odoratus*

DIOSC. *Igneæ mordacitatis ad linguam. Floris, culmorum, radiciſq́; eſt vſus. Vim vrina ciendæ habet, menſes pellit, diſcutit inflationes,* * *caput aggrauat, modicè aſtringit, comminuit, excoquit, ac venarum ſpiracula laxat. Flos eius in potu vtilis ſanguinem reiicientibus. doloribus ſtomachi, pulmonis, iocinoris, & renum, miſcetur antidotis. Radix aſtringentior eſt, ideo faſtidiis ſtomachi, hydropicis, conuulſis, ʒ. vna, cum pari pondere piperis, per dies aliquot datur. Decoctum vulua inflammationibus, ad deſidentium fotus, vtile eſt.*

* Quia modicè calfacit & adſtringit Galeno, cum partium tenuitate.

Flores hodie aſportantur euanidi, ideò calamulis vti præſtat.

*Marinum gramineum* IVNCVS. *Aduerſ. pag. 42. Pſeudoſchœnanthum.*



IVNCVS *leuis vulgatus*, χοῖν@. *Aduerſ. pa. 43. & 44. Germ.* Binzen Schmelen. *Belgis* Bieſen. *Anglis* Ruſches. *Gal.* Ionc. *Hiſp.* Iunco. *Ital.* Giunco.



Huius Schœnanthi ſpecioſos flores pappoſos Iunci odorati quadamtenus, denſè congeſtos, in vulpinam caudam quincuncialem & ſexuncias longam, ſericeo argenteóue nitore, alopecuri ritu faſtigiatos collegit Franciſcus Penninus, Stirpium & Pharmaceutices peritiſſimus, in lit ore mediterraneo Monſpellienſis agri pone Aquas-marianas ſiue Aquas-mortuas. vernaculè Aiguesmortes, via qua itur Peſcaire.

## NARDVS, Νάρδ@ & Ναρδουστάχυς. *Aduerſ. pag. 43.*

*Gallis & officinis Spica Nardi. Germ. & Anglis,* Spickenarde. *Hiſp.* Azumbar aut Eſpigeſil. *Ital.* Spigo & Spigo Nardi. Nardus Gangitis Anguil.

DIOSCOR. *Vim habent excalfactoriam, & exiccantem: vrinam mouent, aluum potu ſiſtunt, vulua profluuia ſaniemq́; appoſita ſupprimunt. Nauſea ex aqua frigida auxiliantur, & ſtomachi roſionibus, inflationi, iocinori, regio morbo,* † *renum vitiis.* * *Aqua autem incocta fota ad inſeſſum, vulua inflammationibus medentur: ad glabras oculorum genas valent, ſiquidem eas ad denſiorem pilum reducunt, perfuſis humare corporibus inſperguntur. Miſcentur antidotis, & in fictili nouo non picato ad ocularia medicamenta reconduntur, trita in farinam, & cum vino in paſtillos coacta.*

F. . . . † * GAL.

†* GAL. Quia Nardi ſpica excalfacit exceſſu primo, deſiccat ſecundo iam completo. Compoſita eſt ex aſtringenti ſufficienter ſubſtantia & acri, calida non multa, & quadam leuiter amara.
In ventre ac inteſtinis conſiſtentes defluxiones deſiccat, ad hæc & eas quæ in capite & thorace.

IVNCVS *leuis vulgatus.*

DIOSCOR. *Vtriuſque Iunci ſemen toſtum, ex diluto vino potum, ſiſtit aluum † & rubra fœminarum profluuia. vrinam cit: capitiſq; dolores facit. Quæ proxima ſunt radici folia tenera, conuenienter illinuntur, aduerſus phalangiorum morſus. Aethiopici Iunci ſemine ſomnus allicitur: ſed modus in potione ſeruandus eſt, ne ſopor fiat.*

†GAL. Quòd compoſita ſit earum temperies ex terrea videlicet eſſentia leuiter frigida & aquea, leuiter calida vt & inferna deſiccare poſſint, & ſenſim frigidos ad caput vapores mittere, quibus ſomnolentos efficiant.

*Leg. elychnii. In Iûco maximo pag. 44. leg. Peraus pagulus li. 8. & li. 15. Neuroplaſtenungia pecoſis.*

IVNCVS *aquaticus minor capitulis equiſeti, Reddendus proximè Iuncum aquaticum maximum.*



IVNCVS *Cyperoides floridus paludoſus. pag. 44. Gladiolus paluſtris Cordi, & aquaticus Dod.*



Huic alter congener, ſed multò minor, lacuſtribus & lenè fluentibus aquis Auſtroyel paguli in agro Antuerpiano, maximo prouentu oritur, radice innumeris implexa fibris & culmis nudis, leui vulgato iunco paribus, ſed racemoſis capitulis Hippuridis aut Aſparagi ritu faſtigiatis, & ad imum ſingulis geniculis donatis.

IVNCVS *bombycinus. Aduerſ. pag. 44. Tomentum & iuncum pratenſe Cordi. Germ.* Wiſen Wollen.

Confert ex vino coctum torminibus ventris Cordo.

SPARTVM

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

SPARTVM 3^m. Cluſio.



SPARTVM *alterum C. Cluſij. Hiſp.* Albardin.



SPARTVM [illegible]



SPARTVM *Plin. Cluſ. Prouincialibus Eſpho Hiſpanica. Hiſp.* Sparto.

Poſteritati exactiſſimè Spartum patefecit C. Cluſius, cuiuſmodi Bruxellis me vidiſſe memini in horto Stirpium amœniſſimo & ditiſſimo egregij & doctiſſimi viri D. Ioannis Boiſot, cubitalibus compreſſis, iunceis, atrouirentibus foliis, quę ſucceſſu temporis contrahuntur, rotundumq; iuncum textrinæ aptum referunt. Stipulæ ſeſquicubitales, & lanoſi comoſique flores arundinis ritu. Semen ſcabrum & aceroſum. Pluribus Valentini agri & Bæticæ locis oritur prope Carthaginem nouam.

SPARTVM *alterum Plin. C. Cluſio. Hiſp.* Albardin.

Eſt & aliud quoddam Sparti genus non admodum diſpar, quod etiam debetur C. Cluſio exoticarum Stirpium periti ſſimo, qui ſcriptis hæc exactiſſimè ſignificauit. Molliore, tenuioreq; eſt iunco quàm primum; panniculam fert breuem Martio, & pericarpio quodam ſiue membraneo folliculo, vti Narciſſi, cepæ & ſimilium ferè flores, incluſam. Naſcitur Muricano regno humidioribus locis. Sportularum textrinæ minus aptum, ſed ad lineos ſaccos, quos lectis ſubſternant, implendos accommodum.

SPARTVM *noſtras, Spartum 3^m. Cluſij.*

Maris occidui Angliæ, Hiberniam verſus, ſabu-

letis ſemimerſa hæc tanta feracitate luxuriat, vt rigidis mucronatis foliis, iter illac facientiũ cruribus ſæpiſſimè cruenta vulnera inferat. Radice iuncea arenæ cumulis depacta. folia rigida, ſeſquipedalia & duorum pedum, in mucronem durum faſtigiata, Schœnanthi ſiue iunci marini. In caule bicubitali flos lanoſus & acerosũ ſemen arundinis vallatoriæ, cui parcit omne pecus, & veterina.

Asphodelvm minorẽ album, vide ſup. inter Phalangij differentias.

**Asphodelvs** *maior albus. Aduerſ. pag. 45.*
*ἀσφόδελος. Hiſp.* Gamones *&* Gamonites.



**Asphodelvs** *luteus minor. Aduerſ. pag. 45.*
*Iphyon Theoph. Anguil. & Briz. ambac Arabum quorundam.*



In caule deſiderantur folia.

## Asphodelvs maior.

Eadem Aetius ex vino pota.

Dioscor. *Radices ſubiacent oblongæ, rotundæ, glandibus ſimiles, guſtu acres: quæ excalfaciunt. Vrinas & menſes epotæ cient, lateris doloribus, ruptis, conuulſis, & tuſsibus, drachmæ pondere potæ ex vino, medentur. Eæ verò vomitiones adiuuant, taleri tali magnitudine commanducatæ. A ſerpente demorſis datur aptiſsimè, verùm trium drachmarum pondere: foliis, floribus & radice ex vino, morſus illinire oportet. item vlcera ſordida depaſcentia, mammarum quoque & teſtium inflammationes, tubercula, furunculoſq; decoctis in fæce vini bulbis. recentibus inflammationibus ex polenta auxiliatur. Radicis ſuccus adiecto vetere vino dulci, myrrha & croco decoquitur, fitq; perquam vtile oculis medicamentum. ad purulentas aureis per ſe cum thure, melle, vino & myrrha tritus, prodeſt. in contrariam aurem infuſus, dentium dolorem mitigat. Cinis * è radice illitus, alopecias ad pilum reducit. Oleum in excauatis radicibus igni decoctum, illitu exulceratis pernionibus & ambuſtis igni, conducit. ſurditati, inſtillatum in aurem, auxiliatur. Candidam vitiliginem, linteo ante perfrictam in ſole, illita radix emendat. Semen floreſq; in vino poti; ſcolopendræ & ſcorpionum venenis mirum in modum reſiſtunt: aluum purgant.*

* Gal. Quia calidior & exſiccantior ſubtiliorque, ac digerere potentior efficitur.

Gal. Radix vtilis eſt ſicut Ari & Dracontij, nempe extergentis & diſcutientis facultatis.

Apvl. Ad dolorem tibiarum vel pedum. radicum ſucco & oleo amygdalino vnges quod dolet, mirificè ſanabitur: etiam ſi tumores fuerint, ipſam tuſam & ſubactam impones.

Herbæ aſphodeli radicem decoque, & ex aqua mulſa potui dato, hepatis dolorem mirificè tolles.

Asphodel.

ASPHODE-
LVS minimus
porrifolius
luteus, palu-
ſtris. Aduerſ.
pag. 46.



LILIOSPHO-
DELVS lute-
us Liliflorus.
Aduerſ. pag.
45.
Lilium non
bulboſum
Dod.



ASPHODE-
LVS Hyacin-
thinus, fortè
Gal. Aduerſ.
pag. 46.



ORNITHO-
GALVM ſpi-
catū Monſ-
pelienſium
flore luteo.



LIRIOSPHODELVS *phœniceus.*

Varietas. Huic ex miniato flauente flores rutilant, foliis porri, aſphodelo albo vel LIRIOSPHODELO vegetioribus, latioribusque, ſed retuſis supernè. Caulis item rotundus, durior; binos ternosque cubitos interdum ſuperans, cuius ſummo liliacei itidem flores ſtriati, lilium puniceum minus, æquantes. Radix tuberoſa, teres, Aſphodeli lutei minoris.

Ephemerũ & Hemerocalis. Sunt qui Ephemerum & Hemerocalidem dixerunt à conditione fugacis floris, quem parum diu & aliquot horas duntaxat ſeruat.

ASPHODELI *Galeni crediti & ORNITHOGALI maioris Monſpel. diſcrimen.* — Galeni Aſphodelo flos intus foriſque ex albo flaueſcit, neque candore lacteo, vt Ornithogali flos renidet; neque auerſa parte herbidus. Radix verò minor, oblongior Ornithogali ſpicati.

ORNITHOGALVM *ſpicatum minus.*

Huius alteram ſpeciem omni ſui parte longè minorem Belgica vireta cultiora alunt, cuiuſmodi Lieræ D. Ioannis Dilbj & D. Mariæ de Brimeu vxoris D. Conradi Schetz.

*Theocriti & Poetarum* HYACINTHVS *Anglicus flore Iridis, cuius eadem effigies Aduerſ. pag. 47. quam pictor non bene expreſſit.*
IRIS *bulboſa Dod.*
*Ang.* Flour de luce *& Gladiolus maior.*



*Hiſpanicus poetarum* HYACINTHVS.
IRIS *bulboſa anguſtifolia flore vario Cluſij.*
*Hiſp.* Lirio Illyrico.



*Hiſpanicus poetarum* HYACINTHVS.

Nec ita diſſidet ab Anglico quem natura dædala ex Hiſpaniæ Caſtiliæ collibus, vulgo *Valle-Dolyt*, nobis

nobis

bis largitur, foliis rigidis Aſphodeli & Porri mediis, canulatis & auerſa parte ſtriatis: In caule ſingulari, ſeſquicubitali flos ſuauis odoris vt plurimum vnicus, plerumque geminus, & interdum ternus, alternatim fugax, Xyridis latior, tribus foliis repandis, albicantibus, medio luteis; ſupernis totidem cæruleis intercurſantibus lineis albis: ſemine Gladioli paulò maiore, & ſiliqua Poetarum Hyacinthi Anglici noſtri exiliore. Hunc vnà cum plurimis rarioribus plantis non modò alit in horto Guilielmus Drieſch, perinduſtrius & peritiſſimus pharmacopœus Antuerpianus, munere Raphaëlis de Coxia Flandri apud Machlinienſes eximij pictoris, ſed etiam plerique elegantiæ ſtudioſi ſuos cultiſſimos hortos hoc ornant.

Variat hæc aut flore breuiore, aut ſaturiore aut dilutiore colore, breui item longioreq; radice.

HYACINTHVS *Poetarum luteus.*
*Iris bulboſa luteo flore Cluſij anguſtifolia.*
*Hiſp.* Reilla Buey.



HYACINTHVS *Poetarum luteus ſemine in ſiliquis pragnans.*



HYACINTHVS *Poeticus luteus Luſitanicus.*

Alium Belgio noſtro inquilinũ factũ videas, à ſuperiore duntaxat luteis floribus dilutis, nonnunquã ſaturatis, diuerſum, & foliis exilioribus & pallidioribus; floribus latioribus, inodoris, & contractis Anglici Poetarum Hyacinthi modo. Collibus petroſis ad Tagum ſupra Olyſſiponem pingui ſolo ſponte oriri author eſt Cluſius, qui eius bulbos inde ad amicos in Belgium miſit. Varietas.

*Poetarum* HYACINTHVS *latifolius. Iris bulboſa latifolia Hiſpanica Cluſij.*
*Luſitanis & Hiſp.* Lirio eſpadanal .i. *enſiformis. videtur congener cum Hermodactylo non venenato.*

Multo minus frequens hic Septentrionalibus: maioribus & latioribus Pancratij foliis alternatim & imbricatim implexis, in anguſtum deſinentibus: flos ſummo coliculo cæruleus, nonnunquam can-

 didus

didus, nouem conſtans foliolis. Radix bulboſa, guſtanti dulcis, Hyacinthi Poetici Anglici ferè. In Belgio ab elegantiæ amatoribus ſtudioſè alitur, tamen nec florem nec caulem ibidem loci edit, quãuis frigoris iniuriam ferre potis ſit. Sponte oritur in Luſitaniæ Bœticæque collibus non procul ab Ana flumine, & copioſè circa Antequeram & Cordubam; floret iſtic Ianuario & Februario menſibus, Cluſio auctore.

Hyacinthvs *Poetarum latifolius.*



Hyacinthvs *Poeticus Hiſp; gemino Gladioli reticulato bulbo.*
*Siſynrichium Cordi, Dod. & Cluſij. Hiſp.* Noſelha.



Hyacinthi poetici 5ª. conſpicua varietas, quem perbellè *Siſyrichium* Dodonæus hariolatur. Flores Iridis, vnius vel alterius horæ, citiſſimè euaneſcentes, & marceſcentes, quatuor aut quinque alternatim fugaces, imis tribus repandis foliis Iridis cæruleis; tribus medio & ad baſim luteis: elatioribus item ternis fiſsis, bipartitiſue. In caule dodrantali folia bina in terram reflexa. Radici gemini bulbi, Gladioli modo. Semen item rubrum in folliculo oblongiore Gladioli, ſed minus. Opiliones Hiſpani radicem lubens eſitant, & Noſelha vocitant, quaſi nuculam auellanam. vnde non immeritò eſculentis bulbis quis eam annumerarit. Penſilibus hortis Belgij in delitiis eſt, beneuolentia Cluſij qui bulbos miſit ad amicos è vicinis collibus Olyſsiponis. Bulbi eſculenti.

σισυρίγχιον *Theoph. Cluſio.*
NOSELHA *minor: Lirio & Macucas Hiſp.*



IRIS *tuberoſa Dod. & Belgarum.*
*Lonchitis prior Dioſc. Vlyſſi Aldroando.*
*Aduerſ. pag. 363.*
*Perperam Hermodactylus verus Math.*



Variet. Nulla ſui parte diſſimilem; ſed tantùm exiliorem; minorem fecerunt. perperam aut nihil diſcriminis animaduertit clariſſimus vir D. Ioannes de Brancion, in cuius horto raris ſtirpibus ditiſſimo vidimus.

Inuenitur hoc Valentino regno & Murciano, Cluſio aſſerente.

Ad ventris tormina vtile incolarum auditione refert Cluſius, ſed illico ſaltandum & corpus exercendum ei qui eius radicem deuorauerit.

IRIS *tuberoſa Belgarum.*

Eandem, quam noſtri hodie Iridem tuberoſam nuncupant, cum doctiſſimo Aldroando peritiores Itali plerique Dioſcoridis priorem Lonchitidem ſanxerunt, quòd nulla extaret planta propius Lonchitidem adumbrans. Folia illi Hyacinthi poetici, porracea, ſtriata, rigida, quadrangula, in mucronem cuſpidatim faſtigiata. Flos quadamtenus Iridis; cuius foliola repanda, ſeu galericuli hiantibus comicis perſonis ſimiles, obſcurè virentes, fimbriis nigricantes. Semen inuolucris clauſum, (*Lanceæ ſimile, triangulum, Dioſc.*) angeloſum. Radix tuberoſa variè depacta; quæ in plures digitatim, flore marcido, propagatur: vnde Hermodactyli nominis occaſio. Quem ad viuum depingi Bononiæ curauit beneuolentia clariſſimi præceptoris Vlyſſis Aldroandi, eruditiſſimus D. Nicolaus Epiſileus Inſulanus medicus. ab hac noſtrate tantillum variare videtur. Hermodactylus.

DIOSCOR. *Radix in vino pota vrinam ciet.* Gal. de ſem.

GLADIOLVS *Narbonenſis. Aduerſ. pag. 47.*



GLADIOLVS *Italicus binis florum ordinibus cinctus. Aduerſ. pag. 48.*



DIOSCOR. *Superior radix cum thure illita, admiſto vino, ſpicula & aculeos è corpore extrahit: panos cum lolij farina & hydromelite diſcutit. qua de re huiuſmodi emplaſtris inſeri ſolet. menſes impoſita trahit. ſuperiori radice ex vino pota, venerem ſtimulari; & inferiore ſumpta, ſterileſcere tradunt. ſuperiorem quoque vtiliter infantium enterocœlis cum aqua potui dari præcipiunt.*

GAL. Xiphij radix, & maximè altera quæ ſuperior eſt, attrahentem, digerentem & exſiccantem facultatem etiam poſſidet.

*Varietas.* Nonnunquam multis adnatis bulbulis & folio anguſtiore cernitur. Albo item flore reperitur in Hiſpania, ſed rarius.

* *aliàs auenæ.* APVL. Ad fiſtulas quæ in corpore naſcuntur. Herbæ xiphij radicis vncias ſex, * amyli vncias ſex, aceti cyathos duós, adipis vulpini vncias treis ex vino piſabis, in panno lines & impones, miraberis effectum.

Herbæ Xiphij radicis ſuperior pars ſicca trita & æquis ponderibus mixto vino, capitis oſſa fracta extrahit: aut ſi quid in corpore ſuppuratum fuerit, vel ſi pedibus calcata ſint oſſa ſerpentis, contra ea venena efficax eſt.

Ad veſicæ dolorem, & ad eos qui vrinam non faciunt. Herbam gladiolum effodies, ſiccatum corticem radicis eius conterito, & cum vini cyathis duobus & aquæ calidæ cyathis quatuor immiſces, & ſic potui dabis, miram rem experieris.

Ad ſplenis dolorem. Herbam gladiolum maturiſſimam lectam & ſiccatam & in puluerem molliſſimum redactam, & in vino leuiſſimo mixtam potui datam, mirificè dicimus ſplenem deſiccare.

Ad coli vel præcordiorum dolorem. Herbæ gladioli baccas tritas ex caprino lacte, melius ſi aſinino, tepefactas dato bibere, deſinet dolor.

HYACINTHVS

HYACINTHVS *Germanicus liliflorus, ſtellaris.*
*Aduerſ. pag.* 48.

Varietas.



HYACINTHVS Anglicus & Belgicus. Aduerſ. pag. 48.

Hyacinthus non ſcriptus Dod.



HYACINTHVS *autumnalis.*
*Aduerſ. pag.* 48.



HYACINTHVS autũnalis major.



HYACINTHVS *Germanicus liliflorus, ſtellaris. Flos martius ſtellatus Germ. Aduerſ. pag. 43. Narciſſus cæruleus Tragi. Satyrium Erythronium Dod.*

HYACINTHVS *bifolius Theoph. Satyrium trifolium Dod. Belg.* Sterrekens, *diminutiuè.*

Varietas. Huius minor ſpecies folio vt plurimum gemino, & floſculis ſtellatis cæruleis non abſimilibus. ſed omnia minora.

HYACINTHVS *autumnalis maior.*

Penſilibus etiam Belgij hortis alitur hic Hyacinthus ſuperiori ſimilis, ſed radice, foliis latioribus; floribus, item & caule procerioribus & habitioribus.

HYACINTHVS *Orientalis Græcus. Aduerſ. pag. 48.*

HYACINTHVS *orientalis maior polyanthos.*

Expunge *Hyacinthum alterum Orientalem.*





Varietates. Quem Zumbel Indi vocant caulẽ habet Serpentariæ modo maculoſum, & tortilia folia. Conſtãtinopolitani Hyacinthi, vbi deſſoruerit dũtaxat maculis vipereis caulis variat. cuius triplex differentia folio & flore. Anguſtifolius, latifolius, & polyanthos alter, ſiue minor. Præcox dilutiore eſt flore. Serotinus autem ſaturiore, hilari, cæruleo, amæno.

HYACINTHVS *Orientalis maior polyanthos.*

Oriẽtalis alter meritò & deprauatus *Matth.*

A medio cubitali caule ad ſummum vſq;, in vnam partem vergente florum peramœnorũ cæruleorum ordine, luculentæ magnitudinis, calathi aut alabraſticuli ſimilium, ſpectatur. Folia latiora. Bulbus Narciſſi par. Horto generoſi viri D. Ioannis Brancionis inquilinus.

Iohann. Bau-

Hyacinthus maior.

Lacerua & nutans coma eſſe ſolet Hyacinthi, qualis viſitur in Galloprouincia.



Hyacinthus comoſus minor.



Dipcadi Chalcedonicum.



Dipcadi candidis floribus.



*Ideῖ. ℞,* HYACINTHVS *Dioſcor. comoſus maior. Aduerſ. pag. 49.*
*Germ.* Bꝛuniing/ blaũw mertzenblum. *Hiſp.* maios flores. *Gal.* vaccet.
*Hyacinthus neotericorum Dod. Hyacinthus maior Tragi. Syluest. Hyacinthus Cordi.*

* alij legunt ταῖιαυι.

DIOSCOR. *Hyacinthi radix pueris cum vino albo illita, impuberes ſeruare creditur. Siſtit aluum: potus vrinam impellit, phalangiorum morſibus auxiliatur. Semen aſtringentius eſt* theriacis expetitum: regium morbũ emendat cum vino potum.*

HYACINTHVS *comoſus minor. Aduerſ. pag. 49.*
*Hyacinthus neotericorum primus Dod. & Bulbus eſculentus. Hyacinthus ſyluest. Cordi.*
*Hyacinthus exiguus Tragi. Hyacinthus Botryoides Herbariorum.*

DIPCADI *Chalcedonicum, & Italorum. Bulbus vomitorius Matth.*

Hyacinthi comoſi varietas.

Radix cùm maxima, adulti Narciſſi bulbum magnitudine ſuperat; cui pro gracilibus & tortilibus fibris, duriuſculæ lignoſæ, craſſiores, fœniculi æmulæ, ſubſunt viuaces & contumaces radices, porrectæ humiq; inſertæ; quę etiam biēnium & triennium bulbo effracto D. Brancionis horto virentes perſtiterunt. Foliis eſt procumbētibus, ima baſi latioribus in acutum faſtigiatis: Flos pallidus ex lũteo herbaceo & cinereo purpuraſcit, qui expanſus & apertus duntaxat ſuauiſſimum ſpirat odorem.

DIPCADI *candidis floribus varietas gemina.*

Varietates { Quæ niueo candore, nonnuſquam & purpura diluta conſpiciuntur, foliã ſupernè latiora ferunt.
Floribus cæruloirentibus alioqui ſuperioribus ſimilis in hortis noſtris viſitur. }

ERIOPHORVS *ſiue* BVLBVS *Bombycinus commentitius.*



*Bulbi* ERIOPHORI *genuina effigies.*



Poſteritatis memoriæ triũ peregrinorũ bulborum icones portentoſas hic inſerere conſiliũ fuit: à D. candi-

candidiſſ. Dodonæo literis proditas, Antonij Cortuſi, exoticarũ ſtirpiũ indefeſſi veſtigatoris, munera; quæ beneuolentia & ſolito candore generoſi viri D. Brancionis patefactæ, rarũ ſui mihi præbuerunt ſpectaculum. Is tamen nõ ſolùm elapſis annis effigies coloribus ſuis penicillo expreſſas; verùm etiam bulbos Eriophori eidẽ præclaro D. Brancioni miſerat; penes quẽ egregiè creuit & propagatur Cepæ aut Scillæ ſquammoſis tunicis quadam lanugine intertextis compactili radice; è cuius vmbone craſſior fibrarum coma porrigitur: minimè dehiſcentibus ſquammoſis cuticulis, aut veluti nucleis, ſtipata, vt pictura adumbrat; ſed multis teretibus adnatis bulbis: Folijs verò oblongis Pancratij marini Monſpellienſium, quæ in villos diſcerpuntur. De bombycino flore diu ambegimus, fictũque ſuſpicati ſumus, aut alterius exoticæ plantæ florem rebamur, quemq́ue fruſtra multis artibus & lenocinijs elicere ſtuduimus cum in Italia, tum in Belgio. Verũ cũ anxij animi quid de eo ſtatuendum foret, eſſemus; tandẽ paucis elapſis diebus nobis dubiũ exemit Carolus Cluſius noſter, vt mox dicetur.

*Bulbi* ERIOPHORI genuina deſcriptio.

Cùm plurimum differat ab illo exotico bulbo Eriophoro effigies illa tomentoſa vnà cum ſuis bulbis Cortuſo miſſa, florem perſpectum non habuiſſe liquidò conſtat: hincq; licet documentum videre imbecillæ humanæ ſedulitatis. Sed ne deinceps temere inductionibus argutiſue picturis credamus, & fallamur à quibuſdam, qui audacter, nec res viſas, nec auditione cognitas peruertunt potius quàm produnt, bulbi Eriophori flores genuinos omnibus rei herbariæ ſtudioſis palam fecit clarus, fidus, & exactus herbariæ ſcriptor Cluſius noſter, vt qui res ipſas inſpectione notas habuerit, eius verba paucis & perſpicuis huc adducere memoriæ noſtræ ſubſidio, inſtituti conſequutione & ſerie, operæ precium duximus. Ex foliorum medio caulis exit cubitalis aut amplior, rectus, Scillini caulis æmulus, læuis, nudus, vireſcens, ſuperiore verò parte ad cæruleum colorem tendens: in ſummo veluti oblongam ac denſam fert ſpicam in denos vel plures verſus diſtinctam viridem primùm, ſed paulatim (dum ſeſe explicat in flores) cæruleum colorem contrahentem: conſtant flores ſenis foliolis ſtellatim expanſis, triangulo vmbone in medio protuberante, Hyacinthi Autumnalis floribus propemodum ſimiles, inodori, colore cum ſuis pediculis cæruleo, & internis ſtaminibus, quorum apices initiò purpurei ſunt, & vbi ſe explicarunt, veluti palleſcente quadam farina aſperſi. Incipit florere ab imo, vti Scilla ſolet.

Eriophori meminit Theoph. lib. 7. hiſtor. cap. 13. eum in litoribus naſci, lanamq́ue ſub primis tunicis habere, ex qua togæ & aliæ veſtes conficiuntur.

TIGRIDIS *flos, an Dracunculi ſpecies?*



Rarior multo exoticus flos Tigridis vocatus, quem nunquam nobis viſum fatemur. Illius iconem coloribus affabrè expreſſam piæ memoriæ clariſſ. D. Ioannes de Brancion pro noſtra amicitia communicauit: virentibus oblongis anguſtis & acuminatis folijs è pullo radicis bulbo: flore luteo, exiguis quamplurimis notulis fortuitis punicãtibus variato; è cuius medio ſuauè rubens ſtilus exeritur. Omnibus herbariæ ſtudioſis ipſa planta hactenus incognita. Eius bulbus edulis fertur.

NARCISSI *Aduerſ. pag.* 50. 51. 52.

Gall. Narciſſes & Iaunettes: *Ital. & Hiſp.* Narciſſo.

DIOSCOR. *Radix cocta, ſiue eſitur ſiue bibitur, vomitoria eſt. ambuſtis igni prodeſt, cum exiguo melle trita. præciſos neruos illitu glutinat. luxatis malleolis, diuturniſque articulorum doloribus, trita ex melle & impoſita, ſubuenit. vitia cutis in facie, vitiligineſque cum ſemine vrticæ, & aceto emaculat. cum eruo & melle, vlcerum ſordes expurgat. abſceſſus rumpit concoctioni repugnantes. infixa corpori extrahit, illita cum lolij farina & melle.*

Gal. Radix vſque adeo exiccandi facultate pollet, vt & maxima vulnera glutinet vel ad inciſiones

NARCISSVS pofticus medioeroceus & medio purpureus. Dod. Hiſp. Lirio blãco & Cebolina. Aduerſ. pag. 59.



NARCISSVS medio luteus.



NARCISSVS totus albus.



NARCISSVS albus polyanthos.



vſque quæ citra tendones accidunt. Habet verò quiddam abſterſorium, & attractorium.

Facultates Hyacinthi & croci habere videntur; digerendo, conſtringendo, glutinando & ſopiendo. Ad præſciſſos neruos, hernias & morbos vterinos vtebatur Rondeletius. Radix quia viſcida, neruos glutinat cum equiſeto, centinodio & conſimilibus ſicciotibus medicamentis. eoque non ſecus ac Symphytum ad hernias, veſicæ & renum vlcera, commendatur.

APVL. Ad vulnera quę ex ſe naſcuntur. Herbę narciſſi radix cõtuſa cũ oleo & farina vice cataplaſmatis imponitur vulneri, & ſanat mirificè. Ad phthiſicos vel colicos. Herbam narciſſum tuſam & potui datam, colicis vel tuſſientibus prodeſſe dicimus. Si autem volueris oleum facere, herbæ narciſſi florem in oleum mittes, & perunges infirmum, mitaberis rem certam.

NARCISSVS *medioluteus, pag. 51. Hiſp.* Lirio.

*Varietas* { Huius ſpeciei Narciſſum præcocem faciunt herbarum peritiores Belgæ cum Cluſio noſtro, latioribus floribus & folijs.

NARCISSVS *totus albus. Hiſp.* Iunquillos blancos.

*Narciſ. medioluteı varietates.* { Nonnunquam omnino candidis floribus viſitur, cæteroquin cum ſuperiote haud abſimilis.
Hic paucioribus floribus & folio albido, rigidoque variat. Belgicis hortis vterque etiam inquilinus factus opera C. Cluſij qui bulbos euulſos ex Luſitanię & Bæticæ vdis locis & maritimis ad amicos miſit.

NARCISSVS *albus polyanthos. Chalcedonicus elegantior, hilarior & varior. an Narciſſus octauus Matth. non deſcriptus?*

Poſteritatis ſedulitate antiquis & Dioſcoridi indictus nobis innotuit, qui Conſtantinopoli miſſus à Carolo Rym, equite Flãdro D. van Eekenbecken, viro familia & literis clariſſimo, & apud Solimanũ oratore Maximiliani Cæſareæ maieſtatis, exoticarum ſtirpium parentis benemeriti Ioannis Brancionis horto in delitijs habetur, floribus multiplicibus & foliolis aſpectu iucundis, niueis, peramœnis; corona media lutea orbatis; cuiu[illegible]em multiplex florum fœtura ſupplet: quodam tamen lutei ſpecimine permiſto inter foliola diſperſè adſeruato.

*Varietates.* { Ibid[illegible] loci tortilibus, reflexis folijs, prolixioribus & latioribus variat. Viſitur etiam anguſtioribus folijs, flore ex luteo pallente.

NARCISSVS *totus luteus montanus Theoph. Pſeudo Narciſſus Cluſ. & Dod. luteus ſyl. Aduerſ. pag. 51. Bulbus Codion Theoph. non Cordiaminum, vt vertit Gaza. Hiſp.* Campanilla.



NARCISSVS *luteus multiplici flore.*



NARCISSI *Montani Theoph.* Varietates: Facie nō diſſimili, ſed latioribus folijs, maioribuſque floribus omnino luteis croceiſue. cætera eadem planè. Hāc aliūt cum mox ſubdendo Narciſſo Ioannes Baillet Inſulanus & Mutonus harum peritiſſimi & ſedulì inueſtigatores. Interdum & multò minor ſpithameo vel ſemipedali cauliculo: flos item noſtratis Narciſſi, ſed minor, & oblongior magiſque luteus.

Xyridis modo purgare aſſerunt radicis decoctum ruſtica plebs & opiliones. vomitiones moliri certum.

NARCISSVS *Luteus multiplici flore.*

Huius lutei Narciſſi è multiplici floris fœtura varietas Belgicis amicorum hortis viſu digna: cætero quin omnia prorſus eadem. Tornaci primùm repertus in horto cuiuſdam pauperis.

NARCISSVS *luteus iuncifolius præcox. an Bulbus vomitorius? Aduerſ. pag. 51.*

*Hiſp.* Ionquillos.

Non procul à Toleto ſponte oritur in pratis montanis, Cluſio authore.

DIOSCOR. *Bulbus quem vomitorium vocant, folia habet lentiora multo & longiora quàm bulbus eſculentus, radicem ſimilem, cortice nigro. Ea radix manſa aut decoctum eius potum veſicæ malis medetur vomitionesmouet.*

Gal. multo eſt calidioris temperaturæ quàm eſculentus bulbus.

NARCISSVS *Iuncifolius ſerotinus paucioribus folijs & floribus duntaxat diuerſus.*



NARCISSVS iuncifolius ſerotinus.

NARCISSVS luteus iuncifolius præcox.





NARCISSVS autumnalis paruus.

NARCISSVS *Autumnalis paruus Cluſij, Bæticis Tennada.*

Vncialis plantula eſt: Octobri menſe flos albus, medio luteus, odoratus, Narciſſi: è gracili cauliculo exit. Radix item Narciſſi Iuncifolij minor, muco prægnans. floret ſine folijs ad Anam flumen in Turdulis, Cluſio aſſerente: Belgis hactenus incognita.

NARCISSVS *omnium minimus Hiſpanicus.*

Huic omnium minimo foliola exiliora & rotundiora quàm autumnalis Hyacinthi ad terram reflexa: floſculus albus, lutei montani Narciſſi æmulus, ſed longè minor in cauliculo palmari. E radicibus montium Pyrenæorum verſus Oceanum occiduum in horto ſtudioſè alit Ioannes Mutonus pharmacopœus Neruienſis peritiſsimus.

NARBONENSIS *Lilionarciſſus luteus montanus, Tulipa ſpecies minor Monſpellienſis herbariorum.* *Aduerſ. pag. 51.*



BONONIENSIS LILIONARCISSVS *luteus, ſiue Tulipa.*



Bononienſis Norbonenſi, folio, caule & flore proximus; omnia tamen vegetiora & grandiora: quandoque flores in caule bipartito geminos ſtellatos & nonnunquam ternos videas, iucundo leucoij lutei odore.

LEVCO-
NARCIS-
SOLIRION
pratenſe.



LEVCONARCISSOLIRION paucioribus
floriб. Aduerſ. pag. 52.
*Leucoium bulboſum hexaphyllum Dod. Narciſ. ſeptimus
Matth. non deſcriptus.*



LEVCO-
NARCIS-
SOLIRION
minimum.





LEVCONARCISSOLIRION *minimum autumnale.*

*Leucoium bulboſum minimum autumnale Cluſij.*

Similis verno minimo. ſed florem ſex foliolis Leucoij bulboſi hexaphylli nutantem, vel ornithogali, autũno edit. folia exiliora viridantia autumnalis Hyacinthi. Radix aliorum more cepacea concretione. Naſcitur non procul à Badaios, floretque Nouembri & Octobri Cluſio authore. In Belgio depaſti bulbi periere.

LEVCONARCISSOLIRION *pratenſe vernum. num* VIOLA *alba Theoph. vel Moly? Rondeletio Multiflorum. Aduerſ. pag. 52.*
*Leucoium bulboſum polyanthon Dod.*

LEVCONARCISSOLIRION *minimum. Aduerſ. pag. 52.*
*Leucoium bulboſum triphyllum Dod. Narciſſ. 6. Math.*
*an Herbaceus Plin.?*

LILIONARCISSI *varietates quamplurimæ: an Purpuro-Narciſſi Plin. Aduerſ. pag. 52. reddenda. Turcarum* Caſe Lale, Zampul & SATYRION *quorundam.*

Naturæ luxu & luſu huius quàm multas venuſtiſſimas florum varietates in delitiis habent D. Carolus de Croy ſereniſſimus Princeps de Chymay, magnæ ſpei adoleſcens; præclari & generoſi viri D. Ioannes de Brancion, D. Ioannes vander Dilf, Domina Maria de Brimeu vxor Conradi Scetz, Georgius Rye & Ioannes Mutonus. Eas igitur quia me vidiſſe memini elapſo anno beneuolentia D. Brancionis magnæ in hac parte peritiæ, & parentis benemeriti, ob florum peramœnam venuſtatem, conciſè perſtringere viſum fuit.

Omnibus Tulipæ, ſiue Lilionarciſſi ſpeciebus foliorum numerus in caule pedali & ſeſquipedali ternus, quaternus; quandoque quinarius, ſeptenus & octonarius: flores ſenis foliolis; interdum pluribus, quorum vngues flauent, calathum effigiantes, conſtant: quorum alij præcoces, alij autem ſerotini.

LILIONARCISSVS *purpureus.*



LILIONARCISSVS *Chalcedonicus totus luteus, ſanguineo puniceo par & ſimilis.*



TVLI-

TVLIPAN *ſiue Lilionarciſſus luteus latifolius, obtuſus, phœniceis rubentibus oris.* 1

LILIONARCISSVS *luteis oris, flore patulo.* 2

LILIONARCISSI Aduerſ. pag. 52. lege *ſeuis folio-* lis lin. 33.





1 Flos ſex foliis obtuſis purpurei ſanguinei Lilionarciſſi conſtat. Radix item & caulis perſimilis, in quo quatuor, & nonnunquam plura folia, liliaceis & porrinis media. interdum innatum bulbum in folio notauimus apud D. Ioannem vander Dilf; cuiuſmodi in Moly Homerico.

2 Luculento pandente flore, ſupremis foliorum oris & fundo ad baſim luteis pallentibus, medium cingente ſanguineo ſubfuſco: calyculorum oris & media carina foris luteis: cætera cuncta ſanguineo fuſco exolero ſimilia; medio intus ſtamine nigro, ſtaminibus croceis obducto. Semina, vti reliquorum, compreſſa in ob longo tripartito membraneo anguloſo folliculo; quæ itidem ſata colorum varias ſubeunt mutationes, & ſæpe degenerant, vt longo vſu diligentiſſimè animaduertit clariſ. vir D. Ioannes Boiſot.

LILIONARCISSI *præcocis aut ſerotini ſanguinei puniceiue è flore varietates ſeptem.*

1. Eriophori vocati radix cypaceo inuolucro obducitur, molli ſericeo tomẽto farcto, caſtanearum ritu: flos vt reliquorum; ſed calathi fundus ſiue foliorum vngues atri & medio lutei conſpiciuntur.
2. Luteo, & medio pullo, fundo.
3. Maculoſo, medio fuſco, folio.
4. Sanguineus toto calathi fundo pullo.
5. Vngue toto luteo.
6. 7. Vngue pullo, triangulis luteis: *flore odorato, aut inodoro.*

Folio-

*Lilionarciſſi præcocis multiplex è colore & figura differentia.*

Totus luteus maior Chalcedonicus, ſanguineo puniceo par, & ſimilis: odoratus Croci æmulatione & inodorus: præcox & ſerotinus aut pallidus.
Niueo candore & rubore confuſus coccineus.
Purpureus ſanguineus, puniceúſue obſoletus, candidioribus oris, carinam intercurſante albo rubore mixta & diluta linea, imo ad baſim croceo vngue.
Purpureus coccineus, rubentibus oris, medio folio exteriore candicat; vnguis luteolus; ſummo medio tenus coccineo luculento cruore.
Coccineus purpureus punicans, tribus exterioribus mucronatis foliis; internis verò retuſis.
Rubellus pandente flore in acutum modicè faſtigiato.
Rubidus candore mixtus, nitidus, niueis oris.
Niueus, extremis & ſummis rubidus oris, vndantibus in caule foliis.
Candidus, ſtriatis ſuauè rubentibus oris.
Patulus, rubidus, candicans.
Rubicundus, rutilans, luteola carina.
Sanguineo, puniceóue ſaturo liueſcens, ſummis candicantibus oris, expaſſus, folio latiore, mucronato.
Obſoleta purpura, ſummo albicans, purpurante medio.
Imo & ſummo luteus amœnus, medio coccineo, ſanguineo.
Luteus ſtriatis rubentibus oris.
Rubellus niueis oris ſtriatis.
Luteus hilaris oris phœniceis.
Niueus totus, fundo tantillum luteo.
Luteus, phœniceo confuſè mixtus.
Luteolus phœniceus, dilutus.
Luteus coccineis rubentibus oris.
Candore & rubore confuſis, Roſæ dehiſcentis pallidæ colore.
Luteophœniceus luteouirentibus oris; ſeptenis peramplis foliis.
Purpurouiolaceus.

FRITILLARIA.



FRITILLARIA *ſiue Lilionarciſſus purpureus variegatus. Meleagris flos Dod.*

E Lilionarciſſis Fritillaria eſt; agro Aureliano oriúnda; è quo delata ſtudioſè à Ioanne Mutono perbono & perito apud Neruios myropola, alibíque paſſim Belgicis cultioribus ſtirpiumq́ue ditioribus hortis alitur. E bulbo Narciſſi veluti bipartito & tenui pedali & ſeſquipedali caule folia prodeunt oblonga anguſta Croci vel Ornithogali: flore vnico aut duobus luculento, nutante, deorſum vergente, Tulipæ, ſenis villis ſtaminibúſue luteis pallentibus, totidemq́ue foliolis, labeculis & notulis pullis & dilutè purpurantibus, variato. Facultates hactenus inexploratæ. Semen albidum, compreſſum ſiliquis Hemerocalidis minoribus, Tulipæ Bononienſis paribus, clauditur.

CROCVS *ſiue flore. Aduerſ. pag. 53. Hiſp. Açafran.*

DIOSCOR. *Theſſalus ipſum tantum odoratum eſſe voluit. alij exitioſum, tribus drachmis, ex aqua potis. Procul dubio vim coquendi, emolliendi, atque ſubſtringendi habet. vrinam cit. Elegantem colorem præſtat. qui ex paſſo biberint, crapulam non ſentient. oculorum fluxiones illitum cum humano lacte, cohibet. additur in potiones, quæ internarum cauſa temperantur. ad vulua etiam ſeſſiſq; cataplaſmata, vtiliter inditur. venerem ſtimulat. vergentes ad ignem ſacrum inflammationes mitiges, auricularis col-*

E *lectionibus*

*collionibus vtile. Quo facilius conteratur, in calido fictili ſole ſiccari oportet, celeriterq́ verſari. Vrinam mouet radix ex paſſo pota.*

## Crocomagma.

Dioscor. *Fit etiam expreſſu vnguenti crocini odoramentis, & informes digeſtis, quod crocomagma vocant. Optimum eſt odoratum, modicè myrrham olens, graue, nigrum, ligni expers, læue, ſubamarum, quod madefactum croci colorem reddit, guſtatumq́ vehementer dentes ac linguam inficit, multis durans annis, quale eſt quod à Syria defertur. Habet ſuas vires ad detenda quæ caliginem oculis obuerſant. vrinam cit. calfacit, concoquit, & emollit. Vires croci proportione quadamtenus repræſentat: quandoquidem plurimam croci partem ſibi crocomagma vendicat.*

Crocvs *ſine flore.*



Croci *flores.*



*Avern. & Gal. Paululum quid aſtringens obtinet Ga.*. quod frigidũ, terreumq́ue.

Crocus in calfaciendo ſecundum, in exiccando primum ſortitus ordinem, * aſtringendi & concoquendi virtute pollet. Proinde concoquendi vim quandam habet, adiuuante ſcilicet in hoc & pauca aſtrictione. Quippe quibus medicamentis, cùm non admodum calfaciant, parcula adeſt aſtrictio, ea parem habent facultatem eſſentiis emplaſticis nominatis, quas cùm iunctas caliditati non vehementi contigerit, concoquentes eſſe conſtant.

*Exitioſum, tribus ʒ. ex aqua potis.*] Calore aut frigore, vt Euphorbium, Cicuta, Hyoſciamus, minimè exitioſum. Serapioni magna quantitate aſſumptus, ad tertium ordinem calfacit, & deſiccat ad 1^m^. Tres drachmæ potæ tanta hilaritate homines conſpergunt, vt nimio riſu exoluantur. Inebriat potentiſſimè ex vino potus, & hominem adeò lætum reddit, vt inſanum efficiat. Tuſſientibus & pleureticis vtilis, obſtructiones reſerat.

Caput petere & ferire teſtis eſt Gal. lib. *κατὰ τόπυς*. 3. v. croci in Hierapiera ſatis eſſe afferens.

Quæ adeò exhilarant, ſanguinem ſpiritúm cordis in extremas partes diffundunt, itaque euocatis ſpiritibus, lipotimia & mors ſequuntur.

Plura in Croco ſylueſt. Aduerſ. pag. 53.



CROCVS *Montanus autumnalis. Luſitan. & Hiſpan. etiamq́; noſtris vulgo*, Pie de Borro, *id eſt*, *Pes aſininus*.

A domeſtico croco diſtare ſulcatis foliorum lineis vtrinq; albis, notum eſt: alioqui radice & floribus non vlla ſui parte diſſimilibus, ſed dilutè purpurantibus, è quorum medio luteus ſtylus, tribus flammeis phœniceiſue ſtaminibus cinctus, exeritur. Belgis hortenſis & inquilinus factus, è maritimis Luſitaniæ collibus delatus.

CROCI *ſyl. montani varietates. Aduerſ. pag. 53. Hiſp. & Luſit.* Arçafran ſaluage.

In Calcaris, vulgo *L'eſperon*, algido Norbonenſis Galliæ præcelſo monte, Septembri menſe, paſcuis ponè tuguriola & lares ruſticas, inter Meum, Gentianas, & Helleboros florentem album vnà cum purpureo ſyl. Croco me vidiſſe memini.

CROCI *ſyl. verni & autumnalis è colore & flore differentiæ ſeptem.*

*Albus duplex.*
1. Eadem iſtis differẽtia quæ Nozilicę maiori & minori. Flores il-
2. lis albi, purpureis violaceis lineis ſtriati. Eos ex Italia præclarus vir D. Brancionus accepit.

3. Albus tertius, violacea purpurea baſi eſt.
4. Totus violaceus purpureus.

} Valerandi Donrai munera.

5. Purpureum obſoletum, pullis lineis ſtriatum, D. Brancion Alfonſi Pancij Ferrarienſis medici doctiſ. beneuolentia & munere alit.

*Minor 1.* Flore Croci violaceo ex pediculo vnciali ſeſe pandente, medio foris luteo pallido, ſtaminibus viduo: virentibus foliis oblongis, perangustis gracilibúſue. Semen pericarpio clauditur, fuluum. Radix auellanam æquans, ſubadſtringens.

CROCVS *vernus ſecundus Cluſij. Hiſp.* Cebollina. *i. parua Cepa.*

CROCVS *vernus Hiſp. duplex, nobis item communicatus à Clariſſ. viro D. Brancione.* Huius aliud genus obſeruauit C. Cluſius in Beturię collibus, Luſitaniæ conterminis, foliis & radicis cortice externo perſimile, ſed flore paulò minore, ex albo purpurante, vixque è terra prominẽte, qui octenis foliolis cõpoſitus eſſet; quatuor exterioribus paulò maioribus; gemina candida radice, vna alteri incumbẽte. Superior habitior & firma eſt, edulis & dulcis; inferior languida & flaccida. *C. Cluſij munere.*

*Minor 3.* Alter iunceis ſurrectis interdũ foliis, minus procumbẽtibus, vnico aut duobus floſculis minoribus multò & cęruleis, ſed extremis tribus foliis ex viridi dilatis. Radix non abſimilis, ſed habitior. Hãc Gadibus iuxta priorẽ eruebat Cluſius.

Crocvs *vernus ſerotinus primus,*
*Flore purpuro rubente, violaceis lineis ſtriatus.*



Crocvs *vernus albus ſecundus, cæruleis triis ſparſis in latera folijs.*



Crocvs *ſylueſt. vernus tertius,*
*Flore albo purpuroviolacea baſi. Aduerſ. pag. 53.*

Crocvs vernus purpuroviolaceus totus, quartus Valerandi. Aduerſar. pag. 53.
Albo colore variat, pediculo cæruleo, alias albo, in Oùceſi valle ad radices præcelſi Bernardi mõtis.



Crocvs *ſyl. minor Hiſpanicus, flore patulo: vulgo Nozalicha minor, & nozellas .i. nucula. à radicis forma quam etiam guſtu refert.*
*Crocus vernus minor primus Cluſij.*



Crocvs *ſylueſt. Hiſp. vulgo Noziliche maior.*
*Crocus vernus tertius claſſ.*



Κολχικὸν Colchicvm *ſiue ſtrangulatorium*
Ephemervm. *Aduerſ. pag.* 53.

*Ger.* Zeitloſen, *&* wild ſaffran. *Belg.* Tÿtloſen.
*Ital.* Zaffrano ſaluatico.

Narciſſus purpureus Plinij & Virgilij D. Ioanni Boiſot, apud Theoph. florens autumno poſt arcturum circa æquinoctium.

Perperam Moly H. Trago, quia huius flos minimè lacteus.



Colchicvm *candido flore Anglicum. pag.* 54.
*An Moly Homericum radice nocua?*



Colchicvm *Luſitanicum ſerotinum.*

Bulbus adnatum ſibi annexum habet; flos albidus, nitidus, tantillo ſummis foliis rubore confuſus: alioqui perſimilis effigie & magnitudine vulgato noſtro Colchico, quale Lieræ Brabãtorum floruit Septembri & Octobri in amœniſſimo, cultiſſimo, ſtirpiumque exoticarum ditiſſimo paradiſo D. Mariæ de Brimeu vxoris generoſi viri Conradi Schetz, munere clariſſimi D. medici Alsati Nonij Antuerpiani harum ſtudioſiſſimi & peritiſſimi. Colchici varietates.

Leg. Saint Lu.

Colchicum Syriacũ Alexandrinum. Aduerſ. pag. 54.



1. Colchicum minus floreſcens.

*Colchicum montanum Cluſij.*



Colchicum minus ſemine prægnans.



Huius minorem ſpeciem olim latiſſimis pratenſibus paſcuis ad mõtis Lupi Norbonenſis radices, ad diuerſoriũ publicum, via qua Gangẽ vrbeculã itur, collegimus. Septembri floſculus ſtellatus croceus, aut Colchici vulgaris, purpurocæruleus, erumpit, ſed minor. Idem eſſe audio cum Colchico montano Cluſij noſtri, quod olim ſeuerat in horto clariſſimi D. Brancionis pro Erythroneo, foliis croceis, anguſtioribus, in cauliculo vix palmum æquante, & interdum etiam maiore. Semen ſubrotundum Colchici vulgaris in ſiliqua triquetra.

DIOSCOR. *Colchici radix comeſta fungorum more ſtrangulando enecat: Remedia ſunt eadem quæ fungis. Bubulum etiam lac potum auxiliatur.*

HERMO-

HERMODACTYLI *non venenati officinarum.*
COLCHICVM *Illyricum ſiue Græcum non venenatum Anguillaræ.*



Icō pag. 55. Aduerſ. 41. [illegible]

Venetiis munere Alberti Martinelli Alepo Syriæ euulſâs à fratre Cequino habui Colchici Anguillaræ plantas, pronis palmeribus ſeptenis, denis & duodenis foliis Colchici, ſtriatis, mucronatis, reflexis, in anguſtum faſtigiatis, imbricatim, & lateratim ſtipatis, è quibus in puſillo pediculo flores exeruntur lutei, pallentes, terni vel quaterni Colchici parui minores, ſtaminibus item concoloribus. Siliqua non diſſimilis. Radix foris cepæ concretione; intus euanida & vieta; quia in caulem, folia, flores, fructum & ſemen vis tota eruperat. Anguillaræ & Cequino aſſentiendum, quibus acceptam refero. mihi tantum ſiccata aridaque viſa.

*Ephemeri non lethalis Dioſc. facultates.*
*Aduerſar. pag. 55.*

Iris agreſtis Gal. ſiue Ephemerum non lethale, folia & caulem Lilio ſimilem obtinet: radicem oblongam, non rotundam ceu Colchicum, digiti potiſſimum craſſitudine, adſtringens, & beni ſeauiſque odoris. Ex quibus palam fit facultatis temperaturæque eſſe miſtæ, nempe repellentis, & halitu euaporantis. Teſtificantur opera quæ particulatim edit. Siquidem non inefficaciter radix † eius in dentium doloribus colluitur. Tum phymatum augmento & ſtatui folia congruunt. Oportet autem ea in vino decocta prius quàm pus moueas, illinere.

† Quidam volunt eſſe radicem Pentaphylli, ſed folia reclamant.

MESVE. Calidus eſt ac ſiccus ordinis ſecundi initio; cum humiditate tamen excrementoſa, flatulenta, nauſeabunda, qua ventriculo nocet, præſertim quando in eum ex partibus aliis excrementa confluunt. Pituitam craſſam, præſertim à iuncturis trahit, ob id podagræ, & aliis arthritidis differentiis confert, non ſumptus modò, ſed etiam cataplaſmate admotus, præſertim cum vitellis ouorum, & farina hordei, vel mica panis. Impinguat, ſperma auget, vlceribus confert, quia terget ſordem eorum, & carnem in his putrem conſumit. Cuminum, zingiber, piper longum libyſticum, mentaſtrum, maſtiche miſta, Hermodactylum prohibent, ne ſuo humore excrementoſo & flatulento lædat ventriculum, néue flatus craſſos & nauſeabundos in eo excitet, aut multa in ipſo excrementa colligat. Si verò Hermodactylus cum pauco zingibere, & ſucco raphani, vel cum ſcilla aſſata, aut ſcillæ ſucco, & zingibere, & pauca ſpica, in trochiſcos fingatur, purgat celeriùs & pleniùs: (per ſe enim tardè & imbecilliter vacuat). Myrobalani quoque roborando ſtomachum hermodactylos citò deturbant, & humorum in ventriculum affluxum prohibent. Datur ab aureo vno ad aureos duos: annos tres ſeruatur.

COLCHICVM

COLCHICVM *luteum, an Ephemera non venenato Dioſcoridis congener?*
*Narciſſus autumnalis Marcelli Virgilij Mutono, flore luteo pallente.*
*Narciſſus autumnalis quorundam Cluſio.*
*Lirium alterum Theoph. Dod. vulgò* Cibollina Alborana. *Hiſp.* Açuçenas amarillas. *i. Lilium luteum.*



Radice, caule, flore, folio, ortu, totaque planta propior facie Colchico, cui flos par in ſpithameo caule ſenis foliolis ſtellatus, ſed luteus, qualem Ephemeri non venenati ſiue Hermodactyli officinarum Rondelletius aſſerebat. In Luſitaniæ montoſis ſpontaneum eſt. Belgij hortis autumno vna cum Colchico floret. Italis pẽſilibus hortis alitur.

*Varietas.* Anguſtioribus foliis & cauliculo dedrantali ſurrecto duntaxat variat in hortis noſtris.

ὀρνιθόγαλον, ORNITHOGALON *candidum vulgare. Adverſ. pag. 55.*
*Belg.* wit veldajuyn. *Gal.* churles & oignon blanc champeſtre. *Hiſp.* Leche Gallina, *id eſt*, Gallinaceum lac.

*Bulbus Leucanthemus minor Dod.*

Lege pag. 56. lin. 3 cant.





ORNITHOGALON *luteum.*
*Adverſ. pag. 56.*
*Ger.* Ghel feltʒwiber, *&* ackerʒwiber.
*Bulbus Syl. Fuchſ. & Tragi.*
*Siſyrichion Cordi.*
*Bulbus eſculentus Lacunæ.*

*Varietas.* Huius ornithogali lutei ſpecies multò minor, foliis lõgè exilioribus & anguſtioribus in viridariis noſtris prouenit.

ORNITHO-

ORNITHOGALON *cæruleum paliens.*

Ornithogalis qualibet ſui parte valde cognatum & affine, ſed flos cæruleus, Hyacintho autumnali penè par & ſimilis. Ex Turnacenſi vrbe primum D. Brancioni muneri miſſum.

DIOSCOR. *Ornithogali radix editur cruda & cocta. Emollit, diſcutit.*

Ornithogali lutei radix ſub cineribus cocta, addito melle, trita & impoſita humidis & depaſcentibus vlceribus, prodeſt. Duros tumores emollit & diſcutit.

LILIONARCISSVS *polyanthos. Lilium Alexandrinum Neotericorum. Ornithogalon maius Dod. Narciſſus quartus pictus Matth.*



Ital. *Hyacintho del pater noſtro*, propter glomerulos floris.

Inter Lilionarciſſos & ornithogala media eſt hęc venuſta planta: radice quippe Ornithogali: folia oblonga Narciſſi prodeunt, imum caulem glabrum ſingularem, pedalem & cubitalem ambientia, in ſummo alis diuiſum, quibus liliacei, lactei candoris calicis inſtar ſenis foliolis radiati flores Iunci aquatici, Allij vrſini longè maiores, Tulipæ minores obtuſi, è quorum fundo glomerulus pullus protuberat. Semen pericardio tereti Ornithogali clauditur. ſtamina luteola glomeratum fundum pullũ ambientia. Belgij hortenſis vt rarus, ita vſu incompertus. Odor ſuauis, aromaticus. Huius radicibus m… …c Aluarus Nonius, magnæ ſpei & eruditio… D. medicus Antuerpianus.

BVLBVS ESCVLENTVS, DIOSC.
*Hiſp.* Bulbo bueno para comer.

Pag. 56. lin. 11. lege plenior. & lin. 14. fen ta…

DIOSC. *A nobis eſtur: ſtomacho & aluo vtilis, rufus, & qui ex Aphrica defertur. Amarus verò & Scillinus, ſtomacho aptior eſt, & concoctionem adiuuat. Bulbi omnes acrimoniam habent, excalfaciunt, venerem ſtimulant, linguam tonſillaſq; exaſperant. multum alimenti præbent. carnes creant. inflationem pariunt. luxatis, fractis, articulorum doloribus efficaciter illinuntur. ſpicula extrahunt. gangranas & podagras ex melle, aut per ſeſe: hydropicorum tumores, & canum morſus, cum melle & piperis polline illiti cohibent. ſudores compeſcunt. ſtomachi dolores mitigant. furfures & vlcera quæ in capite manant, cum toſto nitro abſtergunt. ſugillata varóſque per ſe aut ex oui luteo, & lentigines cum melle vel aceto, emẽdant. fractis auriculis vnguibúſque, ex polenta medentur. ijdem calidis cineribus torrefacti, tollunt ficus: item cum cinere è mænarum capitibus, impoſiti. cremati verò & cum alcyonio miſti, vitia cutis in facie, atráſque cicatrices, in ſole illiti, emaculant. faciunt ad rupta, ſi cum aceto cocti edantur. Sed copioſiore eorum cibo abſtinendum: quoniam neruos tentant.*

GAL. Frigidior & craſſior eſt, lentumque ſuccum procreat: nam & coctu difficilis eſt & flatuoſus, & venerem prouocans: attamen illitus, ob amaritudinẽ ſimul & adſtrictionem, abſtergit ſimul & glutinat & nimirum etiam exiccat. Eſt enim oſtenſum amaritudinem in extergentibus eſſe ſubſtantijs; adſtrictionem verò in glutinantibus: at ſiccitas vtramque conſequitur.

*Κρόμμυον*, CEPA. *Aduerſ. pag. 56. Hiſp.* Cebolla.

DIOSC. *Cepa longa acrior eſt quàm rotunda, item flaua quàm candida, & ſicca quàm viridis. & cruda quàm cocta, aut ſale condita. Omnes tamen mordent, flatus gignunt, appetentiam inuitant, ſitim mouent, & extenuant. faſtidium pariunt, & expurgant. aluo vtiles ſunt. ex detractis purgamentis in oleum coniectæ, hæmorrhoidas, reliquóſque excretionum exitus reſerant, ſubdita pro balanis. Succus cum melle illitus, oculorum hebetudini-* Eadem Gal.


*betudini-*

*betudinibus, argemis, nubeculis, & incipientibus ſuffuſionibus auxiliatur: anginæ eodem perunguntur. ſuppreſſos menſes pellit: caput purgat, naribus infuſa. canis morſibus cum aceto, ruta, & melle illinitur. cum aceto autem perunctas in ſole vitiligines ſanat. & cum pari ſpodio, ſcabras lippitudines ſedat.* * *varos cum ſale reprimit. contra calceamentorum attritus, cum gallinaceo adipe vtilis eſt. cita aluo prodeſt. in auribus ſonitū ac grauitatem emen-*
Eadem Gal. *dat: ad purulentas aureis, & eliciendam earundem aquam valet. alopecias* † *earum ſucco perfricantur. qui celerius quàm alcyoniū pilos euocat. largiore cibo cepa capitis dolores ciet. coctáque vehementius vrinam pellit. eos lethargicos efficit, qui valetudinibus aduerſis, ea etiam cocta, plus æquo veſcantur. elixa, & cum paſſa vua & fico illitæ, tubercula concoquit, & celerrimè rumpit.*

* quia ſuccus aqueæ & aëreæ caliditatis Gal.

GAL. Ex quarto eſt ordine excalfacientium. Eſſentia autem eius potius craſſarum eſt partium. Vnde etiam hæmorrhoides aperit, tum appoſita, tū cum aceto inuncta. In ſole alphos abſtergit. Porrò ſi ſuccum eius exprimas, quod reliquum eſt; admodum terreæ ſubſtantiæ eſt, eiuſque calidæ. Tota cepa flatuoſa eſt manducata. Itaque quæ temperatura ſunt ſicciore, minus flatuum gignunt.

E cepa antidotum longè optimum ad luem peſtiferam, quo piæ memoriæ Valerandus Donrez Flander Inſulanus multos liberauit.

CEPA.



℞. Cepam magnam incauatam, cui incoquuntur ſub ci[illegible]ous Theriacæ vel Mithridati, Terebenthinæ Venetæ vel Cypriæ añ. ʒ ij. foliorum Rutæ M. ſ. Deinde teruntur, & ex aceto optimo, per cribrū cernuntur, pro potu. Doſis vnciæ tres & quatuor. Reſiduum eo modo quo cataplaſma, loco affecto imponitur. Poſtridie aſſumenda eſt ſeſquidrachma Electuarij ſequentis.

℞. Boli Armeni roſacea loti ℥ ij. ʒ ij. Radicum Tormentillæ, fol. Rutæ, aloës añ ℥ iiij. ſ. Cinnamomi & granorum Iuniperi añ ʒ vj. Galangæ, Caryophyllorum, ſeminis oxalidis, cornu Ceruí, Scordei, Coralli rubri añ. ʒ iij. Radicum Gentianæ, Helenij, Ariſtolochiæ longæ, Zedoariæ, vel Coſti añ. ʒ. v. Conſeruationis Roſarum, Bugloſſi añ. ℥. ix. Theriacæ Andromachi veteris ℥ iij. Mellis deſpumati & percocti lib. quatuor, additis ſucci putaminū Nucum vel florum Iuglandis ℥. quatuor; & aceti Roſati ℥ vj. miſceantur, fiatque opiatæ inſtar.

*pag. 58. in Cepa Aſcalonitide*, Anglis Scalyon vocata, lege *cruda*, lin. 21.

Scilla

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONVM

*SCILLA, ſiue CEPA MARINA Hiſpanica, ſiue flore: carinato lilij & Pancratij medio folio humi procumbente. Aduerſ. 57.*

*lege Hiſp.* Cebolla albarrana & cepa marina.



*SCILLÆ Hiſpanicæ flosculi ſtellati, Ornithogali Monſpeliaci.*



*Iege lin. 23. flores ſtellati Ornithogali. & deme fragrantia.*

DIOSCORIDIS verba, quæ in proxima leguntur pagina, huc reponenda.

GAL. Admodum incidentem facultatem obtinet; non tamen admodum c[illegible]; ſed ſecundum hoc eam quiſpiam ſecundi ordinis † cenſeat excalfacientium. præſtat autem eam aſſam, aut elixam ſumere; ſic enim virium eius violentia exſoluitur.

† Incîdit, calfacit & deſiccat ordine 2°. Æginetæ.

MESVE. Scilla, autore Galeno, bifariam vtilis, tum quòd humores expelli apparat, tum quòd apparatos vacuat. Melior eſt, quæ alteri cōnexa eruitur (ſola enim & ſingularis, vt etiam prope thermas orta, eſt venenoſa) ſapore dulci, acri, amaro, luminis ſplendentibus, ex agro liberō, calida ordine tertio: ſicca prope tertium. Subſtantiam habet ſuperficiariam igneam, acrem admodùm: ac terream aduſtione amaram: aëriam denique mediocrem, eámque dulcem. Humores craſſos ac lentos, & bilem atram incidendo, tenuando, tergendo, vt promptiùs expellantur apparat, & maximè oxymeli ex ea ſcillites, & eoſdem ipſa purgat. Quapropter capitis affectibus (cephalalgiæ, cephalææ, epilepſiæ, vertigini, ſcotomati) neruorum, & iuncturarum, pulmonis & thoracis, præſertim electarium ex ſucco ipſius & melle ſumptum lambendo, confert. Idem vocem claram reddit, & oxymel ſcillites, & acetū ſcillites. Eadē ſplenis obſtructionē & tumorē ſanant, putredinē in corpore prohibent, ob id ſanitatē tuentur, iuuenile corpus diu ſeruant, ſed emaciant. Gingiuas quoque laxas ſanat, dentes commotos ore colluto acetum ſcillites firmat, oris fœtorem tollit, & halitum reddit odoriferum, dolorem ventriculi ſedat, coctionem iuuat, corporis colorem commendat, corpus molle & laxum confirmat, quouis modo vſurpatum: ſcilla enim tenuat, incîdit, terget, foras trahit, reſoluit materiam craſſam lentore partibus adhærentem: à putredine vindicat, vlcerat, vrit. Aſſata ſcilla faciliùs ſoluit; immiſſa autem aceto, humores craſſos, lentos, altius merſos expelli promptos reddit, laminæ autem ipſius mazâ ſeparatim inuolutæ ſub cinere calido quantum ſufficit, coquuntur, exoluuntur, in vſum veniunt: vel ipſæ laminæ vaſe luteo vitrato, ſurſum ſtricto, operculato, pergameno includuntur. Dies quadraginta per æſtiuos dies inſolantur vaſe identidem verſo, vt ex æquo vndique caleat: extracta vſurpentur, vel cum æquali farina orobi fiant trochiſci, quando opus eſt, vtendi. Ex his ſic aſſatis etiam fit acetum ſcillites; vel cum paulo mox vbi à ſcilla exemptæ ſunt laminæ, aceto merſæ, inſolentur in vaſe ſimili à Veris initio ad Æſtatis finem, poſt vſurpetur. Datur autem potio à drach. quinque ad drachmas duodecim: oxymeli autem ſcillites ab unc. ſex ad vnc. tres: trochiſci autem à drachmis duabus ad drachmas quatuor. Mediocrem ferre coctionem poteſt ſcilla.

Apvl. Ad hydropoſim. Herbæ ſcillæ bulbus torretur, deinde circumpurgatur, & medium eius in aqua decoquitur; cùm bene coctum fuerit eximitur, & ex eo tres oboli potui dantur cum melle & aceto hydropico, & euacuatur per vrinam. Scillæ quod eſt in medio eius cum oleo commodè ferueſacito, atque ea quæ dolorem exhibent perungito, ſanabuntur. Radix piſata cum aceto & pane impoſita panaricium mirificè ſanat. Scyllæ folium ſubiectum linguæ, ſitim compeſcit.

Scilla *rubentibus radicis tunicis, folio Aloes carinato.* *Aduerſ. pag. 57.*

*Pancratium verum Cluſij.*



Pancratii *marini è floris colore varietas.* *Aduerſ. pag. 57.*

*Hemerocalis Valentina Cluſij. Narciſſus Conſtantinopolitanus Matth. non deſcriptus, vt ex imagine ſua more apparet. Ital. Giglio marino. Hiſp.* Amor myos, & Squilla menor.



Diosc. *Scilla vim acrem atque feruentem habet. aſſatam ad multa vtiliorem eſſe conſtat. Polline ad cruſtam ſubacto, aut luto oblita, in clibanum conijcitur, aut carbonibus obruitur, donec obducens cruſta ſufficienter intoſta fuerit. qua exempta, ſi non emolleſcat, altero polline ſimili, aut luto circumlinitur, & eadem qua prius fiunt. nam quæ ita nō aſſatur, interaneis maximè noxia eſt. Torretur etiā in olla, indito operculo, quæ in furnū demittatur. Sumi etiā ſolet quod maximè eſt mediū, direptis vino tenus tunicis. quod ſruſtatim conſectū coquitur, mutata ſæpius aqua, donec ipſa nec amaritudinem nec acrimoniā habeat, traiectáque lino fruſta ſiccantur in vmbra, ita vt ne vlla quidē parte ſe contingant.* his ſcillæ ſegminibus ad oleum, vinum, aut acetum ſcillinum vtimur. Ad rimas pedum, interna pars cruda ſcillæ in oleo ferueſacta, aut cum reſina liquefacta, imponitur. decocta in aceto demorſis à vipera, cataplaſma eſt. ad ſingulas aſſæ parteis adiectis octonis toſti ſalis, cochleam vnum aut alterum, datum ieiunis, ad emolliendam aluum.*

* Hic præparandi modus ignauia & inſcitia pharmacariorum exoleuit.

*uum. in potu autem & odoratis medicaminibus, & quibus vrinam ciere volumus, hydropicisque & ſtomachicis, quibus innatat cibus, regio morbo, torminibus, in tuſsi vetere, ſuſpirioſis, & ore reijcientibus, tres obolos, in delinctu ex melle ſumpſiſſe ſatis eſt. coquitur cum melle, & eſtur eorundem gratia, maximè vt concoctionem adiuuet. ſtrigmenta per aluum extrahit. cocta, & ſimili ſumpta modo, eoſdem præbet effectus. ſed cauendus ſcillæ vſus, his qui inteſtinum ſentiunt vlcus. ad penſiles verrucas & perniones, toſta efficaciter illinitur. Tritum ſemen & in carica aut melle deuoratum, aluum emollit. Scilla tota in limine ianuæ ſuſpenſa, mali medicamenti noxam arcet.*

PANCRATII *marini è floris colore varietas.*

Prorſum Pancratio Monſpelienſi idem; ſed huic flores luteolos Hiſpanica littora dant; qui etiam interdum purpurei, & quandoque punicantes produntur.

DIOSC. *Pancratium, quod aliqui ſcillam appellant, radice eſt magni bulbi, ſubrufo colore, aut ſubpurpureo, guſtu amaro ac feruente: foliis lilij, ſed longioribus. Scillæ vires & præparationem habet. eodémque pondere in morbis efficaciter aſſumitur. cui tamen mitior quàm ſcillæ facultas ineſt. Radicis ſuccus cum erui farina digeritur in paſtillos, qui hydropicis ſplenicíſque cum hydromelite commodiſsimè dantur.*

*Afouzenas de las Indias.*

Pancratio Monſpelliaco ſimilis eſt bulbo & ſemine: num eadem ſit, aſſerere non auſim, vt cuius flores nondum apparuerint. in hortis penſilibus Iohannis Mutoni Neruienſis pharmacopœi fidiſſimi & doctiſsimi exit folio Narciſſi.

SCHOENOPRASON; *Aſcalonica Math.*



PORRVM *vulgare. Ital. Porro. Hiſp.* Puerro.



DIOSC. *Inflationem facit, noxium ſuccum creat, tumultuoſúmque ſomnium parit; vrinam ciet, aluo accommodatur, extenuat, oculorum aciem hebetat, menſes pellit: ſed lædit exulceratam veſicam, renéſque. Cum ptiſana verò coctum eſu pectoris vitia extrahit. Coma eius in aqua maris & aceto cocta, in defeſſionibus ad proluſiones*

*cluſiones vulue & duritias vtile habetur. Porrum bis aqua mutata coctum, tum frigida maceratum, dulceſcit & multo minus inflat. Semen acrius eſt, & quandam aſtrictoriam vim habet. Quare ſuccus cum aceto, addito thure, aut manna, ſanguinis profluuia ſiſtit, maximè ſi naribus erumpat. Venerem ſtimulat.[b] Contra omnia thoracis vitia,[c] tabemque pro delinctu efficax: Arteriam eſu purgat: ſed ſi aſſiduè eſitur, viſus obſcuritatem inducit: ſtomacho aduerſatur. Succus ex melle potus, aut illitus, contra beſtiarum morſus auxilio eſt. Ipſum quoque cum aceto aut Thuris polline, lacte aut roſaceo vtiliter aurium[d] doloribus, & ſonitui inſtillatur. Varos tollunt folia illita cum Rhoe, qua ad obſonia vtuntur. Epinyctidi[e] medentur: cruſtas ex ſale illita rumpunt. Veteres ſanguinis reiectiones cohibent ſeminis drachmæ binæ cum æquali baccarum myrti pondere pota.*

[a] Subdit Gal. quanquam ne ſic quidem vim perdit extenuandi.

[b] Semen calfaciendo, extenuando.

[c] Pli. phthiſicis, deſtillationibus longis, regio morbo vel hydropicis, vel ſuccus, vel ex ipſo cibus prodeſt.

[d] Cum felle caprino. Plinio.

[e] Et alijs vlceribus cum melle trito. Plin. *Epinyctidi* ] vlceribus aciem hebetantibus, & in oculi angulo perpetuo humori emananti. Plin.

Eadem quæ Dioſc. Paulus, Plinius, Aëtius & Gal. qui ſubdit, Corpus calefacit, & craſſos in eo humores extenuat, glutinoſoſque incidit.

Plin. capitis dolores, ſi in aures fundatur, dormiturisue in aurem duobus ſucci cochlearibus, vno mellis.

E ſucco Porri looch ad anginas pituitoſas alioſque catarrhos frigidos fauces præcludentes efficaciſſimum. Recipit Amygd. dul. mundatar. ℥ iij. ficuum numero quattuor, Bdellij mollis ℥. ſ. ſacchari candi, & ſucci porri in duplici vaſe diſſolutorum, & in ſerapiũ coctorum, q. ſ. excipiendis prædictis. Succi Glycyrrhizæ ℥ ij. miſceãtur. vtatur lambendo & fauces tangendo intincto Porri capitulo.

PORRVM *ſylueſtre inodorum.*

Omnia Porro ſimilia ſunt; ſed exiliora & inodora. Lieræ Brab... orum in horto D. Ioannis Diffij alitur.

PORRVM *Tonſile & capitatum. Aduerſ.* 58. *Hiſp.* Puerro cabeçudo.



AMPELOPRASON, *ἀμπελόπρασον, ſiue Porrum ſyl. Ger.* Wild Lauch. *Angl.* Wilde leeke. *Hiſp.* Puerro ſaluage. *Ital. Porrandillo.*



Ampeloprason vinetis, aruis, marginibus, ſenticetis & dumetis Galliæ & Belgij gaudet. folio exit Allij ſyluestris tenuifolij nõ abſimili, ſed maiore & acriore, in bicubitali caule. Radix bulboſa, nõ ex nucleis, ſed ſingulari capite cõſtans, porri minor, durior, acrior, nõnullis adnatis ſeſe propagãs. Flore, & nucleis, ſeminis vice, triticeis granis paribus in glomeratis capitulis nõ diſparibus allij ſyl. tenuifolij.

DIOSC. *Ampeloprasson stomacho magis aduerſatur quàm * porrum; plus autem calfacit. Vrinam, & menſes vehementius † ciet. Id contra ſerpentium morſus eſſe conuenit.*

* Gal. Quia acrius & ſiccius eſt domeſtico, ſicut agria omnia reliqua domeſticis.

† Gal. Sed & craſſos & lentos humores potentiùs incidit, valentiuſque infarcta organa obſtructione liberat. Hac quoque ratione vrinas ſæpe prouocauit, vbi à craſſis & lentis retinebatur humoribus. Adeò verò eſt calidum, vt illitum cataplaſmatis modo, exulceret. Dictum eſt autem antè, quòd quæ eum in modum ſunt calida, extremi ſint ordinis.

SCORODOPRASSVM. Σκοροδόπρασον. *Germ.* Aberknoblauch. *Gal.* Ail porreau. *Ital.* *Aglipòrro.* *Hiſp.* Aio porruno.



SCORODOPRASSON *alterum.*



Belgicis hortis hodie inquilinum factũ, folio Porri latiore, caule quaternum & quinum cubitorum è bulbo craſſiore, nucleis quinis & ſenis è ſquammatis cuticulis coacto: odoris tedioſi, Allij, vegetioris.

Idem Gal. DIOSC. *Qualitatum Porri & Allij particeps, vnde promiſcuas ſibi vires ex vtroque vendicauit, effectus Allij & Porri præbens, inefficatius tamen. Coctum porri modo dulceſcit, & in olerum vicem tranſit.*

SCORODOPRASSON *alterum.*

Gracilioribus & longioribus nucleis bulbus ſtipatur membraneis inuolucris atro ſtamentibus: flos & folia allij exiliora: odor & ſapor Scorodopraſſi. Hoc in meis Italicis peregrinationibus in ſportulas conieceram.

Σκόροδον.

Σκόροδον. ALLIVM. *Bel.* Looch. *Gal.* All & aux. *Ital.* Aio & Aglio. *Hiſp.* Ayos.



ALLIVM *vrſinum. Aduerſ. pag.* 59 *Germ.* Bere-ſunds knoblauch. *Ital.* Aglio de gli orſi.



DIOSC. *Vis Allij acris eſt; excalfacit, mordet, excernit, aluum turbat, inflammationes facit; ſtomachum exiccat: ſitim* gignit, flatum permouet, ſummam corporis cutem exulcerat, aciem oculorum eſu hebetat. Magnæ in allio vtilitates contra aquarum mutationes; vocem clarificat. Veterem tuſſim crudum coctúmue lenit. potum autem cum origani decocto, pediculos & lendes enecat. Cremati cinis illitus ſugillationibus cum melle, & alopecijs cum Nardino vnguine, medetur. Eruptiones papularum cum oleo & ſale ſanat. Vitiligines, lichenas, lentigines, vlcera capitis manantia, lepras & furfures cum melle exprimit. Cum thure & tæda decoctum, dentium dolorem leuat ſi in ore contineatur. Contra venenatos muris aranei morſus cum ficulneis frondibus & cumino illinitur. Feruefacta coma ius fœminarum deſeſſionibus additum menſes & ſecundos partus extrahit. Allium eiuſdem gratia ſuffitur, factum ex eo & nigra oliua intritum, quod græci μυττωτὸν vocant, eſu cit vrinam, ora venarum patefacit, † hydropicis vtile.*

* ſitim reprimit Aetio.

† PLI. Diocles. Hydropicis cum Centaurio, aut in fico duplici, ad euacuandam aluum, quod efficacius præſtat viride cum coriandro in mero potum. Contra anginas imponi tritum, & gargarizare prodeſt. odore ſerpentes abigit.

OPHIOS-

OPHIOSCORODON *Aduerſ. pag. eadem.*
*Allium Serpentinum. Ital.* Aglio ſerpentino.



MOLY *Dioſcorideum putatum.*
*Aduerſ. pag. 59.*



DIOSCOR. *Eoſdem effectus præbet anguinum, quod & Ophioſcorodon dicitur. Latas ventris tineas in cibo ſumptum abigit. vrinas detrahit. contra viperarum ictus, & priuatim hæmorrhoidi prodeſt; ita vt non aliud magis, ſi cum vino iugiter aſſumatur, aut tritum in eodem ebibatur. Contra rabioſorum morſus, & illitu & cibo valet.*

Allia deſiccant & calfaciunt Galeno 4°. ordine, eaſdemque cum cepis facultates habent.

Frigidiſſimis & pituitoſis morbis conuenit, colicisque inde cruciatibus oris. lumbricos, & flatus pellit: venerem ſtimulat, quibus frigore extincta. calidioribus natura minuit exſiccendo. Allium Theriaca ruſticorum.

Temperamento calidis, capiti, oculis, pulmonibus & renibus pernicioſum; vti prægnantibus & lactantibus, menſes educendo.

MOLY *Dioſcorideum putatum.*

DIOSCOR. *Bulboſa radix mirum in modum valet ad vuluæ apertionem, ſi trita° cum Irino vnguento in peſſo* ° *alij legunt cum tali fa-* *subiiciatur.*

MOLY *Serpentinum vocatum.*



Dioſcorideo Moly perſimile ortu; folio ad terram item reflexo, odore & bulbo. ſed flos candore rubens, cui ſubiacēt bulbuli nitidi Indici Moly ritu. Radix cepaceo præduro inuolucro obtegitur. caulis pedalis & ſeſquipedalis, Belgis hortenſe eſt.

MOLY *foliis* NARCISSI.

Alterum proceritate, & caule non abſimile; ſed, floribus cæruleis, & foliis compreſſis Narciſſi ſimilibus, & ferè paribus; oblongis, & albis radicis bulbis porraceis ſimul implexis & cohærētibus magno capitulorum ſtipatu: allium odore præferentibus, cuius aliquot bulbos adhuc habemus munere Raphaelis de Coxia, ſummæ humanitatis & ſtirpium magni admiratoris, qui non modò exoticarum ſtirpium haud pænitendum numerum, ſed & eaſdem affabrè arguta manu ſummoq; artificio pictas, vt ſi quis alius apud Belgas, nobis dederit.

MOLY *Liliflorum, bulbum in folio gerens, Theoph. & Homericum fortè.*
*Aduerſ. pag. 60.*

APVL. Herba moly contuſa & impoſita, dolorem matricis aufert potenter.



Moly foli- Narciſſ.



Moly Li- liflorum.

CAVCAFON, MOLY *Indicum vocatum.*



LILIVM *candidum. Aduerſ. pag. 60.*
*Belg.* Witte lelie. *Angl.* White lily.
*Lilium ſiue Roſa Iunonis Apul.*



Indicum Moly, quod nos Lutetiæ vidiſſe primùm ſuperioribus annis meminimus in horto Caſtellani, ſummo caule bulbulos ſphærico peramplo pericarpio membranaceo occluſos gerebat: qui depacti facilè propagantur. Folia, bulbus & reliqua, cum ſuperiori ſimilia.

LILIVM *candidum.*

DIOSCOR. *E Liliis vnguentum temperatur, quod aliqui lirinum, alij ſuſinum appellant; neruos, & priuatim vuluæ duritias, emolliens. Folia herbæ illita contra ſerpentium ictus auxiliantur. ferueſacta, ambuſtis proficiunt: aceto condita, vulneribus opitulantur. Succus adiecto melle aut aceto, in æreo vaſe coquitur, conuenienti medicamento vetuſtati vlcerum, & ad recentia vulnera. Inaſſata radix & ex roſaceo trita, igni ambuſta ſanat. vuluam emollit. menſes ciet. vlcera cicatrice obducit: cum melle detrita, neruis præciſis, luxatiſq; medetur. vitiligines, furfures, & lepras emendat, vlceraq; in capite manantia expurgat. abſtergit faciem & erugat. teritur in aceto cum hyoſcyami foliis, & farina tritici, mulcendis teſtium inflammationibus. Semen potum morſibus ſerpentium aduerſatur. ignibus ſacris ſemen & folia cum vino illinuntur. Tradunt & rubra eſſe lilia. in Syria autem, & Piſidia Pamphilia efficaciſſima vnguentis naſcuntur.*

*Igni ambuſta.*] Quia ſiccant, abſtergunt, & digerunt moderatè Galeno.

*Vuluam emollit.*] Quia citra morſum digerit & emollit Gal.

*Faciem erugat.*] Galeno cum melle, vt potentius abſtergat. Primi ordinis eſt abſtergentium. Inſigne medicamen ad omnia quæ exſiccari poſtulant abſque morſu, ceu vulnera omnia ingentia, & maximè quæ in capitibus muſculorum eueniunt; & quæcunque vlcera humida, flaccidáue & diuturna ſunt, quæque ægrè ad cicatricem perducuntur. Galen.

Lilij flos temperaturam mixtam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrea ſubſtantia.

Plin. ad clauos pedum in vino radices decoquit.

APVL. Ad morſum ſerpentis. Herbæ lilij bulbum contritō, & expreſſos ſuccos potui dato: ipſum etiam bulbum tritum morſui adponas, mirabiliter ſanabitur.

Ad luxum. Herbæ lilij folia tuſa & impoſita efficaciter ſanant; & ſi tumor fuerit, ſedant tumorem.

Lilium *purpureum maius.*
*Aduerſ. pag. 60. & 61.*
*Bulbus cruentus Hippoc.*
*Lilium croceum Fuchſ.*
*An Hemerocalis, ſiue ſyl. Lilium*
*Dioſc. aut congener?*
*Germ.* Goldgilgen. *Hiſp.*
Litio amarillo.



Lilium *purpureum minus. pag. 62.*



Lilium *cruentum bulbos gerens ſummo alio diuiſo caule.*



Lilium *cruentum quartum, ſecundum caulem bulbulis donatum.*



*Lilij cruenti varietates.*
- Martagon, cui flores rutilant, bulbos nucleis ſtipatos ſummo caule alis diuiſo profert.
- Polyanthos, folia habet deorſum repanda.
- Martagon tertium, foliis eſt virentibus, Lilij cruenti modo.

Quartum Lilio purpureo maiori ſubpar; flore Martagonis rutilo: & ſecundum caulem ſeſquicubitalem bulbulis à medio ad ſummum vſque ornatur.

SVLTAN SAMBAC.

Propter amœnitatem & floris decus, Sultan Sambac, vel fortè magno Sultano dicatum, Lilij hoc genus appellatum videtur. Radix illi lilij cruenti, ſed notulis labeculisue purpurantibus variata, qualis, munere D. Aluari Nonij medici C. Antuerpiani horum ſtudioſiſſimi, peritiſſimi, & perquã auidi, à nobis alitur in horto Guilielmi Drieſch perboni pharmacopœi. Florem nondum videre contigit; vt cuius radix nuperrimè Conſtantinopoli miſſa Sultan Sambac nomine.

MARTAGON *candidum Chalcedonicum.*

Indidem delatum viſendæ venuſtatis, vt ſi quod aliud, iſtud lilium aſſeritur: folia lilij albi noſtratis candidiora, & radix item cognata. Neque florem tamen, neque ſemen in Belgio videre datum hactenus.

LILIVM *Montanum. Aduerſ. pag. 61.*
*Lilium ſyl. Dod. Hemerocallis herbariorum.*
*Hyacinthus poetarũ Tragi. Aſphodelus fœmina Fuchſ.*
MARTAGON *Italorum & Matthioli.*
*Gal.* Lis iaulne, *à radicis colore. Belg.* Lelie van Caluarie. *Germ.* Goldwurtz weible.



HEMEROCALLIS *Chalcedonica Purpuroſanguinea polyanthos.*



Admodum rara hæc Belgis: quam propter florum luculẽtam fœturam & peregrinam elegantiã in deliciis habent, & ſumma diligentia in fictilibus alunt clariſſimi viri D. Ioannes de Brancion & D. Ioãnes vander Dilf. E bulbo nucleiſquammatim cõpacto Lilij candidi, maiore; maximo Martagoni pari, & concolori, caulis cubitalis, quem ab imo ad ſummum vſq; liliacea folia cõfusè & fortuitò ſtipãt. Flores hilares purpuroſanguinei; Lilij montani ritu ad pediculi extrema item reflexi, peramœna fœtura ſũmum caulem decorantes.

DIOSCOR. *Hemerocalicis radix trita & pota, aut cum melle & lana in peſſo appoſita, aquam & ſanguinem inducit. Folia trita & impoſita, mammarum ex partu & oculorum inflammationes mitigat: ſed & radix & folia ambuſtis vtiliter imponuntur.*

LILIVM PERSICVM.



LILIVM *Perſicum, vulgo Pennachi Perſiano.*

Rarius Germaniæ, Galliæ & Angliæ; Lieræ Belgarum ſolùm viſitur in horto amœniſſimo ſtirpiumq; exoticarum ditiſſimo generoſi viri D. Ioannis Dilſij. Caulis ternûm cubitorum, quem fuſè ambiunt folia cæruloviridantia, mucronata, Liliis cruentis paria. Flores nutantes nolas effigiantes obſoleta purpura nigricant. Radice bulboſa fiſſa, minimè ſquámis loricata, albida, auerſa parte ſeſſili & plana, porrectis ſubtus fibris obſcurè flauentibus. Cuius ſit facultatis, neminem periculum feciſſe intellexi.

LILIVM *ſiue* CORONA *Imperialis,*
TVRFANI & LALE *i. flos herbariorum.*



Nec multum à Liliis abeſt Chalcedonicum Lale, quod iiſdem Belgij hortis Lieræ D. Dilſio, & illuſtri heroinæ Mariæ Schetz, de re herbaria benemeritis, prouenit: ſeſquipedem alto caule; foliis longioribus *Lilij montani*. Flores rubentes nutantes Lilij Perſici ritu nolas effigiantes, quales pictura docet, non potuimus obſeruare. caulem quidem edidit hoc anno, qui tamen ſummo ſtatim marceſcere cœpit. Radix coracea concretione terri & viroſi colenici, vti tota planta, odoris. In Belgium miſſum Lale, Turſani & Coronæ Imperialis nomine.

**Lilivm** *conuallium, vel vernum Theoph. Perperam Ephemerum non lethale Fuchſ.*



**Cynosorchis** *maioris ſecunda ſpecies. Aduerſ. pag. 62. Cynoſorchis altera Dod. Angl.* Doggis toddis.



*Lilij conuall. è floris colore differentia.*

Agri Louanienſis, qua itur Thenas Brabantorum vrbem, ſyluoſis flores edit candore & rubore confusè mixtos.

Fvchs. & Dod. cor roborare, iecur & cerebrum prodidere: item ſuccum decoctúmue ad ſyncopas, apoplexias, vertigines, comitiales ſiue epilepſias, paralyſes, oculorúmque caligines diſcutiendas. Suauiſſimum flos ſpirat odorem, cuiuſmodi oxyacanthæ, cuius itidem ſtillatitia ad epilepticos inſultus commendatur.

## Orchides.

**Cynosorchis** *Morio. Aduerſ. pag. 62.*

*Germ.* geſprengt knabbenkraut.

*Orchis mas anguſtifolia Fuchſ. Satyrion Apulei.*

*Orchis delphinia paluſtris C. Gemmæ.*



Maculis pullis varius Morio teſticulus mas neotericorum, flore delphini, propendente corniculo.

Apvl. Ad vlcera difficilia & cicatrices nigras. Radix tuſa & impoſita, vlcera expurgat, & cicatrices curat. Herbæ ſucco cum melle optimo oculos inunges, & lippitudines & dolores tollet ſine mora.

Si quis ad mulierem non poterit affectari, obligatus. Herbæ priapiſci radicem, id eſt teſticulũ dextrum, qui maior eſt, teres cum piperis albi granis quadraginta ſeptem, quæ in ſe habeat ſemunciam cũ herbæ ſupraſcriptæ, & mellis vncias * quatuor, & in vino optimo medicamentum ſolues: & pondo ſcrupulorum nouem per triduum ſumes: ad mulierem affectaberis confeſtim.

* aliàs tres.

Cyno-

ALEXANDRINAM · ALEXANDRINA · FERDINANDVS

CYNOSORCHIS *Morio fœmina. pag.62.*

Orchis delphinia montana C.Gemmæ.

Perſimilis mari, ſed aliquantò minor: Floribus cuculatis caſſidis hiãtis ſpecie, porrecto corniculato ſtamine.

* Eadem Aeginetæ.

DIOSC. *Eduntur radices coctæ, vt bulbi; ex quibus ſi maiorem edant viri, mares generari dicuntur: ſi minorẽ fœminæ, alterum ſexum. Addunt, in Theſſalia mollẽ mulieres in lacte caprino bibere, ad ſtimulãdos coitus: aridã verò, ad inhibendos. & alterũ alteri⁹ potu reſolui. Naſcitur in petroſis & ſabuletis.* *



* GAL. Radici eius bulboſæ ac geminæ vis ineſt humida & calida, ac guſtantibus dulciuſcula eſt. Cæterũ maior radix multam videtur habere humiditatẽ excrementitiã, & flatuoſam; quapropter epota venerem excitat *. Altera verò, minor videlicet, è contra, nimirũ admodũ elaborata: vt ſit eius tẽperamentũ ad calidius & ſiccius vergẽs. Itaq; hæc radix tãtũ abeſt, vt ad coitũ ſtimulet, vt etiam planè contrà cohibeat ac reprimat. Eduntur bulborum more toſtę.

TESTICVLVS *hircinus. Aduerſ. pag.62.*



TESTICVLVS *vulpinus ſecundus.*

TESTICVLI vulpini varietates. Aduer. pag.62. Serapiades Fuchſ. & Dod.

Teſticulus vulpinus primus. Angl. Hares ballokes. Hiſp. Satyrion.



Videtur Tragodes C. Gemmæ.



## ORCHIDES.

*Neutiquam poſthabenda de Orchidũ differẽtiis ſententia Clariß. viri Cornelij Gemmæ profeſſoris regij in celeberrima Louanienſium Medica ſchola; qui certè non modò ſex & triginta Teſticulorum icones argutè & propria manu affabrè effigiatas, mihi liberaliſſimè communicauit; verumetiam eorũdem Syluam & Naturæ opes preſſius ex minutiarum obſeruatione & perſpicuè digeſtas literis incomparabili modeſtia & eruditione plenis pro ſtudio atque amore erga me, cùm iam hæc Orchidum familia excuderetur, ſignificauit. Cuius ſanè iudicio, & quarum elegantia oblectatus nõ abs re futurũ iudicaui, ſi poſteritatẽ ab obliuione vindicarẽ; vt eas illi mecum acceptas ferãt, illiuſq́ tanti viri coniecturas, quæ Dioſcoridis delineationi aptius congruere viſa ſunt, minimè reſpuant rei herbariæ ſtudioſi; cùm tamen è tam varia Orchidum tribu arduum ſit appoſitè Dioſcoridis genuina Satyria profiteri. Sed hanc anxietatis plenam diſquiſitionem miſſam faciamus, quando opera noſtra naturæ ditandæ & illuſtrandæ hiſtoriæ ſtudet, vtq́ nominum & opinionum doctiſſimorum virorum conſenſum, & quam aggreſſi ſumus methodum, minima quæque digerendo (nullum enim vel deſpicatiſſimum naturæ operum noſtra cognitione indignum) proſequeremur; exordium à maiore mox ſubdenda Orchide ſumemus, quæ, vt vſu potior, ſic & verior recepta eſt.*

SERAPIAS *Dioſc. Cornelio Gemmæ, ſiue Baſilica Syderites vel Erythræa floris omnino purpurei & aliarum omnium facilè princeps.*

CYNOSORCHIS *noſtra maior.*
*Aduerſ. pag. 6[illegible].*



SERAPIAS *Dioſcor. 2ª. C. Gemmæ, ſiue Orchis Baſilica altera Syderites flore candidiore, thyrſoq́ magis compreſſo, & foliis latioribus vſque ad verticem inflexis, circa caulem argenteis.*

CYNOSORCHIS *maior altera noſtra.*
*Aduerſ. pag. 62.*



M ORCHIS



ORCHIS *Saurodes vel Scincophora, Lacertarum æmulatione, Cornelio Gemmæ, ſiue Tragorchis altera.*
*vulgaris Teſticulus* HIRCINVS, *ſeu Tragorchis & Leporis teſticulus noſtras. Aduerſ. pag. 62.*

Floret circa finẽ Maij, ac ferè vſq; ad mediũ Iunij, prouenit in collibus muſcoſis, præſertim inter conualles vmbroſas.



TRAGORCHIS *minor & verior C. Gemmæ, ſiue Corioſmites vel Coriophora flore inſtar Cimicum.*



ORCHIS *Melittias, ſiue Apis cadauerulum exprimens. Belg.* Bien.



ORCHIS *Myodes prima C. Gemmæ, floribus muſcam exprimens. Serapias 3ª. Dod.*



*VVLPINVS Teſticulus, ſiue Orchis Myodes lutea Narbonenſis, congener cum minimo Teſticulo Vulpino, floribus fucum, colore & effigie præſeferentibus. Aduerſ. pag. 62.*



*Sphegodes C. Gemmæ. Gal.* moucheguеſpe. *Belgicè,* **Weſpe.**

TESTICVLI *Vulpini varietas. Aduerſ. pag. 62.*

Huius è ſola magnitudine, & floris intenſi & remiſſi colore varietas gemina conſpicua.



ORCHIS *Myodes altera C. Gemmæ, folio latiore & flore grandiuſculo.*



ORCHIS *Ornithophora, vel Ornithes, folio lato C. Gemmæ.* TESTICVLVS *Vulpinus noſter papilionis alas expanſas referens. Aduerſ. pag. 62.*



[library stamp]



ORCHIS *Ornithophora foliis maculoſis C. Gemmæ.*

*Sunt huius ſpeciei differentiæ accidentales plurimæ.*

*Floribus* { purpureis, ſuppurpuraſcẽtibus, albis.

*Foliis* { prægrandibus, paruis, oualis figuræ, ex lato in acutũ deſinẽtibus, ex acuto in ampliũ & rotundum.

Floret medio Aprilis ferè & quandoq; ſub initio vel finẽ Martij menſis



ORCHIS *ſtrateumatica, vel Strationes maior, ſiue Militaris C. Gemmæ, quam merito Baſilicam tertiam liceat vocitare.*



ORCHIS *Strateumatica minor C. Gemmæ.*



ORCHIS *Batrachites, vel Batrachmoeides C. Gemmæ. Belg.* boꝛſkens *i. ranulæ à floris figura.*

Ex eorum genere quæ ſexus ambigui ſunt, vt & Hermaphroditicũ teſticulum nõ malè appelles. Sunt enim mediæ inter Serapiades & Cynoſorcheis, maximè quoad formam radicum.

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

ORCHIS *Hermaphroditica ſecunda C. Gemmæ, ſiue Orchis Pſychodes diphylla.*



TESTICVLVS *odoratus. Aduerſ. pag. 63. Orchis ſpiralis C. Gemmæ.*



TETRORCHIS, *vel Triorchis alba Spiralis vel autumnalis C. Gemmæ. Teſticuli odorati varietas.**



*Non aliud, à ſuperiore, ſed pluribus vt plurimum oliuaribus oblongis bulbis donatur.

ORCHIS *Friſia litoralis.*



TRIORCHIS *lutea 3ª. C. Gemmæ.* Tertiæ huius differentię effigiem ſubdit C. Gemma, ſed oblongioribus radicis oliuaribus bulbis.



Pumilum teſticulum facie, ortu & folio Ophris Plinianæ, ſed rotundiore alit in fictilibus D. Dilſius munere Cluſij noſtri, qui eius bulbillos Vienna Auſtrię in Belgium tranſmiſit. florem nondum conſpexi.

TRIORCHIS *lutea altera C. Gemmæ, folio rotundiore & latiore quam ſuperioris, [illegible], & nonnihil hirſuta [illegible] eadem aut congener cum* ORCHIDE *Friſia litorali.*

Quę geminis inferiora folia [illegible] latifoliæ anguſtiora edidit, & in dodrantali cauliculo herbaceos ſubluteo virentes floſculos in horto D. Brancionis.

ORCHIS *minor Leodienſis.*
*Triorchis lutea, flore luteo C. Gemmæ,*
*ſiue Baſilica minor.*
*Serapias & Triorchis quorundam.*

Terna folia, anguſtiora, Quinqueneruiæ Plantaginis æmula promit; læuore & viriditate Auriculæ vrſinæ, vti ſuperior. Flos itidem in cauliculo exili Teſticuli odorati pari. Radix ternis & quaternis puſillis pendulis teſticulis ſubeſt, quibus diuaricatur & propagatur. Collibus agri Leodienſis gaudet.



*Triorchis lutea C. Gemmæ.*





SERAPIAS *mas lato folio, floribus dilutè purpureis notulis conſperſis. Satyrium Baſilicum primum Dod. Palma Chriſti herbariorum.* Belg. handekens cruyt. *Germ.* Cruſz-blum.

SERAPIAS *fœmina pratenſis, ſoliis notulis inſperſis, ſiue Palma Chriſti. Aduerſ. pag. 63. Satyrium Baſilicum alterum Dod.*



Serapias candido flore montana maculatis foliis. Cynoſorchis montana folio maculoſo C. Gemma.

Serapias minor rubello nitente flore, anguſtifolia, nullis inſperſis punctulis.



Pratis item eadem niueo flore crebra viſitur; cętera haud abſimilia.





Serapias paluſtris latifolia. Cynoſorchis paluſtris platyphylla, folio laui lato'q́; , flore albo ſubpurpuraſcente C. Gemmæ. Præcocior eſt violacea Cynoſorchi.

Serapias

SERAPIAS *paluſtris altera leptophylla.*



*Cynoſorchis paluſtris altera C.Gemma.*

Serius florens, coma violacea, foliis interdum læuibus, interdum maculoſis.



SERAPIAS *montana folio læui.*
*Cynoſorchis montana folio læui C.Gemma.*



CYNOSORCHIS *Dracon-tias folijs & floribus impensè rubris C. Gemmæ.*

Floret circa finem Aprilis aut initia menſis Maij. Naſcitur in humidis & vliginoſis, pręſertim vbi nigrior terra eſt.



CYNOSORCHIS *Macrocaulos vel Conopſea ſiue galericulata. C. Gemmæ.*

Floret circa medium finemq; menſis Maij vſque ad Iunij ferè medium.



SATYRION *castratum vel Eunuchum ex genere Cynoſorcheos Cornel. Gemmæ.*



CYNOSORCHIS *paluſtris latifolia & anguſto ſeu leptophylla omnium viliſſima C. Gemmæ.*



CYNOSORCHIS *paluſtris altera, Lophodes vel Nephelodes C. Gemmæ.*

Flos illi communis ferè cum cæteris maculoſis, proinde huic communem appinximus defloreſcentis Satyrij formam vnà cum corniculis quibus ſemen atomon prorſus includitur.

CORNELII GEMMÆ
VNIVERSA SATYRIORVM SYLVA (QVA BELGIS PATVIT HACTENVS) BREVI HAC TABELLA COMPREHENSA EST.

- *Satyria vel Satyriſci generali vocabulo alij.*
  - Legitima *ſimplici bulbo, poſſunt hæc Monorchides appellari.*
    - Prius *Dioſcoridi*
      - *ad hoc genus valde accedit Hyacinthus orient.*
    - *Poſterius Erythronium.*
      - *ad hoc proximè genera Tulipanæ vel potius Dentis canini.*
  - Cynoſorchides *ſeu polydactylides teſticulis oblongis & compreſſis.*
    - Oreades *Nymphæ vel montanæ & odoratæ.*
      - Folio *levi*
      - Folio *maculoſo.*
        - *Sub horum ſingulis ſunt differentiæ accidentariæ plures florum gratia, colore, odore, & foliorum & caulis magnitudine diſcernendæ.*
    - Nereides vel *Nymphæ paluſtres.*
      - Folio *acuto vel Leptophylla. Nephelodes*
        - *vulgares*
          - *Læves*
            - *Folijs continenti progreſſu. Flore ruſſo, ſpicæ pinnatim diviſæ.*
            - *Flore purpureo, folijs ex amplo in anguſtum.*
          - *maculoſi*
            - *Oriolatè flore Ibadora.*
              - *Nephelodes vel nubibus variegata.*
              - *Stigmatica vel interpuncta ſeu Stigmatica.*
        - *Dracontia*
          - *Nigra punctis folio & caule & flore.*
          - *Semi nigra.*
      - *Lato folio ac incinuſo Pentaphylla*
        - *Maior*
        - *Minor*
          - *flore bicolore.*
      - Conopiza. *vel muscæ in vn cue flore culicem repræſentat.*
      - Folio *gramineo quod depingit Matthiolus.*
  - Apiâ *vel Meliſſiades*
    - *Prima*
    - *Secunda*
      - *Serapiades quorundam*
  - Muſcatum *Myodes.*
    - *Prima*
    - *Secunda*
  - Veſpiarum *Æſphecodes vel Sphegodes.*
    - *Maiores*
    - *Minores*
  - *Melitophiniæ vel Sirthenanthæ*
    - *Maiores*
    - *Minores*

- Orchides *duorum ordinum aut plurium.*
  - Aborius *Satyriorū qui cum teſtibus careāt, reliqua tamen parte Satyrium repræſentant.*
    - Abortiuum *diphyllum.*
    - Elleborina *paluſtris.*
    - Orobanche
    - Hypocyſtis
  - Serapiades *rotundis teſtibus, Orchidia verò appellandi, i. teſticuli parui.*
    - *Duobus teſtibus habent ſpeciem animalculorum in floribus.*
      - Regales *vel Baſilica.*
        - *Maiores.*
          - *Prima* } *noſtris Serapiades vera*
          - *Secunda.* }
          - *Flore excelſo purpureo regalis ſceptro & trabeæ.*
        - *Minores. Pumilio herbus odoratiſſimus repræſentat flore regium diadema.*
      - Tragorchies *vel hircinæ.*
        - Scincophora *Lacertarum ſimilitudine.*
        - Coriofmites *Flore inſtar Cimicum.*
      - Delphinia *flore Delphinū referente.*
        - *Maiores quas Ornithopheras aptè nominës.*
          - *Folio læui.*
          - *Folio maculoſo.*
        - *Minores.*
          - *Montanæ*
            - *Prima*
            - *Secunda.*
          - *Paluſtres odorata.*
    - Triorchis, *Tetrorchis, Pumilio albus ſiue Spiralis eiuſdem ferè generis cum Regalibus.*
  - Mediæ *vel dactylides à ſimilitudine digitorum.*
    - Pſychodes
      - *Maiores foliis rotundioribus.*
      - *Minores, vel Mediæ ferè trifolia.*
      - *Minima & odorata.*
    - Hermaphroditica. *duobus cruribus oblongis.*
    - Actidoeides *vel longiſopiora.*
      - Prior *flore herbaceo, vt in abortiuo diphyllo.*
      - Altera *flore fuliginoſo, quicaudæ colore ſimilior quàm longiſæ.*

## ORCHIDVM *genera.*

Primum genus eſt Cynoſorchidum: ſecundum Serapiadum, tertium verò Dactylidum vel digiti vnius atque alterius ſpeciem aptius præſeferens.

Cynoſorchides voco duobus ordinibus preditos pectinum ritu, vt ſinguli velut ſingulas manus præſeferant interdum duobus digitis, interdum pluribus; qui ſi à radice reliqua præſeferentur tanquam proceſſus meri vel apophyſes, optimè congruent Dioſcoridis notæ, vt Cynoſorcheos vel canini teſtis nomen imponi poſſit. atq; ad hoc vnicum genus infinitę ſpecies relegantur, quāquam quæ ſub eodem inſigni militant, potius fœminei ſexus ideam quàm maſculam repræſentent.

Serapiades autem exactè virilis teſtis imaginem referunt, atque in hac præcipuè animalculorum diuerſiſſimorum ſpecies mirabili Naturæ fœcunditate atque ludibrio depinguntur.

Medium inter hæc genus eſt à Dioſcoride quoque ſub Cynoſorchide comprehenſum, quòd etiam oliuis oblongioribus ſiue compreſſis bulboſæ partes illarum optimè congruant, niſi non ſimiles eſſe putemus, quia in oblongiores digitos eneruentur.

*De generibus Cynoſorchidum.*

Cynoſorcheon primas Oreades feci ſiue montanas. Creſcunt ſæpius inter querceta locis aſperis atque vmbroſis. erumpunt Martio menſe quandoque & ſub Februarij finem. florent ſub finem Aprilis, & initia Iunij menſis, interdum cubiti altitudine flore odoratiſſimo, interdum candido, interdum penitus maculoſo: folia supernè viridia ſubter argenteo fulgore conſpicuo, qui membrana quadam detracta tenuiſſima protinus exoleſcit: fibras prætenues habet ſecundum totam longitudinem exporrectas.

Nereides vel paluſtres admodum variæ ſunt. placuit tamen ſolas eſſentiales differentias, nimirum ex forma vel illius imitatrice figura tum in foliis, tum in floribus deſumpta diſcrimina recenſere. Equidē hactenus propè vndecim numeraui.

Xiphoides omnes florent paulo ante initia Maij vſque ad medium Iunij menſis.

Harum miranda maximè eſt Dracontias, quam puto ad Erythronium proximè accedere, ſi ſeminis ratio à Dioſcoride deſignata congrueret, ac bulbus tantum vnicus foret. verùm quis ſcit an deprauato codice Gręco pro λευκοσπέρμῳ ſit legendum λιθοσπέρμῳ vel χρυσοσπέρμῳ; atque quod ait in deſcriptione alterius Satyrij ῥίζαν βολβοειδῆ ὅσον μῆλον, valde ambiguum eſt, num quantitate, num alia ratione ſimilem velit; vt etiam prius illud Satyrium Pſychoeidi noſtro non penitus diſſimile videatur. nam & πυῤῥὸς ſiluū dici potius quàm rutilum credo, atque hoc ἐρυθροῦν ſignificat aptè candorem rubore tinctum; quod in Pſychodi altera in foliorum ambitu (cùm primùm emergunt) ſæpiùs obſeruaui.

Ea verò quæ mucrone acutiore prædita eſt, accidentarias differentias præter numerum habet, id eſt, coloris, odoris, magnitudinis, lęuoris & macularum ſpecie ac notis interſtinctas. Eſſentiales reliquæ ex tabula patent.

Platophylla folio lato lacinioſo elegans planta ſæpe ad ſeſquicubiti altitudinem ſurgit, flore violaceo. floret ſeriùs, ac circa initia Iunij menſis: gaudet valde limoſis atque paluſtribus.

Conopſæa vel Macrocaulos ad duorum cubitorum altitudinem ſæpè pertingit: flores illi purpurei admodum elegantes & odorati, vt in Serapiade baſilica prima, atque ſecunda, niſi quòd color Conopſeæ magis dilutus, & hæc alterius velut fœmella propria videatur. Gaudet pratis, ſed tamen non vſque adeò humidis, vt priores: quin potius medio quodam ſolo ac temperato.

*De Serapiade.*

In Serapiadum genere principes ſunt regales triplici differentia à nobis exarata. donantur hoc nomine ob regalis ſceptri diadematis ac trabeæ ſimilitudinem.

Maior

ALEXANDER … DEI GRATIA … FERDINANDVS

Maior tum prima tum ſecunda foliis conſtāt exactè virentibus inſtar porri, oblongis, pinguibus paulo latioribus, interdum leuiter inflexis; teſticuli exactè rotundi, cauliculus dodrantalis ſæpè procerior; flos venuſtiſſimus, exactè purpureus, interdum leuiter ſubpurpuraſcens, diſpoſitus ferè in vmbellæ dilateſcentis ſpeciem, nulla tamen odoris gratia, planta rara admodum, à me primùm in mœnium Louanienſium conuallibus deprehenſa.

Altera flore minus purpureo, magiſque in aciem explicato: floret vtraque à principio Iunij menſis ſæpe vſq; in medium Iulij conſtante ſpecie & venuſtate mirabili. erumpunt folia circa Solſtitium hyemale. gaudet vmbroſis & aſperis, muſcoſo ſolo & maximè graminetis. coniunx iſtorum eſt Conopſæa.

Conopſæa. Proximę ſunt Strateumaticæ vel Anthropinæ quæ tamen iudicio plurimorū cæteras pulchritudine vincunt. flores vt galeæ vel galeati homunculi truncis duntaxat manibus pedibusque.

Prior eminentiore caule, folio ampliſſimo, id eſt, longè ſimul & lato & ſubrotundo inter initia. flos intus candidus, maculis purpureis interſtinctus, foris velut fibris purpureis ac citrinis impēſius rubēs: huius prouentus vberior in ſyluula Floridæ vallis. erumpit menſe Decembri, floret à Maij auſpiciis ad finem vſque.

Cognatum huic alterum genus, folio quidem lato, ſed breuiore, coma magis propendula, propiuſq; confertis floribus, & ad vnum latus nutantibus galeis: color foris ex albo & cæruleo nonnihil cineritio miſtus: intus habet maculas coloris punicei. hi ad nos è montoſis & aſperis non procul à Bruxellenſi ciuitate mittuntur. Flos apprimè venuſtus vtrique generi, ſed inodorus.

Militares. Præter has Strateumaticas vel Militares vidi aliquando & tertium genus folio lato, lilij foliis quàm ſimilliмo, oblongo ſcilicet & in mucronem ſubrotundum deſinente, cui flos lilij lacteus planè columbarum effigiem alis exporrectis pedibusque quam optimè repræſentans. Hanc à multo tempore non viſam mihi etiam vt vellem pictam accuratiùs dare non potui. Gaudet montoſis & aridis: floret eodem tempore cum Anthropinis.

De Veſpis & Apibus nihil addam particulatius, eo quòd à cæteris herbariæ rei cultoribus exaratæ & in Serapiadum genera ſint relatæ: quanquam Crabrones ab Apibus non vſquequaque diſtinxerint, vti nec apicularum genera duo, ac rurſus duo muſcarum, foliis ac florum ſpecie differentia.

Ornithophora. Satyria Ornithophora ſunt permulta, ſed tamen aptiùs auicularum nomen maiores obtinent, quibus purpurei flores vel volucrem alis expanſis, vel delphinas cauda protenſiore delineāt. alteri iſtorum folia ſunt maculoſa, alteri plana & porraceo virore perfuſa. Florent ambo menſe Aprili, & ferè reliquas Satyriſcorum ſpecies anteuertunt. Folia primùm erumpunt in Februario. Gaudent vmbroſis & maximè coryletis, terra poroſa & muſco obſita.

Delphiniæ. Delphiniæ minores noſtra quoq; commentatione non indigent, cùm ab aliis neotericis abundè ſint explicatæ.

Tragorchis. Tragorchim duplicem pinximus: Minorem flore fuliginoſo, cuius tamen eſt magna varietas, figura, color & odor Cimicis, folium non abſimile minori Delphinio Satyriſco. gaudet irriguis, floret cum Delphiniis.

Scincophora. Altera quam Scincophoram diximus, à Remberto & aliis delineata eſt, frequētior in mœnibus Louanienſium.

Pumilio. Minor Baſilica ſiue Pumilio flore luteo nonnihil herbaceo inſtar regij diadematis, odore fragrantiſſimo: vis ad excitandam Venerem præ cęteris admiranda. Hiſpani proinde *Amor didonna* iure appellitāt. teſtes parui, rotūdi, ſolidi, cortice rufo obducti: folia emergunt prius Maio menſe vel circa finem Aprilis: floret menſe Iulio vſque in Auguſtum, valde ſe multiplicat ſub terris. Gaudet montoſis.

Spirale Satyrium. Alter Pumilio flore candido odorato, rectè Spirale Satyrium vel Autumnale vocetur. Eſtque vt plurimū Triorchis aut Tetrorchis, oblongis bulbis inſtar oliuæ compreſſæ: folia Rhomboide, impenſe viridia cum fulgore ſubatro. Flores in ſpiram aptè diſpoſiti, forma diadematis, vt priori. Erumpunt folia menſe Septembri, flore iam marceſcente; ac perſeuerant vſque in Maium. inde verò per æſtatem obliteſcunt. erumpit autem cauliculus menſe Auguſto, florens vſque in Septembrem. Quis ſcitan alter horū ſit planta, cuius meminit Theophraſtus. forſan & odoris fragrantia & virtus idem docent, ſi ſoli natalis fœlicitas conſpiraret.

Pſychoides. Inter Dactylides Pſychoeides, maiores tantùm ab aliis exarantur. nos præter illas & duas alteras vidimus, vnam folio grandiore, interdum triplici aut quadruplici genus inſecti referens, quod Papilionem vocant. Minores ſunt odoratiſs. flore, montoſis & aridis valde proueniunt inter erycas. Florent circa medium Iunij & aliquoties circa initia.

Hermaphroditica. Hermaphroditica oblongis cruribus, ſolo gaudet paluſtri: flos erumpit menſe Iulio, omnino candidus, tener qualis Oreadum.

Acridoides. Acridoides vel Locuſtephoræ caulem & florem omnino conſimiles ferūt cum Satyrio abortiuo diphyllo, ſed plura folia, foliorumque ſpecies alia, & alius ordo & radices geminæ vt in Pſychodi. Flos barbæ hircinæ, Locuſtæ aut Cicadę ſimilitudine, gaudēt mediocri ſolo, pratis ſyluoſis. aperit ſe flos medio menſis Maij.

*Hactenus Cornel. Gemma.*

Diosc. *Teſticulus alio nomine Serapias, Andrea authore, vocatur, quoniam radix multifida ſit: folijs eſt porri, latioribus, oblongis, pinguibus, ex alarum ſinu inflexis: caule palmeo: floribus penè purpureis: radice teſticulis ſimili. Quæ illita tumores diſcutit, vlcera purgat, & ſerpere eadem non patitur. abolet fiſtulas. & alias inflammationes lenit. arida radices nomas inhibent. ſanantq; putredines, & oris vlcera cacoethe. aluum ſiſtunt è vino pota. De hac, eadem quæ de teſticulo canis, produntur.*

Aegin. Orchis quem Serapiada cognominant, aliqui verò triorchin, vehementiùs quàm ſuperior, deſiccat; quapropter laxos humores diſcutit; vlceraque ſordida & putreſcentia expurgat. Herpetibus medetur: torrefacta multò impenſius deſiccat. Quia verò leuiter aſtringit, ventrē quoque cum vino † pota compeſcit.

Erithronii *è floris colore & folijs differentiæ. pag. 64. Satyrium & Dens caninus Belgarum. Hermodactylus & Pſeudohermodactylus, Ital. & Matth.*

Aut flos purpura rubet, aut candore micat, aut purpura & candore conſ[illegible] pallet.

Hermodactylus & pſeudohermodactylus Italorum putatus folijs conſtat infernè anguſtis, quà radicis ceruici innituntur.



Satyrium *Aduerſ. pag. 64.*

Diosc. *Radicem in vino nigro auſtero bibere conuenit, contra opiſthotonum. Vtendum eo, dum concumbendi inceſſit cupiditas: ſiquidem eo promptiores ad venerem fieri affirmant.*

Ob flatuoſam & excrementitiam humiditatem, Gal. teſte.

Satyrion Erythronium.

Diosc. *Venerem, vt produnt, ſi omnino manu teneatur, radix ſtimulat; eoque magis ſi bibatur in vino.*

Sparganion *alterum ſuperius reddendum proximè effigiem ſuam Obſeruationum pag. 41. vbi omiſſum fuit.*

In Brabantino agro, ſimpliciori; alijs viduo caule minore: ex interuallis per verticillos diſtincto, è quo florum globuli oriuntur molliores minuſque ſpinoſi & echinati. Varietas.

HOLERA & HOLERACEA.

RAPVM maius orbiculatum. Aduerſ. pag. 66.
Hiſp. Nabo redondo.





RAPVM ... oblongo radice. Aduerſ. pag. ...

DIOSC. *Decocta Rapi radix alit, inflationem parit: humentem ac flaxam carnem creat. Venerē ſtimulat. Decocto podagra, pernioneſque fouentur: contritóque rapo atque impoſito iuuantur. ſi excauatæ radici roſaceum ceratum adigatur, & feruenti cinere eliqueſcat, exulceratis pernionibus proficiet. Cyma eius decocta manduntur, & vrinam ciunt. Semen antidotis & theriacis, præſertim quæ ſenſum doloris auferunt, anodyna vocant, idoneum eſt. Potu contra venena ſalutare eſt. Venerem concitat Rapum. muria conditum, minus alimenti ſufficit; ſed multo magis appetentiam recreat.*

*Fluxam carnem creat.* ] Gal. concoctu difficilis ſi crudior edatur, bis cocta aptior.

*Venerem concitat* ] vtpote ſpiritum flatuoſum procreans, ſic & radix. Gal.

Rapi ſatiui ſuccus, in corpus digeſtus, temperato craſſior eſt, ideóque crudum ſuccum in venis congeret.

RAPVM *ſyl.*

DIOSC. *Additur in medicamenta quibus ad detergendam cutem in facie, totóq; corpore, vtimur, præſertim quæ ex lupini aut erui, tritici aut loliŋ farina, fieri ſolent.*



RAPVM ſyl. non ... Hiſp. Nabo ſaluage. Aduerſ. pag. ...

RAPIS-TRVM arvor-ſi. Aduerſ. pag. 66. Eryſimum Fuch. Dod. & Matth. Germ. Gaſ-thenach. Angl. Cad-lok & ked-loke.



NAPVS Aduerſ. pag. 67. Hiſp. Nabo com-mun & Naps.



RAPHA-NVS magnus Aduerſ. pag. 67. primus Matth. Hiſp. Raſano & rabão. Ital. Raſano. Sic et lin. 5. Raſani ...



RAPHA-NVS minor purpureus. Aduerſ. pag. 67. ſecun-dus Matth.





ALEXANDER ... SACRA REX ... FERDINANDVS

NAPVS *Aduerſ. pag. 67.*

DIOSC. *Cocta napi radix inflat. modicum alit. ſemen eius potum venenorum vires hebetat. antidotis admiſcetur. Conditur ſale radix.* Gal. Eaſdem, quas Rapa, vires obtinet. ſecundo ordine calfacit, & humectat primo.

RAPHANI OMNE *genus. Aduerſ. pag. 67.*

*Tertia* RAPHANI *è colore differentia.*

Belgis & Italis frequens Raphanus eſt, radice foris pulla, intus verò candida.

DIOSC. *Radix, quæ Græcis rhaphanus dicitur, excalfacit. flatus gignit. ori ſuauis eſt: ſed ſtomacho aduerſatur. ructus ciet. vrinam pellit. aluo aptior. ſummo tamen cibo ſumi debet, quò magis eius† diſtributionem adiuuet. cùm autem præſumitur, cibum ſuſpendit. quare vomitoriis commodiſſimè datur ante cibum. ſenſuum aciem excitat. decocta contra veterem tuſſim, & pituitæ craſſitiem in pectore, efficax eſt. cortex ex aceto mulſo, celerius vomitiones mouet. hydropicis* commodiſſimè illinitur. lienoſis vtilis. ſugillata cum melle rapit: & nomas amolitur. contra viperarum ictus auxiliatur. alopecias ad pilum reducit. lentigines cum loliacea farina emendat. his qui fungis ſtrangulantur, tam cibo quàm potu ſalutaris eſt. Semen vomitiones facit. vrinam mouet. menſes cit. lienem extenuat. Cum aceto illitum gangrenas validiſſimè emarginat: coctum cum aceto mulſo, anginis perquam vtiliter gargarizatur. Contra Ceraſtæ morſus, potum ex vino auxilio eſt.*

legè *mixtis*.

ARMORACIA *Dioſcor. Raphanus ſyl.*

DIOSC. *Tam folium quàm radix in olera recipitur: ſed hæc excalfacit, vrinam concitat: æſtuoſa eſt.*

*Æſtuoſa eſt.*] Raphanus ſyl. calidior eſt Lunaria græca.

Gal. Excalfacit exceſſu tertio, deſiccat ſecundo, & extenuat. Agreſtis autem in vtroque efficacior, quin & ſemen ipſum planta efficacius eſt. Facultas ei ineſt digerendi. Itaque ad ſugillata, & alia id genus liuida ob talem facultatem conducit. Satiui radicula ſola crudaque vrbanis hominibus vt plurimum prima menſa ex garro ſumitur, alui ducendæ gratia: pauci autem acetum admiſcent. Ruſtici verò frequenter cum pane eſitant, non ſecus ac Allia. Cæterùm cum medicos, tum idiotas illos mirari ſubit, quià cæna crudas eas edunt, concoctionis† iuuandæ gratia. Ipſi quidem id ſe experientia abundè compertum habere dicunt; nullus tamen eos citra damnum potuit imitari.

Plin. Raphani decocti mane poti ad ternos cyathos comminuunt & eijciunt calculos. Hydropicis* proſunt ex aceto & ſinapi ſumpti, & lethargicis. Hippocrates cr[illegible]os mulierũ defluos fricari Raphanis, & ſuper vmbilicum imponi contra tormenta vuluæ dicit.

SINAPI *ſatiuum Eruca aut Rapi folio. Aduerſ. pag. 67. Hiſp. Moſtaza.*

SINAPI *agreſte Apij aut potius Laueris folio. Aduerſ. pag. 68.*





SYNAPI *ſylueſtre minus Burſæ paſtoris folio*.
*Hiſp.* Moſtaza ſaluage.
*Aduerſ. pag.* 68.



ERVCA *ſatiua; Eryſimum Geſneri.*
*Hiſp.* Oruga. *Ital.* Rucheta.
*Aduerſ. pag.* 68.69.



DIOSC. *Ad calfaciendum,*[a] *extenuandum, extrahendum, efficax eſt. ad eliciendam capitis pituitam*[b] *mãditur. contra praduros tonſillarum tumores, ac veterem calloſámque arteriæ ſcabritiem, ſuccus ex aqua & melle, conuenienter gargarizatur. ſternutamenta ciet, tritum & naribus admotum. comitialibus*[c] *quoque auxiliatur, fœminas vuluæ ſtrangulatu oppreſſas excitat. lethargicis,*[d] *deraſo capite, illinitur. cum ficis*[e] *admiſtum, donec rubeſcat locus, & ad coxendicum cruciatus impoſitum, ad lienes,*[f] *& omne genus dolores confert, cum permutandæ valetudinis cauſa, ex alto vitia extrahenda*[g] *ſunt. alopecijs illitum medetur. faciem purgat. ſugillata cum melle, adipe aut cerato rapit. feras impetigines, & lepras, eo cum aceto permnouetur. contra febrium circuitus aridum bibitur, aut potui, polentæ modo, inſpargitur. extrahentibus emplaſtris, ſcabiêmque extenuantibus, vtiliter admiſceri ſolet. tritum, grauitati aurium & ſonitui, cum fico impoſitum prodeſt. Succus ad*[h] *hebetudines oculorum & genarum ſcabritias magna vtilitate illinitur, expreſſus recenti ſemine ſuccus in ſole ſiccatur.*

[a] Calfacit & ſiccat Gal. ordine quarto.

[b] Tenetur in ore aut gargarizatur cum aqua mulſa Plin. ad dentium dolorem manducatur: ad vuam gargarizatur cum melle & aceto.

[c] *Comitialibus*] cum fico & cumino tuſum Plin.

[d] lethargicis, tetanicis & opiſthotonicis Plin.

[e] Plin. Semine & radice muſto madefactis.

[f] *Lienes*] ab humiditate & flatibus, Plin. ſubdit, Thoracis & omnis generis.

[g] Eadem Plin. cauſtica vi puſtulas faciendo.

[h] *Hebetudines*] cum melle caligantes oculos Plin. qui ſubdit: Ad ſcorpionum ictus & ſerpentium tritum cum aceto illinitur. Fungorũ venena diſcutit. Stomacho vtiliſſimum contra omnia vitia, pulmonibuſque. Excreationes faciles facit in cibo ſumptum.

ERVCA ſyl. Aduerſ. pag. 69. Hiſp. Oruga ſylueſtre.



ERVCA *ſylueſtris anguſtifolia.* *



ERVCA Naſturtio cognata tenui folia, Naſturtium ſyl. Cluſij.



* Propter ordinis conſecutionem, communes & affines naturam, & effigiem inter Erucam & Irionem, hic inſerenda fuit. Promit quippe inflexis cubitalibus cauliculis flores luteos Erucæ ſylueſtris. cornicula ſiliquarũ ſinapi ſunt aut Naſturtij ſylueſtris, vbi ſemen acre, vti folia anguſtiora, Erucæ ſylueſtris concoloria, ſed minimè diuiſa. Taraconis ferè paria, quæ Erucam aut Irionem ſapiũt; quibus idcirco affinis natura putatur. In horto Coldẽbergij noſtri nõ vulgaris peritiæ viri oritur.

ERVCA *Naſturtio cognata.*

Et hæc minus frequens & obuia hic inſerenda. Folijs exit laciniosis, altiuſque inciſis quàm Naſturtij hortenſis, Cakile Serapionis, Erucæque marinæ dictæ, ſimilibus & concoloribus. Caulis multis concauus alis, hirſutus, aſper, pedẽ æquans. Floſculi pallentes, & ſemen ſecundũ ramulos totos acris ſaporis Naſturtij in vaginulis. Debuit hæc C. Cluſio, qui eam in Valentino agro, Martio florentem, & ſemine prægnantem, reperit.

Dioſc.

DIOSC. *Cruda Eruca venerem largiore cibo concitat. ſemen eodem effectu prodeſt. vrinam cit. concoctioni prodeſt. aluo perquam commodata. ſemine ad condimenta vtuntur. quod, vt in longum tempus aſſeruetur, adiecto lacte aut aceto, digerunt in paſtillos. Gignitur etiamnum ſylueſtris eruca, maximè in Iberia, quæ occidentem ſpectat. cuius ſemine pro ſinapi incolæ vtuntur. vrinam vehementius pellit, multo ſatiua acrior.*

*Venerem concitat* ] quia flatulenta; Æginetæ; recens potiſſimùm.

Gal. Olus hoc manifeſtò calfacit, adeò vt non facilè ſolum abſque lactuca edatur. Caput magis dolore afficit, ſi ſolum edatur.

Temperamento Eryſimo ſimilis.

Plin. Concitatrix Veneris: idcirco iungitur lactucis ferè in cibis, vt nimio frigori par feruor immixtus temperamentum æquet. Eius ſemen ſcorpionum venenis & muris aranei medetur. Beſtiolas omnes innaſcentes corpori arcet; vitia cutis in facie cum melle illitum; lentigines ex aceto. Cicatrices nigras traducit ad candorem cum felle bubulo. Semen attrahit potentiſſimè & digerit. Eadem qua ſinapi ratione alopecijs medetur.

ERVCA GERATINA *dicta Italorum. an Sophia Belgarum: an non potius Matthioli Eriſymum?*
Aliam tradunt parietinis & muris, virgis longioribus, exilibus Erucæ ſylueſtris; floribus luteis & corniculis fænigræci exilioribus, vbi ſemen acre Naſturtij, quod cancris mederi aſſeritur.

IRIO *ſiue* ERYSIMVM *Aduerſ. pag. 69. Nobilis Eruca & Irion Cordi. Cleome Octaui Horatij Anguillaræ, Germanorum & Fuchſ. Verbena fœmina, vernaculè* Eyſenkraut weiblin. *Luſit.* Rinchaum.

*Deme Ang.* Cadloke & hed leke.

DIOSC. *Semen contra thoracis fluxiones efficax eſt, & ſi purulenta extuſſiuntur. regio morbo & coxendicibus prodeſt. contra venena in delinctu cum melle datur. illinitur ex aqua aut melle vtiliter * cacis carcinomatis, parotidibus, durities mammarum, & teſtium inflammationibus. in totum extenuat, & calfacit. mitius † multo ad clyſteres fiet, ſi aqua madeſcat atque torreatur, vel linteo illigatum, pinſita farina oblitum peraſſetur.*

* Eadem Gal.

† Gal. idem ſenſit.

Gal. Irionis ſemen, ſicut guſtu Naſturtio ſimile apparet, ita facultate igneū eſt & excalfactorium. vtile eſt cum eclegmatis ad promouendas craſſorum lentorumque in thorace & pulmone humorum eruptiones.

Subdit Plinius. Datur pleureticis, torminibus cæliacis. infantibus quoque vtiliſsimum: item ſedis vitijs & articularijs morbis cum melle & fico. Medetur & ſuſpirioſis. Item fiſtulis cum axungia veteri, ne intus addatur.

Iſchiadicis cum Iberide & Naſturtio inijcitur.

Syr. de Eryſimo efficaciſſimus; cuius beneficio iuuenculas decennio raucedine laborantes, percuraui.

℞. Eryſimi totius recentis M. vj. Radicum Helenij, tuſſilaginis ſucco adhuc prægnantium, glycyrrhizæ añ ℥ ij. borraginis, cichorij, capillorum Veneris añ. M. i. ſ. florum cordialium, anthos, ſtœchadis vel Betonicæ añ M. ſ. aniſi ʒ vj. paſſularum mundatarū ℥ ij. inciſis & contuſis fiat omnium decoctio ex arte in ſufficienti q. aquæ hordei, hydromelitis, & ℥. vj. ſucci Irionis, ad libras duas vel tres. expreſſioni diſſolue ſacchari q. ſ. fiat ſyrupus: quo diu & continuò vtendum, purgato corpore.



ERYSIMVM Matth. alterū. Aduerſ. pag. 70.

ERVCÆ ſpecies quarũ vna hæc tamen eſſe videtur, poſſe ſubſtitui pro Irione, virium affinitate aſſeueramus: ſed Eryſimũ Matthioli neque alterum, neque primũ Dioſcoridis Irionē folio Erucæ ſyluestris vel domeſticæ ritu diuiſo inficiamur. Huic enim alteri folia Lāpſanæ, ſed minora, Botrydi pari, & falcata cornicula, ſtipatim ab imo ſummò tenus cauliculos ſeſquicubitales ambientia. Floſculi lutei, & ſemen flauũ vrētis guſtus, perſimilia alioqui genuino Eryſimo Erucæfolio, cuius cornicula in cacumine cauliculorũ conſpiciuntur, vt Dioſc. ait. Antuerpiæ in horto ſtirpium ditiſſimo Petri Coudenbergij pharmacopœi doctiſſ. ſemel ſatum, ſemet ipſum ſuo ſemine ſerit, & ſingulis annis renaſcitur.

Semen ſeſquidrachmæ pondere ex ouo ſorbili tribus diebus continuò deuoratum, fœminis profluuia cohibet Matthiolo. Contrà in vino potum, calculos renum pellit.

LAMPSANA *Aduerſ. pag. 72*



lege lin. 35. plantas.

BARBAREA *ſiue Pſeudobunias, Aduerſ. pag. 70. 71.*
*Angl.* Wilde Bettrall.



DIOSC. *Sylueſtre olus plus alit quàm rumex, & ſtomacho vtilius. Cuius folia, cauleſque coquuntur in cibo.*
Gal. Eſa ſuccos prauos creat: cæterum illita abſtergendi nonnullam digerendique poteſtatem poſſidet.

BARBAREA.

Calida & ſicca initio ſecundi exiſtit; terreæ ſubſtantiæ nonnullius particeps, ideo gargarizatur ad anginas pituitoſas & vuas relaxatas. Succus commodè clymeni vice & ritu extersorijs ſiue Mundificatiuis vulgò vnguentis ad ſordida vlcera, miſcetur. Vrinam ciet, calculos & farctus veſicæ decocto aut cibo pellit, vti lauer, cuius ferè par guſtu.

BARBAREA *minor, Herba S. Alberti Bononienſium.*

In Galliæ, Germaniæ, & Belgij hortis viſitur herbula folijs atrouirentibus Buguiæ, blattariæ & Iſatidis sylueſt. minoribus, nigrioribus: floribus & corniculis copioſis longè minoribus Pſeudobuniadis ſiue Barbareæ. hactenus vſus nullius.

SEON

Sion ſiue Laver.
Aduerſ. pag. ... Sion odoratũ Tragi. Gal. Berle. Belg. Waeter eppen. Ger. brunnẽ peterlin. Hiſp. Rabaças. Ital. Gorgolaro.



## Sium alterum Olusatri facie.



Cratevae Sion eruca-folium. Aduerſ. pag. ... Siſymbrium aquaticum Matth. Naſturtiũ aquaticum Tragi. Gal. Creſſon d'eaue. Ger. Brunn kreſſ. & waſſer kreſſ. Belg. Water kerſſe. Angl. Water creſſen.



Huc referenda alia non ita abſimilis planta, ſtagnantibus item vdiſque ſcrobibus & lacuſtribus, pone nouam vrbem Antuerpianam oriunda, iuxta Scaldæ amœniſſima fluenta. Radix innumeris implexa gracilibus & tortilibus fibris pullis glebæ limoſæ inſeritur; è qua cubitales & ternûm cubitorum caules Cicutæ aſſurgũt. Folia Laueris Dioſcoridei, ambitu ſerrata, ſpecioſa. Flos in vmbellis è luteoviridi palleſcens: Semen apio hortenſi ferè par; quod guſtu ad Cuminum, Daucum Creticum & Citrei mali corticem accedere, & pluſculum caloris habere videtur.

## Sion ſiue Laver.

Diosc. *Coctum crudúmue calculos rumpit & extermit; menſes & partus extrahit; vrinas cit. Dyſentericis in cibo auxiliatur.*

Gal. Excalfacit tantum quantum guſtu odoratum, atque digerit.

SION Mat-
thioli & Ital.



SION *Matthioli & Italorum.*

Matthioli Siõ prouenit riguis & riuulis vbi Cardamine, folio ad Naſturtium hortẽſe & Cardaminen accedente. Cauliculi pedales & interdũ cubitales. Flores albi, & cornicula Sij Crateuæ, guſtantia acres. Plurima hæc Taurinis Pedemontanis collium & montium riuulis, vbi collegimus cum Petro Rapalino pharmacopœo Taurinenſi ſimplicium peritiſſimo.

CARDAMINE, *ſiue ſiſymbrium alterum Dioſc. pa. 71.*
*perperam Naſturtium agreſte, ſiue Iberis Fuchſio.*
*Cardaminum Apulei & Naſturtium Italicum.*
*Naſturtium ſyl. Cordi, & pratenſe Tragi.*
*Germ.* Gauchblum.



Lego na...

CARDAMI-
NE altera, ſi-
ue Siſym-
brium Car-
damine ſe-
cundum.



DIOSC. *Cardamine calefacit, vrinas mouet: eſitur cruda, purgat lentigines, cutisque vitia in facie, naribus impoſitum, [illegible] detractum.*

GAL. Naſturtio ſimile quoddã guſtu præfert: cùm ſiccum ſemen, tertij ordinis excalfacientiũ & deſiccantium, humidum magis & viride, ſecundi.

APVL. Herbæ Naſturtij ſuccum naribus iniicies, caput deplet & de phlegmate purgat. Hoc Naſturtium non ſeritur, ſed per ſe naſcitur circa impa[illegible]. Semen viridum & cum [illegible] xtum, albitionem furfuris de carne eiicient. Herbã & pulegium ex aqua decoctum bibere dato, emendabit & diſcutiet cruditatem. Ad ſtrumas, herbã cũ lomẽto tritã ſuper ſtrumas impones, ſuperpoſito folio oleris. Ad furunculos ſanãdos, herbã naſturtium cum fermento impoſito: concoquit & ſinat.

CARDA-

CARDAMINE *altera, ſiue Siſymbrium Cardamine ſecundum.*

*Iberis & agriocardamum Fuch. Germ.* Gauchblum & wildkreſz. *Flos cuculi Dod. alia ab Armoracia pratenſi. Belg.* cleyn waterkerſſe, & Coeckoecx bloeme. *Gal.* paſſerage ſauuage, *à caloris acrimonia.*

Exit altera Cardamine pratis vdis Angliæ, Belgij, Germaniæ, & frigidarum regionum, vbi Cardamine, quam foliis imis refert. In pedali caule vt plurimum ſingulari folia exiliora Naſturtij hortenſis ſiue Cardami ſimilia. Flores lactei purpuraſcẽtes Erucæ aut Napi, Cardamines prioris maiores, guſtu, vti vniuerſa planta, & viribus Siſymbriũ referentes. Clyſteribus & cataplaſmatibus, Lepidij, Naſturtij, Sinapi, & congenerum herbarum ritu, coxendicorum, commode miſcetur.

CARDAMINE *trifolia.* *



NASTVRTIVM, *Aduerſ. pag. 72.*
*Gal. Narbonenſibus Naſitort. i. nares torquens, ab effectu. Hiſp.* Maſtuerco.



* Quibuſdã Belgij cultioribus & ſtirpiũ ditioribus hortis reperta facilis Naſturtij Cardamines guſtu & facie plantula palmaris, folio quadamtenus Siſymbrij Cardamines, ſed poſitu terno Oxys Plinianæ ritu, humi procũbẽte. Flos in pediculis albus Iſopyri vulgaris aut Cardamines. Radix multifibroſa.

NASTVRTIVM.

DIOSC. *Naſturtium optimum conſtat eſſe Babylonicum. Omnium ſemen eſt acre, excalfacit, ſtomacho aduerſatur, aluum turbat, tineas excutit, lienem minuit, partus* * *exanimat, menſes ciet, venerem ſtimulat. ſinapis & erucæ ſimile eſt. lepras & impetigines abſtergit. illitum cum melle lienem extenuat. fauos expurgat. pulmonum vitia extrahit, ſorbitionibus incoctum. ſerpentium venenis potum reſiſtit, atque eas ſuffitu fugat. capillorum defluuia cohibet. carbunculos ad ſuppurationem perducit, & rumpit. coxendicibus cum polenta commodè ex aceto illinitur. tumores quoque diſcutit. emittit furunculos, illitum cum muria. Herba ad omnia eadem efficax, licet minor.* *Fœtus in vtero necat.

GAL. Adurentis facultatis particeps eſt, ſicut ſinapi: proinde coxendicis & capitis dolores, atque adeo quodcumq; aliud rubrificationem poſtulat, eo perinde atque ſinapi excalfaciunt. miſcetur quoq; remediis aſthmaticorum, tanquam ſcilicet id quod craſſos ſuccos valenter incidere valeat: velut & ſinapi, nam omnia ei ſimile eſt. Porrò & herba areſacta ſimilem ſemini vim poſſidet. Humida verò adhuc & viridis, propter aqueæ humiditatis admiſtionem, multo ſemine inferior eſt: adeoq; vt ſic mordacitas eius moderata eſt, vt cum pane ea vti liceat, ceu obſonio.

Hoc Galenicũ ſit cuique theorema vniuerſale, quoties nimiã caliditatem, & aciditatẽ vereamur. Vtamur igitur virentibus adhuc & tenerioribus, pullulantibúſue, quoties ægri & morbi natura requirit.

THLASPI Drabæ folio. Aduerſ. pag. 75.



THLASPI vulgatiſſi. Vaccariæ folio. Aduerſ. pag. 75.



THLASPI Candiæ vmbellatum Iberidis folio. Aduerſ. pag. 75.



Albisfloribus in hortis noſtris variat.

THLASPI minimum Mechlinenſe.



THLASPI fruticoſum fo. Leucoij marini minoris.



THLASPI *incanum Mechlinienſe.*

Finitimo Mechliniæ ruri Thlaſpi genus alterum fruticat oleæ foliis, multiſque ſummo diuiſis hirtis ramulis, pedem & ſeſquipedem longis. Flos albus, & in pericarpiis rotūdiuſculis ſummū caulē ambientibus exiguum ſemen minus cæteris acre.

THLASPI *fruticoſum folio Leucoij marini min.*

Virgæ numeroſæ ſparſæ, crebribus leucoij minoribus foliis: flores candidi copioſi, & ſemen compreſſum Thlaſpi parui. Radix lignoſa, fibroſa, in Belgij hortis.

THLASPI *fruticoſum ſpinoſum Narbonenſe.*

Senticoſum hoc nō niſi ſterilibus cautibus rupibúſue prope Namauſium & Monſpelliū fruticat, dodrantalibus ramulis, multis alis diuiſis, nonnihil ſpinoſis & ſinuoſis Poterij ritu. Folia oleæ, puſilla, albida. flores candicant. Semen acre glumis occluſum.

THLASPI *fruticoſum alterum.*



Folio eſt Thymbræ hirſuto, & rigido: cauliculos emittit plures, pedales, fruticis ſpecie, è quorū ſummis flores albi, & ſemina in compreſſis folliculis.

DIOSCOR. *Calfacit, bilem per ſuperna & inferna purgat, acetabuli menſura potum, Iſchiadicis in clyſtere infunditur. Potum ſanguinem de sic & interiores abſceſſus rumpit. menſes cit, & fœtus necat.*

Sanguinē detrahit educādo. Iſchiadicis prodeſt. Aegin. Galen. & Plin.

THLASPI fruticoſum ſpinoſum.



BVRSA pa-
ſtoris.



BVRSA *paſtoris. Aduerſ. pag. 76.*

Paſtorea burſa trita carpis imponitur, addita pli-
tagine ad tertianas ſputas, purgato prius corpore.

RESEDA *maxima, eiuſq; varietates. Aduerſ. pag. 76.*
*Perperam Phiteuma Anguil.*



CAKILE Se-
rarionis.
Aduerſ. p. 77.

Strenuè pur-
gare aſſerit
Anguillara.



RESEDÆ *varie-
tates è ſola magni-
tudine.*

Maioribus foliis, floribꝰ, & cau-
liculis bicubitalibus, & ter-
num cubitorum duntaxat va
riat; præſertim maxima, quæ
elegantię ſtudio apud Belgas
in hortis ſeritur, & ſuperiore
tortilibus ramulis diuarica-
tis iucundo ſpectaculo do-
natur: interdum & duodenū
cubitorum & foliis multifi-
dis diuerſa.

IRIS

Iberis Cardamantica.



Iberis *Cardamantica*. *Gal.* Creſſon ſauuage, & Paſſerage ſauuage. *Angl.* Sciatica creſſe, & wilde creſſe. *Ger.* wilder creſs. *Hiſp.* Maſtuerco ſaluage. *Ital.* Naſitort ſaluatico. *Aduerſ. pag.* 77.

Lege lin. 32. vt vnius nomi-nis.

Diosc. *Radices calfacientes & adurentes ſunt: ipſa enim Iſchiadicis cum ſalſa axungia emplaſtri modo vtiles, quaternis horis alligata, vt dein in balneas deſcendatur, & poſtea oleo cum lana locus perungatur.*

Arabis, *ſiue* Draba. *Aduerſ. pag.* 78.



Diosc. *Herba cum ptiſana coquitur in Cappadocia maximè. Semen aridum pro pipere obſoniis admiſcetur.*

Myagrum. *Aduerſ. pag.* 78.

*Seſamū Cordi, & Tragi: Matthioli, Pſeudo Seſamū.*

*Eryſimum Gal. & Theoph. Dod.* *Ger.* Flachsdotterch, & Equiblumen.

Myagrum.



Diosc. *Semen contuſum igni torrent, ponuntq́ue virgis ad lucernarum lumina vtuntur. Hoc vngui ſcabrities corporis leuigari & atque expoliari conſtat.*

Gal. Emplaſticam vim obtinet.

Myagrum

MYAGRVM *alterum Thlaſpi effigie.*



SENECIO, *ſiue* ERIGERON *Adverſ. pag.* 79.
*Gal.* Seneſſon. *Angl.* Grounſell. *Ger.* Greutʒ Wurtʒ. *Hiſp.* yerua cana, Cardo morto, & Bon varon. *Ital.* Spelliciosa.



Anglis & Belgis hortenſis eſt; folio paruo Narbonenſis Thlaſpi puſilli ſiue Alyſſi, vel Leucoij marini minimi. Floſculi confertim ſtipati vmbellam exprimentes, ſtellati lutei Eryſimi vel Thlaſpi. Iiſdem quibus Cameline oritur natalitiis.

SENECIO, *ſiue* ERIGERON.

DIOSCOR. *Folia cum floribus refrigerandi vim obtinent: quapropter cum exiguo vino aut per ſe illita folia, teſtiũ, ſediſq́, inflammationes ſanãt: quin & ex manna thuris cùm reliquis vulneribus, tum neruorum quoque medentur. Illiti per ſe cũ aceto pappi idem munus præſtant. Verùm recentes epoti, ſtrangulant. Totus autem caulis ſi coctus in paſſo potui detur, ſtomachi dolores à bili contractos perſanat.*

Miſcetur fomentis lithotribis & vterinis parietariæ modo. Hyeme folia acetariis miſcentur.

PLIN. ſubdit. Lanugo eius cum croco & exiguo aquæ frigidæ trita illinitur epiphoris. Toſta cum mica ſalis ſtrumis. Erigerum quoque cum farina ſiue manna Thuris & vino dulci, teſtium inflammationes ſanat.

ÆGIN. Refrigerante & modicè diſcutiente mixtis conſtat viribus.

APVL. Herba ſenecion tuſa & ſubacta cum axungia vetere, & impoſita, mirificè ſanat vulnera.

Ad vulnera, ſi mane eam adorans ex terra colligas, & tundas cum axungia vetere, in plagam impoſita, plagam aperit & expurgat. Item ſi eam ſimili more poſt meridiem colligas, & cum axungia vetere miſceas; impoſita plagæ, aperit & perſanat. Piſtam cum axungia vetere, pedum dolorem tollit, & neruorum potentiſſimè ſanat. Floſculi cocti bene & ſubacti, imponantur vt malagma ſtomacho, ſumme dolorem ſanant.

Ad lumborum & coxarum dolorem. Herba ſenecion per ſe trita & ieiuno in potu data, validiſſimè prodeſſe fertur. Ad podagram. Trita cũ ſale, & vt malagmatis genus appoſita pedibus, æque prodeſſe certum eſt. Si quis ferro percuſſus fuerit, herba tuſa cum axungia vetere ſine ſale, & facta quaſi cerotum & in plaga impoſita, facillimè vulnus ad ſanitatem perducit.

INCANA SENECIO.

Syluoſis & ſabuloſis agrorum marginibus Erigeri ſpecies tomentoſa oritur: à vulgata cæteroquin non ita diuerſa. Brabantino agro & Neruienſi familiaris.

ERIGERON tomentoſum.

IACOBEA ſenecio.





BOTRYS



ERIGERON *tomentoſum alterum.*

Calidarum regionum hæc Senecionis ſpecies indigena. Rarò in Belgio nec niſi in horto D. Bracionis reperitur folijs altioribus lacinijs ſerratis, Seridis ſylueſtris, tomentoſis: radice, flore, & papposa cæſarie Senecionis.

IACOBEA *Senecio Aduerſ. pag. 79.*
*Ital.* Carduncello maggiore. *Senecio ſiue Erigerum maius.*

Ad anginas, tonſillarumque inflammationes peruulsam gargarizatam experientia docet. vulneribus & depaſcentibus vlceribus fiſtuloſis medetur: & ne ſerpant, cohibet decocto & ſucco.

BOTRYS. *Gal.* piment & millegraine. *Hiſp.* bien granada. *Ital.* [illegible] *Aduerſ. pag.* [illegible].
DIOSC. *Oriton* [illegible].
Aegin. Planta inſigniter odorata eſt, quæ cum vino pota, non niſi recta ceruice ſpirantibus, quos orthopnoicos appellant, opitulatur.
Hæc de re commendatur & primam laudem ſortitur Zigero Caſtelgio [illegible] Medico Antuerpiano experientiſſimo. Menſes & vrinas mouet, tenuitate partium, & incidendi & abſtergendi vi.

Seris *ſylueſtris, Ambubeia. Hiſp.* Almerones & Cicoria. *Ital. etiam Tornaſole. Leg. Aug.* Wild Cichorye. *Ger.* Wilde wegwarten, *quaſi viarum cuſtos. Aduerſ. pag.* 82.



Seris *ſatiua. Ital. & Hiſp.* Cicoria domeſtica. *Aduerſ. pag.* 82.



Serides.

Diosc. *Vtraque refrigerat, & adſtringit. ſtomacho vtiliſſima**. *aluum ſiſtit cocta, ſi cum aceto adſumatur.* † *ſylueſtres ſtomacho meliores. quandoquidem æſtuantem ipſum, & quem imbecillitas vexet, cibo leniunt. cardiacis, per ſe, aut cum polenta, vtiliter illinuntur. podagris & oculorum inflammationibus auxilio ſunt. herba cum radice illita, percuſſis à ſcorpione ſubuenit. igni ſacro cum polenta medetur. ſuccus cum ceruſa & aceto, valet ad illitus eorum quæ refrigerationem deſiderant.*

* item iecinori & renibus Plin.

† Vrinæ tormina ſoluit Plin.

Plin. Succus eorum cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit. Regium morbum in mulſo ſi ſine febre ſit, diſcutit. Veſicam iuuat. Mulierum purgationibus quidem decoctum in aqua adeò prodeſt, vt emortuos partus trahat. vtiles quibus genitura effluit, alterno dierum potu.

*Simeo Sethus.* Obſtructiones auferendi vim habet, vt nullum aliud olus. ſanguinis furorem ſedat, & inflammationes iecoris diſcutit, & ictericos iuuat. Iecur proprietate quadam roborat. Mediocriter ſomnum inducit. Veneris appetentiam extinguit, & ſemen genitale, in ijs qui frigidā habent temperaturam, minuit. Semen febres ex flaua bile ortas iuuat: at lieni nocet.

Hedy-

HEDYPNOIS *Plin. Aphaca Theoph. Aduerſ. pag.* 82.



CHONDRILLA *cerulea, Cichorij ſyl. laciniosis folijs: Gallis nonnullis Laiteron. Ital. Terracrepolo. Hiſp.* Lietugas & Liechugas dentre los planos. *Aduerſ. pag.* 84.



HEDYPNOIS.

Plin. Stomachum diſſolutum adſtringit cocta, crudaque ſiſtit aluum; & dyſentericis prodeſt magis cum lacte. Rupta & conuulſa vtroque genere iuuantur. Item quibus genitura valetudinis morbo effluat.

CHONDRILLA.

DIOSC. *In ramulis gummi Maſtiches ſimillimum magnitudine fabæ inueniri ſolet, quod cum myrrha tritum, & linteo appoſitum inſtar oliuæ fœminarum menſes trahit. Fuſa cum radicibus herba adiecto melle diuiditur in paſtillos; qui intro admiſſi vitiligines emaculant. Gummi inordinatos pilos replicat: quod item tenera radix efficit; ſi intincta ſucco acus pilis admoueatur. Contra viperas in vino pota proficit. Succus decocta in vino, aut per ſe potus, aluũ ſiſtit.*

Intybis & Lactucis Gal. refertur.

CHONDRILLA *altera* DIOSC. *Dens leonis Dod. cui tamen radix longa non rotunda ſubeſt.*

DIOSC. *Aliud habetur Chondrillæ genus, folium ferens oblongum, circumroſum, humi ſparſum: caulem ſucco madentem lacteo: radice tenui, rotunda, leui, vegeta, flaueſcente, ſuccoſa. cuius & caulis & folia concoquendi vim habent. Succus incommodos palpebrarum pilos reſtituit. Naſcitur in lacis & cultis.*

Hæc anonymos in Aduerſ. deſcripta & deprauata pag. 189. proximè Superbam recentiorum, delenda.

Chondrilla *rara purpurante flore, ſemine nitido deciduo: an Chondrilla altera Matth. Belg. Crupina, detorto vocabulo à* Cruppen, *hoc eſt repere, quia ſemen manu contrectatum ſe ſubducit ac prorepit.*



Verrvcaria *Chōdrilla, Chondrilla prior Dioſ. Cluſij, Zacyntha Matth. Ital.* Cichoria verrucaria, & Mazza di Caualliero, & Mazzaferrata. *Angl.* Gumme ſuccorp.



Hetruriæ, Syriæ & agri Norbonenſis collibus non procul à Lupo monte plantula nō inelegans exit, quæ Chōdrillis referenda videtur. Dodrantales & ſeſquipedales geniculatos cauliculos erigens, ſuperiorum chōdrillorum conſimilium; nec flores ita diſpares gerit, purpurantes in capitulis ſquammulis cōpactis Chondrillæ purpurocerulææ Belgarum. Sed ſemen Iaceæ aut Carthami ſylueſtris, nigrum, pellucidum.

Verrvcaria *Chondrilla.*

Folia habet craſſiora Hieracij, incana, circinatis Erucæ aut Eryſimi laciniis, ſed minùs profundis in multifidis dodrantalibus & pedem æquantibus cauliculis glomerata, & veluti torulis caculata ſeminum capitula clauam exprimentia: ideo Mazza di Caualliero & Mazzaferrata Italis dicitur, & Zacynthia verrucaria, è Zacyntho Græciæ delata. Flos luteus, paruus Hieracij, radiatus, ſimplex, pappis diffluens. Vniuerſa planta ſuccum fundit fuluum, qui aliquando prægnat in ipſis cauliculis, ideo vocata Anglis Gumme Succorij.

Præmorſis à cane tabido eius decoctum vtiliter exhiberi tradit Cluſius.

MONSPELIENSIVM *dens leonis Aſphodeli bulbulis, an Chondrilla altera Dioſc. Aduerſ. pag. 83. Cichorium Conſtantinopolitanum Matth.*



INOPVS *Cordi.*
*Seris Longifolia Mutoni. an Chondrilla altera Dioſc.*

Cord. Intybacea herba eſt: ea numeroſa emittit à radicis capite folia, longitudine dodrantali, latitudine vnciali, acuminata, & vndique per terram ſtrata, partim etiam in obliquũ erecta: è quorum medio vnus atque alter aut nõnunquam plures exeunt dodrãtales, & interdum pedales & cubitales coliculi, teretes tenerique: in quorum cacumine, circa veris medium ſinguli ſunt orbiculati flores multis luteis capillamentis vni calici inſidentibus, conſtantes: qui deinde in pappos reſoluti auolant, vnà cum oblongo & inferius annexo ſemine. Radice nititur perenni, pedali duum digitorum craſſitudine; foris nigra, intus candida, carnoſa & fungoſa: quæ precîſa copioſum mittit liquorem, colore in lacteo modicè cinereum, qui digitis tractatus aut guſtatus, ſubſtãtia viſco ſimilis fit, & in longum ductilis, ſiccatus verò rufeſcit, paulatimq; nigreſcit. Tota herba guſtu dulcis eſt, chõdrillæ prioris modo. Liquor nõ ignauiter etiam adſtringit odore verò nullo commendatur. Naſcitur editis, apricis, montanis locis.

Hãc quam felicè & affabrè delineat Cordus plurimam ſtirpis [illegible] Neruiorum agri iuxta rupes [illegible].

DENS leonis vulgi. Aduerſ. pag. 84. Offic. Taraxacon, Corona & caput Monachi. Chõdrilla Galeni Angl. Ital. Piſcia a letto, & Dẽte dicane, & Piſſo dicã, Hiſp. Diente de leon. L. 19. [illegible] Chondrilla. Chõdrilla altera Dodonæi. Succus lippitudinibus & oculorũ inflãmationibus medetur.



INTYBVM ſatiuum latifolium, Endiuia & Scariola officinarum. Aduerſ. 85.



Intyb. Angl. [illegible] pag. 89. [illegible]

ENDIVIA vulgatior officinarũ, Seris domeſtica altera lactucina Dioſc. amara anguſtifolia. Aduerſ. 86. Lactuca ſyl. Fuchſ. & Math.



SONCHVS leuis tenerior latifolia. Aduerſ. pag. 87. Hiſp. Corayas. Ital. etiam Lactucella, Cripini, & La ciſuoli. & Gallis, Palais de lieure. Angl. Cicerbita.



SONCHVS tenerior aculeis ASPERIOR aut horridiuſcula Aduerſ. 87.



Deme aduerſ. ibus. l. 19. & quæ ſequuntur. & lege: vni folia laciniosa Dẽtis Leonis, alteri vero lactucacea ſunt, Dipſaci magnitudine, &c.

DIOSC. *Vtriuſque vis refrigerat, modicè adſtringit. vnde æſtuanti ſtomacho & inflammationibus illiti proſunt, Succus eorum ſtomachi roſiones ſorbitione mitigat. Lac elicit. in vellere appoſitus ſedis, ac vuluæ collectionibus opitulatur. tam herba quàm radix illita ictibus à ſcorpione ictibus ſubuenit. Alter ſonchus tenerior, arboris inſtar, late conſtans folijs, caulem in ramos exeuntem folia diſtinguunt. ſed ad eadem pollet.*

Gal. ſubdit. Terreſtre eius temperamentum, poſtea quàm reſiccatus fuerit, redditur, modicam habens caliditatem.

SONCHVS leuis vulgaris folijs laciniosis Dentis Leonis.



SONCHVS *alter folio profundis lacinijs ſinuato hederaceo.*



SONCHVS *alter folio lacinijs ſinuato hederaceo.*

Alrius laciniata folia habet, quorum ſumma Hederę folium referūt, aneſa parte rubentia, nullis ſpinulis hirta: flos Endiuiæ ſylueſtris, caulis bicubitalis; in ruderibus & ruinoſis Neruiorum, & Brabantorum frequens: radice fibroſa.

HIERACIVM *maius Adverſ. pag. 88.*

*Ang.* Haſike wede.

DIOSC. *Refrigerandi vim habet & modicè adſtringendi, ideòque æſtuanti ſtomacho & inflammationibus illitum prodeſt. Succus eroſionem ſtomachi in ſorbitione mitigat. Herba ipſa cum radice illita ſcorpionum ictibus auxiliatur.*

HIERACIVM maius.



HIERACIVM *minus præmorſa radice. Adverſ. pag. 88.*

DIOSC. *Vim ſuam ad eadem ad quæ ſuperior, impendit.*

Plin. Succus ſanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum: arcet nubeculas, cicatrices aduſtioneſque omnes, præcipuè caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Item ſuccus aluum purgat in poſca potus ad duos obolos.

HIERACIVM minus præmorſa radice. Aduerſ. 88.

Videtur Lagopus & ſecunda Leporina Tragi & Apulei.



HIERACIVM [illegible] Aduerſ. pag. 88.



HIERACIVM Sabaudum. Aduerſ. pag. 88.



Marginibus nihil frequentius agri Antuerpiani.

HIERACIVM Narbonenſe, falcata ſiliqua.



HIERACIVM *Narbonenſe falcata ſiliqua, Calendulæ ſemen & pedem alaudæ exprimente.*

Notiſſimum Monſpellienſibus iſtud: vbi inter ſegetes & in agrorum marginibus Bottonetto finitimis luxuriat, folijs oblongis Hieracij vel Chondrillæ marinæ: gracilibus alis multis diuiſis cauliculis, & floribus luteolis Lampſanæ ſimilibus: ſemen in falcatis paruum calendulæ ritu exilibus corniculis radiatim ab vno petiolo aptis, alaudæ cancri vel aranei pedes præ ſe ferentibus.

LACTVCA *ſatiua folio Scariola; Germ.* Lattich. *Belg.* Lattauwe. *Gal.* Laictues. *Angl.* Lettes. *Hiſp.* Lechuga & Lettuga. *Ital.* Lactuca. *Aduerſ.* 89.



lege pag. 89. lin 8 Lactuca lacte multo & ſimilia ſ... [illegible]

Item l. 26. in lactuca ſyl. leg. ... [illegible]

LACTVCA *capitata criſpis Braſſicæ folijs. Aduerſ. pag. 90.*



lege ieiuna.

DIOSC. *Lactuca ſatiua, quibus natura refrigeratrix ineſt, ſtomacho grata habentur, ſomnum conciliant. aluum emolliunt. lac euocant. verùm decoctæ magis alunt. ſtomachicis illotas eſſe prodeſt. E potum ſemen* aſſiduas libidinum imaginationes in ſomno, compeſcit, & veneri refragatur. ipſæ verò frequentiores in cibo, claritati oculorum officiunt. inflammationibus & ignibus ſacris opitulantur. muria condiuntur. cum in caulem exierunt, vim quandam nanciſcuntur ſucco aut lacti ſylueſtris lactucæ ſimilem.*

*quia genituræ profluuium cohibet Gal.

Gal. Humidum & frigidum olus, non tamen extremè; ſiquidem edendo non foret. verùm maximè ſecundum aquæ, vt ſic dicam, fontanæ frigiditatem. Proinde ad calidas phlegmonas accommodum eſt, & ad parua & leuia eryſipelata: non tamen maioribus ſatiſfacere idonea eſt. Eſt etiam edulium ſitim arcens.

Plin. ſubdit: Frequentior in cibo vſus claritati oculorum officit.

LACTVCA *ſylueſtris. Hiſp.* Lechuga ſeluage.

DIOSC. *Sylueſtris lactuca ſatiuæ ſimilis eſt. amaro guſtu eſt, & viribus aliquatenus papaueri ſimilis. vnde lacteum eius ſuccum aliqui meconio permiſcuerunt. Aquam per aluum elicit, potus in aceto mulſo ſuccus ad duos obolos.*

†Gal. teste. *Gal. idem — *los. argenta† caliginémque repurgat. contra adustiones efficaciter* illinitur, cum lacte mulierum. in ſomnis, ſomnum allicit. dolorum leuamentum præſtat. menſes trahit. contra ſcorpionum & phalangiorum ictus bibitur. Semen, non aliter quàm ſatiuæ, libidinum imaginationes in ſomno amolitur, ac venerem arcet. Succus ad eadem valet, ſed viribus infirmior. Reponitur in fictili nouo lac eius antea, vt in alijs liquaminibus moris eſt, inſolatum.*

LACTVCÆ *ſyl. varietas.*

Eadem agro Romano folijs nigris maculis variata viſitur, qualem Coldenbergij noſtri ditiſſimus hortus alit.

APVL. Ad oculorum caliginem. Dicunt aquilam quum in altum volare voluerit, proſpicere rerum naturas, lactucæ ſyluaticæ folium euellere, & ſucco eius ſibi oculos tingere, & maximam inde claritudinem accipere. Herbæ igitur lactucæ ſyluaticæ ſuccum cum vino optimo vetere & melle † acapno, quod ſine fumo collectum eſt, mixtum in ampullam vitream condito, & eo vtaris, ſummam medicinam experieris. — †Alias Attico.

BRASSICA *vulgaris ſatiua, Germ.* Koel. *Angl.* Keale & cole. Gal. Choux verds ou colletz. *Hiſp.* Collies. *Ital.* Cauole liſcio. *Aduerſ.* 91.



ego l. 8. pag. 91 ...

DIOSC. *Braßica ſatiua aluo eſt idonea, ſi modò leuiter ferueſacta edatur. nam percocta aluum ſiſtit. ſed multo magis bis cocta, aut qua in lixiuio coquitur. ſtomachum autem malè habet. acrior eſt æſtiua. in Aegypto propter amaritudinem non eſtur. cacutientibus, & tremulis eſſe prodeſt. ſummo cibo ſumpta crapulam diſcutit, & vini noxam reſtinguit. melior ſtomacho cyma: ſed acrior, & ad ciendum vrinam validior. ea condita ſtomacho inimica eſt. aluum conturbat. Crudus ſuccus cum nitro & iride deuoratus, aluum emollit. cum vino quoque epotus viperarum morſibus auxiliatur. cum fœni græci farina, podagris & articulorum vitijs illinitur. prodeſt & ſordidis vlceribus, & vetuſtis, illitus. caput purgat naribus infuſus. menſes extrahit, cum loliacea farina inditus. Folia per ſeſe illita, aut cum polenta trita, conferunt inflammationibus,† tumoribúſque. epinyctidas, ignem ſacrum, lepráſque ſanant. carbunculos ex ſale rumpunt. fluentes capillos retinent. cocta, addito melle, aduerſus† *depaſcentia vlcera, gangrenáſque valent. lienoſiſque, ex aceto cruda proſunt. manſa, deuorato ſucco, retuſam vocem inſtaurant. Decoctum eius potu aluum & menſes ciet. Flos poſt conceptionem in peſſo ſubditus, partum abortu vitiat *. Semen eius, præſertim quæ in Aegypto naſcitur, potum tineas repellit. in antidota theriaca additur. faciei cutē lentiginéſque expurgat. Virentes cauliculi cum radice cremati, & adipe porci vetuſto excepti, diuturnos laterum dolores mitigant.* — idem Gal. — Gal. — Gal. — idem Plin. — * corruptè, do ſemen. Simeoni Setho. quod idem teſtatur Plin.

*Si modo leuiter ferueſacta.*] ſuccus eius aliquatenus purgat: corpus verò eius ventrem ſiſtit.

*Cacutientibus*] cum Attico melle angulis ſolum tactis. Plin.

*Cibo ſumpta.*] antecedente in cibis caueri ebrietatem, poſtea ſumpta crapulam diſcuti. Plin.

† Quia quiddam in ſe abſterſorium habet. Gal.

*Lepráſq.*] Lepras & pſoras cum alumine rotundo ex aceto. Plin.

*Capillos retinent.*] cum alumine & aceto. Plin. *Lienoſis.*] ex vino albo per dies 40. ſumpta. Plin.

*Vocem inſtaurant.*] Simeon Sethus idem. *In Aegypto*] quanto ea ſiccior ſcilicet temperatura: Gal.

*Lentiginéſque*] & quæcunque alia quæ modicam abſterſionem poſtulant, adiuuat. Gal.

*Cremati*] Caules braſſicæ combuſti, cineres efficiunt admodum deſiccantes, vt videlicet iam vim adurentem participent: hac ratione ei veterem adipem commiſcentes, ad inueteratos laterum dolores, & ſi quid eius fuerit generis, adhibent. Nam valenter digerens medicamentum efficitur. Gal. — Gal. & Pli.

Braſſica eſculenta deſiccandi vim habet; tum eſa, tum foris impoſita, non tamen etiam admodum acrem: alioqui & vlcera glutinat & mala vlcera ſanat.

Gal. Semen lumbricos interficit. Sanè amaræ qualitatis particeps ſemē eſt, ſicut videlicet omnia alia medicamenta quæ ad lumbricos idonea ſunt.

†* *Depaſcentia vlcera, gangrænas.*] Plin. etiam carcinomata quæ nullis alijs medicamentis ſanari poſſunt, foueri prius aqua calida iubet; & bis die tritam imponi. Sic etiam fiſtulas eluxatis & tumores reuocari, quæque diſcuti opus ſit. Inſomnia* etiam, & vigilias tollere decoctam, ſi ieiuni edant quamplurimam ex oleo & ſale, cumino, polenta: ſi ita ſumatur ſine pane magis profuturam.

BRASSICA capitata. Bel. Caolo capuccio, capuzzino. Aduerſ. 91.



BRASSICA florida botrytis. Bel. Bloemkoolen. Gal. Chouflory. Ital. Caolo fiore. Aduerſ. 91.



BRASSICA tenuifolia laciniata. Aduerſ. 92.



turam. Inter reliqua bilem detrahit per vinum nigrum pota. Quin & vrinã eius qui braſſicam eſitarit, aſſeruari iubet; calefactámq; neruis remedio eſſe. Auribus quoque ex vino ſuccum braſsicæ tepidum inſtillari ſuadet; idque etiam tarditati audientium prodeſſe aſſeuerat; & impetigines eadem ſanari, ſine vlcere. Græci* biles detrahere non percoctam putant: item aluum ſoluere; eandemque bis coctam ſiſtere: vino aduerſari, vt inimicam vitibus. Lactis vbertatem cibo facit Hippocrati. Cõtra ſingultus cũ Coriãdro, anetho, melle, pipere & aceto. Illitam quoque prodeſſe inflammationibus ſtomachi. Sugillata verò & alios liuores pura illita. Epicharmus teſtium & genitalium malis hanc vtiliſsimè imponi aſſerit. Efficacius eadem cum faba trita. Item conuulſis cum Ruta.

*Gal. ſcilicet & alij.

Malum & melancholicum ſuccũ procreat Simeoni Setho. Viſum hebetat, & ſomnium per contraſia *inſomnia interturbat. Cocta cum pingui carne plurimum noxæ atque vitij amittit.

BRASSICÆ *fimbriata varietates.*

Floridæ Braſſiee vice inſtitores & holitores Itali geminam Braſſieam ad nos miſerunt: quarũ prior foliorum neruo medio tenus laciniatas inciſuras Artemiſiæ, Eryngijue campeſtris, habet.

Alterius verò fimbriata magis, lacinioſa minus, ſunt folia. Vtramque alebat ſedulus & perbonus ciuis Antuerpianus Ioãnes Doue, aliâs Vogelſang, ſtirpium, fruticum, & arborum peritiſſimus & amantiſſimus.

BRASSICA fimbriata.



BETA alba Hiſp. Bie-das. Ital. Bie-tas. Aduerſ. pag. 93.



BETA ru-bra. Aduerſ. pag. 94.



BETA ru-bra vulga-tior. Ad-uerſ. 94.



BRASSICA ſyl. DIOSC. *Marina monoſpermos. Aduerſ.pag. 92.*

DIOSC. *Cyma in lixiuio cocta, ori non inſuauis. Folia illitu vulnera conglutinant; & inflammationes, tumoreſque diſcutiunt.* lege Tumorem.

APVL. Ad tumores quoſcunque. Herbæ braſſicæ ſyluaticæ folia cum axungia vetere piſata, & cómixta quaſi malagna induces linteolo groſſo aut in aluta, & impones; ſanabitur. Ad lateris dolorem. Herbam braſſicam ſyluaticam impones vt ſupra. Ad podagram. Herbam braſſicam conficies vt ſupra. Quod ſi vetuſtiſſimus dolor fuerit, eo magis efficacior erit ſalus. legē lin. 39. acute, ibidem radice.

BETA. *Aduerſ.pag. 93.*

DIOSC. *Nigra coquitur* [a] *cum lenticula, vt ventrem efficacius* [b] *ſiſtat, multóque magis radix. Candida aluo vtilis eſt. Vtraque verò propter nitroſum humorem quem habet, mali ſucci eſt. Vnde ſuccus earum cum melle naribus inditus* [c] *caput purgat. Aurium etiam doloribus auxiliatur.* [d] *Decoctum radicum & foliorum, furfures & lendes deterget. Perniones fotu mitigat. Crudis folijs vitiligines nitro prius perfrictos, alopecias* [e] *prurientes; atque depaſcentia* [f] *vlcera illini prodeſt. Eruptionibus papularum, igni ſacro,* [g] *ambuſtiſque, cocta medetur.*

[a] leniter coquitur Beta Pli. addito aceto, vt ventrem molliat. validiùs cocta fluctuationes ſtomachi & ventris ſiſtit. Ad ſiſtendum videtur melius conuenire ex aceto percocta.

[b] *efficacius* ] ob iunctam adſtrictionem aliquam. Gal. [c] extergendo. Gal. [d] infuſis ijs. Plin. [e] [f] [g] eadem Plin. *Alopecias* ] cruda illinuntur Plin.

Gal. Nitroſæ facultatis eſt particeps, quia tum extergit, tum digerit, & per nares purgat. Cæterùm cocta nitroſitatē omnē exuit, fitq; facultatis phlegmonis aduerſæ, leuiter diſcutientis. Porrò ad detergendū digerendumque validior eſt beta alba: ideò aluum ad excretionē ſtimulat, & nonnunquā ſtomachum mordicat ijs quibus ille ſenſilior obtigit. Huius ceu aliorum olerum exigua eſt alimonia. Iecoris obſtructionibus, quàm malua, aptiùs accommodatur; magis autem vbi cum ſinapi * eſtur aut aceto. Lienoſos item ſimiliter manducata, mirificè iuuat. Sinapi noſtri hodie cū Zingibere.

Plin. Candida beta cocta, & cum allio crudo ſumpta; contra tineas. ciet vrinam. medetur dyſentericis iniecta, & morbo regio. Dentium dolores ſedat illitus ſuccus: & contra ſerpentium ictus valet; ſed radicis duntaxat. pernionibus occurrit decocta. Albæ ſuccus epiphoras ſedat, fronte illita: aluminis pauco admixto, ignem ſacrum.

BLITVM. Hiſ.^a Bredos, & Bledos.
*Ital.* Biedoni, Blito, & Geloſia.
*Aduerſ. 94.*



BETA *Syluestris ſpontanea marina.*

Sabuletis maritimis anguſtiore folio & craſſiore ſponte oritur ſyluestris Beta nigra, guſtu ſalſo & nitroſo, cæteroquin haud abſimilis.

BLITVM.

DIOSC. *Eſtur oleris modo, aluo vtile: nullius in medicina vſus.*

Plerique hodie Galli pharmacarij Blita cum Beta clyſteribus ex medicorum præceptis miſcent.

Plin. Ventrem adeò turbat, vt choleram faciat aliquibus. ſtomacho inutile. Dicitur aduerſus ſcorpiones potum è vino prodeſſe; & clauis pedū illini. item lienibus, & temporum dolori ex oleo. Hippocrates menſtrua ſiſti * illo cibo putat. * quemadmodum hodierni Amarantho, Bliti ſpecie.

Gal. Blitum olus eſt eſculentum, humidæ, frigidæque temperaturæ in 2° exceſſu. Qui porrò Atriplicis, Blitique guſtabilem qualitatem intelligit, braſſicæque ſaporis commeminit, lactucam in Braſſicæ, ac horum olerum medio eſſe non diffitebitur. Siquidem illa egregiè deſiccat: hæc contra planè humida aquoſaque ſunt. Quapropter non ex ſolo oleo, garoque, ſed addito aceto ſæpius meliuſque aſſumuntur; alias namque ſtomacho infeſta ſunt. Diximus autem eiuſmodi olera nonnihil ad leuigandam aluum momenti afferre, maximè ſi cum humiditate glutinoſam lubricitatem ſortita ſint. Alioquin id ipſum perquàm exiguum eſt, quoniam nulla ipſi acris nitroſaue adeſt qualitas, quæ aluum ad excreationem irritare poſſit.

Brassica fimbriata.



Beta nigra Hisp. ... das. Indi... tas. Advers. pag. 93.



Beta ru-bra. Adverſ. pag. 94.



Beta ab-breuia-tior. Ad-uerſ. 94.



Bras-

BRASSICA ſyl. DIOSC. *Marina monoſpermos. Aduerſ. pag. 92.* lege Tumo-

DIOSC. *Cyma in lixiuio cocta, ori non inſuauis. Folia illitu vulnera conglutinant; & inflammationes, tumoreſque diſcutiunt.* res.

APVL. Ad tumores quoſcunque. Herbæ braſſicæ ſyluaticæ folia cum axungia vetere piſata, & cõmixta quaſi malagna induces linteolo groſſo aut in aluta, & impones; ſanabitur. Ad lateris dolorem. Herbam braſſicam ſyluaticam impones vt ſupra. Ad podagram. Herbam braſſicam conficies vt ſupra. Quod ſi vetuſtiſſimus dolor fuerit, eo magis efficacior erit ſalus. lege lin. 39. annua ibidem iudice.

BETA. *Aduerſ. pag. 93.*

DIOSC. *Nigra coquitur* [a] *cum lenticula, vt ventrem efficacius* [b] *ſiſtat; multóque magis radix. Candida aluo vtilis eſt. Vtraque verò propter nitroſum humorem quem habet, mali ſucci eſt. Vnde ſuccus earum cum melle naribus inditus* [c] *caput purgat. Aurium etiam doloribus auxiliatur.* [d] *Decoctum radicum & foliorum, furfures & lendes deterget. Perniones fotu mitigat. Crudis folijs vitiligines nitro priùs perfrictos, alopecias* [e] *prurientes; atque depaſcentia* [f] *vlcera illini prodeſt. Eruptionibus papularum, igni ſacro,* [g] *ambuſtiſque, cocta medetur.*

[a] leniter coquitur Beta Pli. addito aceto, vt ventrem molliat. validiùs cocta fluctuationes ſtomachi & ventris ſiſtit. Ad ſiſtendum videtur melius conuenire ex aceto percocta.

[b] *efficacius* ] ob iunctam adſtrictionem aliquam. Gal. [c] extergendo. Gal. [d] infuſis ijs. Plin. [e] [f] [g] eadem Plin. *Alopecias* ] cruda illinuntur Plin.

Gal. Nitroſæ facultatis eſt particeps, quia tum extergit, tum digerit, & per nares purgat. Cæterùm cocta nitroſitatẽ omnẽ exuit, fitq; facultatis phlegmonis aduerſæ, leuiter diſcutientis. Porrò ad detergendũ digerendumque validior eſt beta alba: ideò aluum ad excretionẽ ſtimulat, & nonnunquã ſtomachum mordicat ijs quibus ille ſenſilior obtigit. Huius ceu aliorum olerum exigua eſt alimonia. Iecoris obſtructionibus, quàm malua, aptiùs accommodatur; magis autem vbi cum ſinapi * eſtur aut aceto. Lienoſos item ſimiliter manducata, mirificè iuuat. Sinapi noſtri hodie cũ Zingibere.

Plin. Candida beta cocta, & cum allio crudo ſumpta; contra tineas: ciet vrinam. medetur dyſentericis iniecta, & morbo regio. Dentium dolores ſedat illitus ſuccus: & contra ſerpentium ictus valet; ſed radicis duntaxat. pernionibus occurrit decocta. Albæ ſuccus epiphoras ſedat, fronte illita: aluminis pauco admixto, ignem ſacrum.

BLITVM. *Hiſ.* Bredos, & Bledos.
*Ital.* Biedoni, Blito, & Geloſia.
*Aduerſ. 94.*



BETA *Syluestris ſpontanea marina.*

Sabuletis maritimis anguſtiore folio & craſſiore ſponte oritur ſylueſtris Beta nigra, guſtu ſalſo & nitroſo, cæteroquin haud abſimilis.

BLITVM.

DIOSC. *Eſitur oleris modo, aluo vtile: nullius in medicina vſus.*

Pleríque hodie Galli pharmacarij Blita cum Beta clyſteribus ex medicorum præceptis miſcent.

Plin. Ventrem adeò turbat, vt choleram faciat aliquibus. ſtomacho inutile. Dicitur aduerſus ſcorpiones potum è vino prodeſſe; & clauis pedũ illini. item lienibus, & temporum dolori ex oleo. Hippocrates menſtrua ſiſti * illo cibo putat. * quemadmodum hodierni Amarantho, Bliti ſpecie.

Gal. Blitum olus eſt eſculentum, humidæ, frigidæque temperaturæ in 2° exceſſu. Qui porrò Atriplicis, Blitíque guſtabilem qualitatem intelligit, braſſicæque ſaporis comminit, lactucam in Braſſicæ, ac horum olerum medio eſſe non diffitebitur. Siquidem illa egregiè deſiccat: hæc contra planè humida aquoſaque ſunt. Quapropter non ex ſolo oleo, garóque, ſed addito aceto ſæpius meliuſque aſſumuntur; alias namque ſtomacho infeſta ſunt. Diximus autem eiuſmodi olera nonnihil ad leuigandam aluum momenti afferre, maximè ſi cum humiditate glutinoſam lubricitatem ſortita ſint. Alioquin id ipſum perquam exiguum eſt, quoniam nulla ipſi acris nitroſaue adeſt qualitas, quæ aluum ad excreationem irritare poſſit.

AMARANTHVS. Aduerſ. 95. perperã Circæa Trago. Phlox ſiue flamma Theoph. Anguil.

Amarãthi refrigerant, adſtringunt, & ſiccant.

*Lege ſemen & flores, eadem, omnium rariſſima.*





AMARANTHVS ſanguiſolius ſimplici ſpicata panicula.

AMARANTHVS maior floribus paniculoſis: ſpicatis. Blitum maius Matt. Aduerſ. 95.





AMARANTHVS holoſericeis, ſanguineis, reticulatis floribus, hilariore aſpectu. Aduerſ. 95.

AMARANTHVS *anguſtifolius ſimplici ſpicata pannicula.*

Ab imo ſummo tenus ſingulis ſpicatis floribus coccineis ſaturè punicantibus luxuriat. cuncta reliqua non diſſimilia, ſed folia anguſtiora, exiliora. Hic primùm nobis indicatus & communicatus ab illuſtriſſimo & nobiliſſimo viro Duce Arenſcotio.

AMARANTHVS *Tricolor. Celoſia Tragi. Aduerſ. pag. 95.*



ATRIPLEX *ſatiua. Ital. etiam* Reppice, *&* *Hiſp.* Armuelles. *Aduerſ. pag. 96. Chryſolachanon, ſiue olus aureum.* *



* DIOSC. *Editur oletum modo elixum; aluum mollit: crudum vel coctum illitum panos diſcutit. Semen eius potum cum aqua mulſa morbum regium ſanat.*

*Morbum regium.* ] Semen eius abſtergentis eſt facultatis; proinde ad morbum regium ex iecoris obſtructione ortum vtilis eſt Plinio & Galenó.

Arm. Plin. cum aceto & nitro. Gal. Frigida 1°. ordine, humida 2°. Celeriter ob lubricitatem ventrem permeat: parum autem omnino eius eſt, quod digerendi obtinet facultatem. Phlegmonis & phygetlis quidem incipientibus, creſcentibus, & mollibus adhuc, ac veluti feruentibus, hortenſis; vigentibus verò, declinantibus & indureſcentibus commodior eſt ſylueſtris.

PLIN. ſubdit: Coquitur difficilè. Stomacho aduerſatur, lentigines & papulas gignit. vulsarum vitijs infunditur cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Vtiliter illinitur podagricis. Vngues ſcabros detrahere dicitur ſine vlcere. Sunt qui dent ſemen, arterias & tonſillas nitro addito perfricent, aluum moueant, cocto aut per ſe, aut cum malua aut lenticula concitantes * vomitiones.

* *Vomitiones.* ] ſemen drachmarum pondere vel trium vomitiones molitur. Serap.

Sylueſtri capillos tingunt, & ad ſupradicta vtuntur medicina.

PES ANSERINVS, *Atriplex ſylueſt.*

Pedem Anſerinum vicem ſolani hortenſis ſupplere ait Fuchſ. *Aduerſ. pag. 97.*

ATRI-

ATRIPLEX ſyl. vulgatior ſinuata. Aduerſ. 97.



ATRIPLEX ſyl. latifol. PES ANSERINVS: uel Atriplex Monſp. Aduerſ. 97.



lege Atriplex.

ATRIPLEX marina repens. Aduerſ. 97.



ATRIPLEX olida. Vulua ria gar... olens. Gr... ſinu Ca... Aduerſ. 97.



Botrys.

[illegible]





TOTA BONA Spinaciæ fa-cie. Aduerſ. pag. 97.

[illegible]





ATRIPLEX ſyl. Polygo-ni aut Hel-xines foliis. Aduerſ. pag. 98.

POLYSPORON *Caſſiani Baſſi Anguillare.*

A ſeminis floriſque muſcoſi botrydi nō diſſimili facturà, quibus onuſti numeroſi cauliculi, polyſpermon vocata videtur. ſed cauliculi ſeſquicubitales, exiliores & numeroſiores: imis foliis Solani, aut Atriplicis ſyl. ſummis minoribus multò & delicatioribus. Hac mirè capiuntur piſces, auctore Caſſiano Baſſo, cui ſubſcripſit Anguillara experimento nixus. Radix alba gracilis.

ATRIPLEX *Halimoides.*

Æſtiua eſt, caules edens ternum & quaternum cubitorum; & folia Halimi: flores & ſemina racemoſa cæterarum more. Mihi primùm viſa in viridario Ioannis Mutoni Neruienſis pharmacopœi peritiſſimi. Semitas & rudeta amat.

TOTA BONA, *ſpinaciæ facie. Aduerſ. pag. 97. Rumicis tertium genus Fuchſ. & Turneri ſecundum. Belg.* Lammekens oozen, *&* goede Heyndrick.

HELXINE *ſiue Parietaria. Aduerſ. pag. 98.*

DIOSCOR. *Folia*[a] *refrigerandi ſpiſſandiq; naturam habent, quæ ex cauſa ſanant illitu ſacros ignes, aduſta, condylomata, panos incipientes*[b], *tumores, inflammationesq;. Succus eius cum ceruſſa, ignibus ſacris, & vlceribus quæ ſerpunt, commodè illinitur, imponiturq; podagris cum hircino adipe, aut cerato cyprino. veterem tuſſim emendat*[c] *inſtar cyathi hauſtus. tonſillis*[d] *inflammationem ſentientibus vtiliter & gargarizatur, & oblinitur. aurium dolorem cum roſaceo inſtillatus leuat.*

[a] Gal. Vis ei ineſt abſtergendi, & leniter conſtringendi, cum humiditate ſubfrigida.

[b] Gal. & Plin. In initiò & augmento vſque ad ſtatum. [c] Idem Plin.

[d] Guttura incipientia turgeſcere Plin.

Gal. ſubdit: Incipientibus etiam phygeſlis cataplaſmatis ritu illinitur. Succus quoque eius ad dolores phlegmonoſos mediocriter profuerit. Gargarizandum item nonnulli exhibent ad pariſthmia. Aliqui etiam medicorum iis qui diutina tuſſi vexantur, illam exhibuerunt. Euidens certè extergendi experimentum præbet in vaſis vitreis.



Exterit alopecias & impetigines Aëtio, priuatim aſſiduè illita. Sedis hæmorrhoidas aperit: fiſtulis medetur, & ſinus cohibet trita, cum modico ſale appoſita.

Hæmorrhoidas confricatas, extergendo aperit. Clyſtere, decocto & ſtillatitia epota vrinas ciet: calculos terit & pellit.

APVL. Ad podagram. Herba perdicalis coquatur in aqua, & ex eadem aqua fouebis pedes vel genua, deinde ipſam herbam tuſam cum axungia impones pedibus panno inductam, vel ſuper genua, ſanabit mirè.

PHYLLON *mas ſeu Arrhenogonon, & Thelygonon fœmina. Aduerſ. pag. 99.*

DIOSC. *Arrhenogonon potu, maſculi ſexus facere partus, vt thelygonon fœminei proditur. Huius Cratæuas author eſt: ſed huiuſmodi hiſtoria tenus, mihi produxiſſe viſum eſt.* In plura Theophr. 100 lib. confiſtere federint. Theoph. ſcrem natis.

MERCVRIALIS.

MERCVRIALIS *mas. Aduerſ. pag. 100.*
*Hiſp.* Mercurial.



MERCVRIALIS *fœmina.*



DIOSCOR. *Vtraque in oleribus manditur: ad aluum ciendam*, cocta in aqua epoto iure, bilem aquamq́ detrahit. Conſtat vt mares gignantur hunc facere: vt fœmina, illam, ſi à purgatione bibantur, & trita folia genitalibus admoueantur.* * Idem Gal.

*Mares & fœmina gignuntur*] Hoc contingere ſi à conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo, edantúrque folia decocta ex oleo & ſale; vel cruda ex aceto. Decoctum dari iubent & herbam ipſam in cibo, altero die purgationis mulieribus per triduum; quarto die à balneo coire eas. Hipp. miris laudibus in mulierum vſu prædicauit illas. Eaſque ad hunc modum adhuc medicorum nemo nouit. Ille eas vuluæ cum melle vel roſaceo, vel irino vel lirino admouit. Item ad ciendos menſes, ſecundaſque; hoc idem præſtare potu fotuque dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccum, inunxitque cum vino vetere. Aluo folia impoſuit; epiphoris, ſtranguriæ & veſicæ. Decoctum eius dedit cum Myrrha & thure. Aluo quidem ſoluendæ vel in febri, decoquitur quantum manus capiat in duobus ſextariis aquæ ad dimidias. Bibitur ſale & melle admiſto; nec non cum vngula ſuis, aut gallinaceo decoctum ſalubrius. Purgationis cauſa putauere aliqui vtramque dandam, ſiue cum malua decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt: ſed ſtomachum lædunt. Plin.

GAL. Digerentis admodum facultatis in cataplaſmate quiſque eſſe experietur.

APVL. Ad ventris duritiam, Herbam mercurialem coques, & tritam ex paſſo dabis, ſtatim detrahet, & ſtomachum purgabit. Aut ſemen eius tritum ex paſſo dato: idem detrahet & purgabit.

Ad menſtrua cienda. Herba mercurialis cum oleo irino vel roſaceo admota, mox prouocat ſanguinem menſtruum. Ad epiphoras oculorum. Herbæ mercurialis folia cum vino albo vetere impone. Si aqua in aures introierit: herbæ mercurialis ſuccum tepefactum in aurem ſtillabis, mox liberabis eum.

Cynocrambe. *Aduerſ. pag.* 100.
*Gal.* Chou de chien, *&* Mercuriale ſauuage. *Germ.* Wild bingelkraut, *&* Hundtskol. *Belg.* Wilde Mercuriael, *&* bingelcruyt. *Anglis,* Wild Mercury. *Hiſp.* Verça perruna. *Ital.* Mercorella baſtarda.

Heliotropivm *maius.* *Aduerſ. pag.* 101.
*Barbar. herba cancri.* *Angl.* Scorpions tayle.
*Ital.* Heliotropio.





Dioscor. *Folia cum caulibus epota aluum cient: oleribus commendantur. Ius decocti & pituitam & bilem, aquamq́ue detrahit.*

Heliotropivm.

Dioscor. *Decoctum herbæ ex aqua, faſciculo manus plena, potu pituitam bilemq́ue per aluum extrahit: contra ſcorpionum ictus ex vino potum, & illitum prodeſt. adalligatur ad conceptus arcendos. diunt per horam vnam ante acceſſiones, ſeminis grana quatuor cum vino quartanas finire: tria verò tertianas. illitum ſemen formicantes verrucas penſileſq́ue, & thymos, & epinyctidas exiccat. Folia, infantium deſtillationibus, quas ſiriaſeis vocant, podagris, luxatisq́ue, vtiliſſimè illinuntur. menſes cient, partus trita & impoſita pellunt.*

Aegin. eadē. Lege *folijs ocymi.* & li. 23. *paludoſis ſcrobibus.*

Helio-

HELIOTROPIVM *paruum* DIOSC. *Heliotropium minus Cluſij. Triccon Plin. Aduerſ. pag.* 101.



SOLANVM *hortenſe. Aduerſ. pag.* 101. *Cubebalum Plin. Dod. Hiſp.* Morella, & yerua mora.



DIOSCOR. *Herba cum ſuo ſemine pota, adiecto nitro, hyſſopo, naſturtio, & aqua, latas tineas tereteſq́; excutit. Penſiles verrucas, quæ acrochordones vocantur, cum ſale illita tollit. Scorpioides herbula eſt, folijs paucis, ſemine caudæ ſcorpionis effigie. Illita ſcorpionum ictibus præſentaneo eſt auxilio.*

Ad cancros depaſcentes efficaciſſimum.

SOLANVM *hortenſe.*

DIOSCOR. *Natura ei refrigerandi, quare folia vlceribus quæ ſerpunt, & ignibus ſacris, conuenienter cum pollini polentæ illinuntur, ægilopa, capitiſq́; dolores trita & impoſita per ſe ſanant. æſtuanti ſtomacho auxiliantur, parotidas, cum ſale detrita, illitu diſcutiunt. Valet ſuccus eius aduerſus ignem ſacrum, atque vlcera quæ ſerpunt, cum ceruſſa, roſaceo & argenti ſpuma: ad ægilopas, cum pane, infantium adustioni, quam ſiriaſin vocant, cum roſaceo perfuſus proficit. in collyrijs, aquæ vel oui vicem exhibet, contra acutas fluxiones illitus. aurium dolori inſtillatus prodeſt. Menſium abundantiam ſiſtit, in vellere ſubditus. ſuccus ſulno gallinarum cortalium ſime ſubactus, & linteo appoſitus, ægilopis præſentaneo eſt remedio.*

Bibitur ſtillatitia ad febris ardores.

Refrigerat & adſtringit Gal°. 2°. ordine: medium autem abſolutè in humectando & exiccando.



ALEXANDER ... FERDINANDVS ... DEL GRANDE

SOLANVM halicacabum. Adverſ. pag. 102. Solanum veſicarium, quoniam veſica & calculis prodeſt Plin. Hiſp. Acarreador de ſueño, Vexiga de perro.

SOMNIFERVM Solanum lethale. Adverſ. pag. 103. an Soporiferum Plin.? Hiſp. yerua mora mayor y acarreadora de ſueño.





DIOSCOR. *Vim eandemq; hortenſis Solani habet, verùm cibis nequaquam expetitur.* Regium morbum purgat, ſemine poto; & vrinam pellit. Ex vtraque herba ſuccus extrahitur, qui ſiccatur in vmbra; reconditur, ad eadem valens.*

* Quia iecur & viſcera obſtructione liberat. Gal. eadem.

SOMNIFERVM *Solanum.*

DIOSCOR. *Radicis cortex, in vino drachmæ pondere potus, ſomnificam vim habet, opio mitiorem. Semen vehementer vrinam ciet. Corymbi duodecim, hydropicis dantur: ſi quid numero adiiciatur, alienationem mentis ſaciunt. Remedio eſt aqua copioſa mulſa, potui data. Succus paſtillis inſeritur, & medicamentis quæ doloris leuamentum præbent: decoctus in vino, ſi in ore contineatur, dentium doloribus auxiliatur, radicis ſuccus, cum melle illitus, oculorum hebetudines tollit.*

Eadem Gal. & Plin.

Tertij ordinis eſt refrigerantium Galeno. *Si quatuor eius drachmæ ſumantur, mortem inferunt: ſi pauciores, inſaniam.* Vua ſi foris corpori illinatur, vlcera maligna & depaſcentia curat, ſed ad talia radicis cortex optimus eſt.

Plin. Etiam opio velocius ad mortem. Præſentaneum remedium etiam ad dentes mobiles firmandos, ſi colluerentur: huic tamen exceptionem addidere, ne diutius id fieret: delirationem enim gigni. Radix trita ex oleo percuſſis auxiliatur.

SOLANVM

SOLANVM *manicum Dioſc. Erucafolium: an Chriſtophoriana Herbariorum?*

DIOSCOR. *Radix drachmæ vnius pondere pota ex vino, facit ſpecies vanas, imagineſq; non iniucundas, obuerſari. ſed duplicatus hic modus, ad treis vſque dies mentis alienationem affert: quadruplicatus, interimit. Remedio eſt aqua mulſa copioſius pota, & vomitione reiecta.* Idem Plin.

Radicis cortex refrigerat 2°. ordine incipiente. Gal.

SOLANVM *Somniferum Cluſij folijs Hyoſcyami lutei. Somniferum Verticillatum Matth. Hiſp.* Yerua mora que acarrea locura.



SOLANVM *Pomiferum herbariorum. Piper de Guynee vulgo, quamuis minime ſrat.*



Italo ſemine in Belgij hortis, egregij viri & generoſi D. Brancionis, & Coldenbergij, folio, facie, & caule Hyoſcyami lutei ſolanum videre me memini. ſed floſculi luteoli ſummo caule bicubitali, alabaſtricula poculáue exprimentes, breuioribus petiolis, inhærentes. Semen rubrum, ſolano hortenſi par in pericarpio quadamtenus Cacubali recentiorum ritu.

Malacæ in ruderibus ſponte oritur Cluſio authore.

SOLANVM *Pomiferum herbariorum.*

Nec huic diſſimile, ſed fructu ſiue pŏmo phœniceo, iucundiſſimo ſpectaculo, Glaucio pareto, ſiue amoris pomo dicto ferè pari; folio Hyoſcyami lutei, ſolani maiori; floſculis item ſolani hortenſis. Hiſpano ſemine Iacobo Plateau Neruienſi ſtirpium auidiſſimo & perito primùm creuit penultima æſtate: Deinde in cultiſſimo horto C. viri D. Ioannis de Limoges, alias Nonnio. æſtiua eſt planta, vti hortenſe Solanum.

STRAMO-

STRAMONIVM peregrinum. Aduerſ.pa.103. Lycoperſicũ Gal. *βαρυοσκίανθος* Dodon. Hyoſcyamus Peruuianus Cordi. Nux Metel. Matth. & Italorum. Ger. [illegible] offi. Belg. [illegible] appel. Ital Paracocuſi.



Vis Hypnotica.



STRAMON[illegible] DENO[illegible] & [illegible] Italorum. Aduerſ.pag. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Lege pag. [illegible] Am[illegible]

An CACVBALVM Plinij? Aduerſ.pag. 104. Cyclamino altera Lucæ Chini. Alſine repẽs C.Cluſij.





Monſpel. [illegible] Aduerſ.pag. 104. Cyclamin[illegible] altera Dod. Mingu[illegible] [illegible] indina. [illegible] gnoſim. An Meli[illegible] Theophr. pa.15 [illegible] Angl. [illegible] [illegible] [illegible] Matt.

Dioſcor.

CIRCÆA *Monſpel.*

DIOSC. *Radix odorata, excalfaciens. Naſcitur in apricis, ſaxis, & vento perflatis. Radicis tuſæ pondo quatuor, in ſextarijs tribus vini dulcis, per diem & nocte m macerantur, potúque triduo vulnus expurgans. Semen in ſorbitionibus datum, lacte mammas nutricum explet.*

Præcipitatis & ruptis etiam mulieicularum experimentis, medetur.
Floribus albis nonnuſquam in Anglia variat.

Eadem i Gal. Theo. eadem cinos.

ſ floris coloris varietas.

Lege ſtiſiſsu pag. 101.

CIRCÆA *Lutetiana.*

SOLANVM *tetraphyllum, ſiue Herba Paris. Aconit. Pardalianches putatum Fuchſ. Angl.* Onebetrie. *id eſt, vnico acino. Solanum Monococcon Geſ. Aconitum Monococcon Cordi; &ſiṗ non Atticus Tragi. Aduerſ. 105.*





Circæã Lutetiani dixere plantam, Solani, Perſicariæ aut ſmilacis folijs, in cubitali gracili, nitido colore, Xerampelino cauliculo; & floſculo racemoſo, concolori albido, Atriplicis. Angliæ, Franciæ & quibuſdam Belgij hortis ſpontanea.

S MAN.

ALEXANDER ... DEI GRA REX ARAGONUM ... FERDINANDVS

MANDRAGORAS vterque. *Angl. etiam* Mandrage. *Hiſp.* Mandragula & mandracola. *Ital.* Mandragola. *Aduerſ. pag. 106.*

MELANGENA, *vel Mala inſana. Hiſp.* Verengenas. *Ital.* Melongena & Petranciani. *Melongena Auerrhois & Auicennæ. an Mandragoras Theoph? Aduerſ. pag. 107.*






lege ſimp. mnes.

DIOSC. *Mandragoram, aliqui Antimelum, alij Circæā vocant, quoniam videatur radix ad amatoria cōducere. pomorum cibo, aliquantum opiliones ſoporantur. Succus fit è cortice recentis radicis tuſo, & prælo ſubiecto: qui inſolatus vbi concreuerit, fictili reconditur. Malis quoque ſuccus depromitur, ſed aliquanto ignauior. Deliuratur radix, & traiectus lino cortex, ad vſum ſuſpenditur. Aliqui radices in vino ad tertias coquunt, & defæcatum ius ſeruant. cyathóque vno vtuntur in peruigilijs, & doloribus, & ante ſectiones vſtionéſque, ne ſentiantur. Succus duobus obolis ex mulſo potus, vt veratrum, per vomitiones bilem atram, pituitámque extrahit. verùm potu largiore, vita adimitur. medicamentis ocularibus, & his quæ dolores ſedant, peſſis quoque emollientibus, admiſcetur. ſemioboli pondere indi-tus, per ſe menſes & partus expellit. ſubditus ſedi pro balano, ſomnificus eſt. Radix ebur emollire fertur, quæ ſenis horis cum eo decocta ſit: & ad accipiendam, quam effingere optaueris formam, ipſum facile præſtat. Folia recentia conuenienter oculorum inflammationibus, & collectionibus, quas vlcera citarunt, cum polentā illinuntur. duritias omnes,* † *ſuppurationes, ſtrumas, & tubercula diſcutiunt. ſtigmata ſine exulceratione delent, ſi quinis ſeníſue diebus, ſenſim perfricentur. folia ſeruantur in murijs, eoſdem ad vſus. Trita radix ignibus ſacris ex aceto, & ſerpentium ictibus ex melle aut oleo, medetur. ſtrumas atque tubercula, cum aqua diſſipat. articulorum cruciatus, cum polenta ſedat. Fit citra coctionem vinum è cortice radicis, ad hunc modum: Ternæ minæ in vini dulcis metretam, conijciuntur. Dantur ex eo terni cyathi, ijs qui ſecari aut amburi debent, vt antè dictum eſt, ſiquidem nullo tunc afficiuntur dolore: ſed veterno quodam preſſi, torpeſcunt. Mala ſoporem afferunt olfactu, & eſitata ſomnum mandantur. item expreſſus ex eis ſuccus. nimio tamen odore percuſſi, obmuteſcunt. Semen malorum potum vuluas purgat. appoſitúmque cum ſulphure ignem non experto, rubra fœminarum profluuia ſiſtit. Scarificata punctíſque multifariam aperta radice, erumpens lachryma, cauo vaſe recipitur. liquamentum autem ſucco lacteo præſtantius eſt. ſed non vbique, vt experientia docet, radices lacteum ſuccum delachrymant.*

† Etiamque ſplenis Rondel. cum frigida & ſicca ſit, calidiſsimi fectur & malacticis. vt ſpica, aſarū, crocus, vitex & lacrymæ.

Eadem G... & Plin.

Eadē ...

Gal. Tertij ordinis refrigerantium: veruntamen & cuiuſdam caliditatis particeps eſt; & in pomis humiditatis: proinde ſoporem conciliandi vim ea habet. Radicis cortex cùm ſit valentiſſimus, nō tantum refrigerat, ſed & deſiccat: reliquum quod intus eſt, imbecillum exiſtit.

MANDRAGORAS *Morion.*

DIOSC. *Alium tradunt eſſe Mandragoram, nomine Morion, in opacis iuxta ſpecus enatum: folijs albæ mandragoræ, minoribus, albis, dodrantalibus, radicem ambientibus: quæ mollis eſt & candida, paulo maior palmo, pollicémque craſſitudine æquat. Tradunt eam in pane, offa obſoniōve, drachmæ pondere deuoratam, vſum rationis intercipere. Obdormiſcit enim homo eo ferè quo comederit habitu, ſenſus impos, ternis quaternísue, ex quo data eſt, horis. Hac medici vtuntur, cum ſcindendi, vrendíque neceſsitas adeſt. Antidotum eſſe volunt radicem, cū manico ſolano potam*

*aſtro*

HYOSCYAMVS *niger. Angl.* Henbayne. *Hiſp.* Velenno & Meimendro. *Aduerſ. pag.* 107.



HYOSCYAMVS *albus. Aduerſ. pag.* 107.



DIOSC. *Ambo inſaniam gignunt,& ſoporem: ideo in communi vſu damnantur. tertium genus, vt quod mitiſſimum eſſet, medici recepere, pingue, lanuginoſum, molle, candidi floris ſeminiſque, in maritimis ruderibúſque naſcens. cuius occaſio ſi non adſit, rufum vſurpari oportet. niger, vt deterrimus, improbatur. Recenti ſemine, caulibus foliiſque tuſis ſuccus in ſole exprimitur; & exiccato humore, vſus ad annum vſque prorogatur. nam facile corruptionem ſentit. Extrahitur etiam ex ſicco ſemine ſeparatim in aqua calida tuſo, & expreſſo. liquamentum autem ſucco lacteo præſtantius eſt, & magis dolores ſinit. Contuſa herba recens, addita trimeſtri farina, digeritur in paſtillos, & reconditur. Liquamentum primum, & quod à ſicco ſemine exemptum eſt, collyrijs quæ doloris ſenſum auferunt, commodiſſimè inſeri ſolent. contra acutas calidáſque fluxiones, dolores aurium, † atque vulua mala, proſunt. cum farina autem aut polenta, oculorum, pedum, cæterarúmque partium inflammationes placant. Semen eadem præbet. tuſſi, deſtillationibus, oculorum fluxioni, & doloribus, efficax. contra menſium abundantiam, & erumpentem aliunde ſanguinem, oboli pondere cum papaueris ſemine & aqua mulſa, bibitur, podagris ſubuenit. teſtibus inflatis, mammiſque tumentibus à partu, tritũ ex vino illinitur. alijs quoque cataplaſmatis, quæ doloris leuamentum præſtant, admiſceri ſolet. Folia omnibus medicamentis dolorem ſedantibus, per ſeſe, & ex polenta, vtiliſſimè imponuntur. recentia ad mitigandos omne genus dolores, oblinuntur. cum vino terna, quaternáue pota, ſanant algidas febres, quas epialos vocant. cocta olerum modo folia, ſi acetabuli menſura manduntur, mediocrem inſaniam gignunt. eadem efficere tradunt ſi colo vlcus ſentiente, infundantur. Radice in aceto decocta dentes in dolore colluuntur.*

Eadem Gal. & Plin.

† Oleum ex ſemine auribus infuſum tentat mentem, Plin.

Albus tertij ordinis refrigerantium: reliqua duo venenata.

APVL. Eius ſuccus ſimilis eſt Meconi herbæ. Herbæ ſuccus tepefactus cum oleo roſaceo & in aurem inſtillatus, aurium dolorem mirificè tollit & ſi vermes fuerint, necat eos. Herba ſymphoniaca cum ſtercore ouillo & modico aceto, factum quaſi malagma, impoſita tumorem omnem tollit. Ad inguinũ dolorem: eiuſdẽ radix alligata pedum dolorẽ tollit, & tuſa omnis cum ſua radice & ſuper pedes impoſita mirificè tumorem tollit, & dolorem pedum aufert. Herbæ ſymphoniacæ ſuccum da bibere, cum ſumma admiratione iocinoris & pulmonis dolores ſanabit. Ad muliebris pectinis dolorem. Herbæ ſymphoniacæ ſuccum mixtum cum croco dabis in potionem, & miraberis effectum. Ad vulnera, chironia & araneorum morſum. Herbam apollinarem cum axungia vetere ſine ſale libra vna teres, & vinum vetus cyatho vno, ſine fumo ſimul commiſces, & facies quaſi malagma, & vulneri impones, ſanabitur mirificè.

*Oleum Hyoſcyami circulatorum.*

Liquamenti genus è nigro hyoſcyamo, quod oleum vocant, agyrtæ audaculi, verſutioréſue impoſtores viurpant; eludendæ plebeculæ, doloribus ſedandis accommodum, ſtupefaciendoq; longè optimum, præſentiſſimiſque viribus. quod quia celant, hîc monere libuit. Totam Hyoſcyami vniuerſam plantam Iulio & Augusto menſibus ( * ſuperſtitioſè inter duas Diuæ virginis ferias) fictili vaſi inditam, cui ſubtus foraminula, & aliud vas excipiendo liquamento aptum, inſunt; circumlinitis operculo & ſpiraculis inhumant. Putreſcere ſinunt, vſque dum ſubtus liquor extillarit; quem vſibus medicis recondunt.

* quia præparandum, quando herba eſt in ſuo vigore.

Molis etiam effractum ſemen, preſſu oleum reddit, dentium alióſue quoſlibet dolores mulcens.

*Dubius* HYOSCYAMVS *luteolus ſolanifolius.*
HYOSCYAMVS *niger Matth. & quartus.*
*Ital.* Iuſquiamo nuouo. *Aduerſ. pag. 107.*
*Potius calfacit quàm refrigerat, vt minus rectè Matthiolus ſcripſit.*



*
POMA AMORIS, *an Glaucium Dioſc.?*
*Aduerſ. pag. 108.*
*Lycoperſicum quorundam.*



lege pag. ſequen.

GLAVCIVM.

Varietas. { Surrectis cubitalibus cauliculis Hiſpano ſemine in hortis noſtris variat. omnia non diſſimilia, ſed minora multo.

DIOSC. *Folia in olla fictili ſemifrigidis clibanis calfaciunt indigenæ, vſque dum flacceſcant; deinde contuſis ſuccum exprimunt. Cuius eſt vſus ad oculorum medicamina, vt pote quæ inter initia refrigeret.*

Gal. Adſtringit cum quodam faſtidio: tum adeo manifeſtè refrigerat; vt ſolùm ſæpe eriſypelata, vtique ſi valentia non fuerint, curare poſſit. Miſtura eius compoſita eſt ex aquea terreáque ſubſtantia: vtraque ſanè frigida: verùm non ſummè; ſed ceu aqua fontana.

Par

PAPAVER corniculatū. Hiſp. Dormidera. Ital. papauera cornuta. Aduerſ. 109



*PAPAVER cornutum flore phœniceo. Aduerſ. pag. 109. quod floris colore rubro in Belgicis hortis variat.*



PAPAVER Corniculatū violaceum Dod. perperam Corniculata ANEMONE Narbonenſis minor, cuius flos minus bene expreſſus in Aduerſ. pag. 113.



PAPAVER *corniculatum.*

DIOSC. *Radici ea vis ineſt, vt in aqua decocta ad dimidias, coxendicum & iocineris affectus, potu ſanet †. prodeſt his qui craſſa quadam, aſpera, aut araneoſa cum lotio reddunt. Aluum leniter purgat ſemen, acetabulo in aqua mulſa poto. Cruſtas * emarginant, illita ex oleo folia: floresq́ argema ac nubeculas iumentorum, perunctis abſtergunt. Sunt qui Glaucium hoc papaueris genere falſificari exiſtimarunt, falſi quadam foliorum cognatione.*

† Gal. Ob vim incidendi & abſtergendi.

Gal. Folia & flores ſordida admodum & maligna vlcera iuuant. Sed ab his abſtinere oportet, vlceribus iam expurgatis: adeo enim abſtergere valent, vt & puræ cuiuſque carnis nonnihil eliquet.

*Hoc virium robore non ſordem duntaxat, ſed & cruſtam vlceribus detrahit.

Papauer nigrum à me ſatum albũ enaſcitur, tanq; luſu & metamorphoſi.

PAPAVER *ſatiuum.*
*Aduerſ. pag. 110.*



PAPAVER *album & nigrum polyanthon ſiue multiflorum.*



DIOSC. *E ſatiui papaueris genere, quod hortenſe eſt, ſemen in panem denſatur, qui ſanis in vſu ſit. eo etiam ex melle pro ſeſama vtuntur; thylacitin vocant. capitulum habet longum, & ſemen candidum. Sylueſtre verò, caput inſidens demiſſumq; , & nigrum ſemen; quod pithitis nominatur. nonnullis tamen & ipſum rhœas dicitur, quoniam e-ius ſcapo lacteus ſuccus emanat. Tertium magis ſylueſtre, & ad medicinas valentius, multo his longius, productiore capitulo. Omnium in commune natura refrigeratrix. quare ſi capita ipſa & folia decoquantur in aqua, ſomnum fotu cõciliabũt. bibitur decoctum contra vigilias. Calyces cum polenta triti; & cataplaſmatis admiſti, ignibus ſacris, & inflammationibus proſunt. tunduntur quoque virides, & digeruntur in paſtillos, qui ſiccati ad vſum reconduntur. Capita quoque per ſe in aqua coquuntur ad dimidias, iterúmque adiecto melle, dum humor coeat in eclegmatis lentorem, id medicamentum in tuſſi arteriæ fluxionibus, & cœliacorum affectu, doloris lenimentum præbet. Efficacius tamen redditur, addito hypociſtidis ſucco & acatia. Papaueris nigri ſemen tritum cum vino bibitur, contra citam aluum, & fœminarum profluuia. In peruigilijs fronti temporibuſque illinitur, ex aqua.*

PAPAVER *album & nigrum pleno flore.*

Et ille duplo maior, niueo candore nitens, & tanto pulchrior flos, quem horti Belgij in delitijs habent ad coronamenta: non ſanè alius generis à fimbriato albo aut nigro ſatiuis; niſi florum inciſura & lacinijs profundis, facturam perelegantem ſortitur; quæ multiplici ſerie maiores & confertiores, roſarum dehiſcentium æmula gratia, viſum oblectantes, ipſis maluæ hortenſis pares floribus cernuntur. Color renidet albus; aut coccineus, ſanguineus, aut niueo candore & rubore confuſus: interdum ora criſtata ex albo purpuraſcunt. Seminibus me donauit maximæ & optimæ ſpei non minùs veritus quàm nobilis Carolus de Croy princeps de Chimay, ſtudioſiſſimus & ſummus ſtirpium admirator.

OPIVM

## OPIVM, & Meconium. Aduerſ. pag. 111.

DIOSC. *Opium eius, magis refrigerat, inſpiſſat, ſiccátque. ſumptum erui magnitudine, dolorem ſinit, concoquit, & ſomnum allicit. tuſſi atque cœliacorum valetudini auxiliatur. verùm ſi copioſius hauriatur, nocet, cùm lethargicos efficiens interimat. ad dolores capitis, cum roſaceo perfuſum efficax eſt. aurium dolori, cum amygdalino, myrrha, & croco inſtillatur. inflammationibus oculorum cum torrefacto oui luteo proficit: igni ſacro & vulneribus, cum aceto, podagris, cum lacte mulieris & croco. ſomnum accerſit, ſubditum ſedi pro balano. Opimum habetur graue, & denſum, guſtu amarum, odoratu ſoporiferum, quod facilè aqua diluitur. leue, candidum, neque aſperum, neque grumoſum, quod inter colandum non vt cera coeat, & in ſole diffundatur. dein admotum lucernis, non atra luceat flamma, extinctum denique, odoris vim conſeruet. Sed opion glaucio, gummi, aut ſylueſtris lactucæ ſucco, adulterant. Verùm glaucio fucatum, in dilutione croci colorem reddit: lactucaceo ſucco fictum, exiliter ſpirat, & aſperius ſpectatur: gummi vitiatum, ſplendeſcit, & infirmum eſt. Nec deſunt qui eò dementia deuenerint, vt adipem ei admiſceant. Fictili nouo torretur ad oculorum medicamenta, dum mollius, atque ruſus appareat. Diagoras, vt Eraſiſtratus author eſt, vſum eius damnauit, oculorum lippitudinibus & aurium vitijs infundi vetans, quoniam viſus aciem hebetaret, & ſoporem gigneret. Addidit Andreas, illitos eo protinus excæcari, ſi non adulteraretur. Mneſidemus vſum duntaxat olfactandi probauit, quoniam ad conciliandum ſomnum conueniret, alioqui nobis vt noxio interdicit. Quæ commentitia eſſe, experimento deprehenduntur. ſiquidem affectus, virium huiuſce medicamenti, fidem faciunt. quare non alienũ fuerit ſcriptis mandare, quonam modo is excipiatur ſuccus.*

## MECONIVM.

*Aliqui capita ipſa & folia tundunt, & prælo exprimunt, terentéſque in mortario, digerunt in paſtillos. id meconium vocatur, multum opio ignauius. Porrò opij faciundi ratio hæc eſt: Cum ros in eo exaruerit, cultro decuſſatim in ſtellas, ne penitus adigatur, ex obliquo in rectum ſummam cutem incidere oportet, lachrymam exeuntem, digito in concham abſtergere: nec multo poſt redire, vt concreta inueniatur etenim quæ tum, aut poſtero die etiam offenditur, in vetere pila teri debet, & in paſtillos cogi. Cum tamen inciditur, retrocedendum eſt, ne veſtibus ſuccus derudatur.*

PAPAVER *Rhæas.* *Hiſp* Amapolas, Roſella, papolas. *Ital.* Papauero ſaluatico roſſo.
*Aduerſ. pag. 111.*



Rhœadas flore albo Carolus de Houchin D. de Longaſtre ſtirpiũ auidiſſimus & doctiſſimus indagator in Gallobelgio repetit. etiamq; multiplicatis floribus in agro Brabantico ſecus Lieram collegit illuſtris vir D. Ioannes vander Dilf.

DIOSC. *Huius capita quinq; aut ſex, in vini cyathis tribus ad dimidias decocta potui dabis, quibus ſomnus accerſendus eſt. Semina acetabuli menſura ex aqua mulſa pota, aluum leuiter emolliunt. ad idem præſtandum mellitis placentulis, & dulciarijs libis admiſcentur. Folia cum calycibus illita, inflammationes ſanant: eorundem fotu & perfuſione, ſomnus allicitur.*

Gal. Validius ſemen refrigerat, ita vt nequaquã eo quis innoxiè ſolo vti poſſit, ſicut ſatiuo ſiue domeſtico melli admiſcens. Admodum verò ſi ita ſumptum ſit, ſomnum conciliat.

Non modò incraſſandi vim obtinet, & irruentis humoris inſultum inflammationéſue cõpeſcit; ſed etiam quadam partium tenuitate & digerente facultate pollet, non ſecus ac pleraque agria ſatiuis acriora: quod manifeſtò ex ſucci vel ſyrupi valido diutiſſimè perſtante aut permanente odore, diiudicatur; ideò collectiones thoracis diſcutit. Idque efficacius vt præſtet, coagulũ ei permiſcetur aliàue pro morbi implicatione, & partis affectæ ratione, vti monuimus ſuperius in fermẽti panis mẽtione. Hoc ſanè non carebat, & ſatiuo, periculo ſæpius facto, præferebat præceptor noſter, magnæ eruditionis & experientię, Rõdeletius. Eoque retinendum ſuademus, non vt empiricorum more perperam abutamur. Amatus in centurijs eadem.

APVL. Ad epiphoras oculorum. Herbæ papaueris ſyluatici fructũ, id eſt, calyculos cum ſuo ſemine piſatum cum aceto oculis impones, ſedabit dolorem. Ad hemicranium & capitis dolorem. Herbam papauer ſyluaticum piſatam cum aceto fronti impones, ſedabit dolorem. Papaueris ſyluatici ſucco ſi quem perunges, ſomnum ei cum ſopore obijciet.

ARGEMONES duplex è capitulo differentia.

ARGEMONE capitulo torulis canulato.
Argemone Lacunæ. Aduerſ. 112.



ARGEMONE capitulo longiore.
videtur idem cum Argemone Cordi.
Aduerſ. pag. 112.



DIOSC. *In totum Papaueri ſylueſtri ſimilis eſt: folia habet Anemones, diuiſa: florem puniceum: caput in cauliculo Papaueris Rhœadis oblongius & ſummis partibus latum, radicem rotundam. Succum croci colore acrem dimittit. Argema & nubeculas expurgat. Folia illita inflammationes compeſcunt.*

Abſtergit, digerit Gal.

Geminæ plantæ Papaueris Rhœadis primo intuitu in Angliæ Sommerſeti & Gallo-Belgij ſegetibus, radicem, florem & folia hirſuta in caule pedali & ſeſquipedali oſtentant. flores verò punicei Papaueris Rhœadis minores, decidui: quarũ minori * capitula Rhœadis anguſtiora, longiora, & hiſpida ſine codio. Maiori item echinata & hiſpida, ſed glomerata & torulis cannulata capitula, in cuius vertice ſpecimen quoddam cupuli aut codij relinquit. vtrique ſemen Papaueris Rhœadis minus.

Eadem quæ Minor Anemone perperam Monſpelienſium. pag. 115.

ARVL. Herba argemonia viridis per ſe trita, & ſi arida fuerit in aqua calida intincta vt facillimè teri poſſit, illita ſuggillationes & liuores oculorũ maturè diſcutit. Ad ventris dolorem: herbã viridem cum ſua radice tritam, & potui datam, prodeſſe dicimus & in omni loco iuuare. Si autem arida fuerit aqua tepida infuſa, idem proficere creditur. Herba viridis trita & appoſita, omnia vulnera, vlcera & canceromata facile † ſanare apta eſt. Si autem arida fuerit, aqua tepida infuſa, idem proficere creditur.

Herba contrita & appoſita mirè doloribus vel tumoribus ex ictu concitatis ſuccurrit. Argemonia drachmis duabus in vini cyathis duobus potui data, mirificè diſcutit venenum. Herba contuſa & impoſita percuſſuram ferro aut ſude factam ſanat. Vermes, in aceto tuſa & impoſita, eſſi in cibo ſumpta ſplenem conſumit. Ea quæ ſecunda ſunt, herba contrita & impoſita, aperit & perforat.

ANEMONE tuberoſa radice. *Aduerſ. pag. 113.*
*Anemone Anguſtifolia altera Cluſij,*
*Anemone tertia Dod.*



ANEMONE *flore multiplicato coccineo,*
*Anemone quarta Dod.*
*Anguſtifolia tertia multiplex Cluſij.*



Lege pag. [illegible]

In Belgij hortis flore purpureo, violaceo, vel albo variat.

ANEMONE *flore multiplicato coccineo,*
*Anemone quarta Dod.*

Suauiſſimo aſpectu perelegans cognationis conſequutione hunc ſibi locum vendicat. Rarius occurrit, niſi in cultioribus viretis Belgicis, foliis, & cauliculo ſuperiori ſimilis. Flos multiplici foliorum fætura radiatus & duplicatus, purpura coccinea rubens. Radix tuberoſa vnciam craſſitie æquat & ſuperat. foris pulla & rugoſa, ſubtus aliquantum fibrata, intus candida: qualem primùm Conſtantinopoli delatam vidimus in ſtirpium exoticarum ditiſſimo horto piæ memoriæ C. V. D. Ioannis de Brancion; deinde Lieræ hac æſtate iucundiſſimo ſpectaculo florentem in horto D. Ioannis Dilſij.

T ANEMONE



ANEMONE *maxima polyanthos Chalcedonica; vulgò Gioul catemer.*

Aliud etiam Anemones genus Byzantio delatum, omnium ſanè maximum & ſpecioſiſſimum Belgij nuper inquilinum factum. Foliis ad vulgatam violaceam Anemonen accedit, ſed latioribus, habitioribusque, acerrimi guſtus; & floris multiplici peramœna fœturà, initio viridantis, per maturitatem dehiſcentis Roſæ æmula gratia, rubidò rubelloue nitore, medio centro glomerati, externis verò foliis viridi & tantillò rubore confuſi, ſpectantis oculos allicit; cuiuſmodi meminiſſe iuuat me vidiſſe in hortorum deliciis illuſtriſſimi D. Ioannis Dilſij, & clariſſimæ matronæ Mariæ de Brimeu, vxoris magnifici viri Conradi Schetz: radice tuberoſa, craſſa, bulbocaſtani colore & cõcretione, cirris fibrata, guſtu auſtero, ingrato. Cauliculus pedalis, & interdum maior.

ANEMONE

ANEMONE *tuberoſa, bulbocaſtani radice. An Anemone lutea Gal. 2 Aduerſ. pag. 114. Prima Dod. Latifolia altera Cluſij.*



ANEMONE *latifolia prima Cluſij.*



Inter exoticas Anemones ſpecies in Belgio frequentior & vulgatior tuberante radice & foliis altiùs & minutiùs diuiſis Geranij bulboſi, aut aconiti facie batrachoidis herbulæ. Flos diluta purpura ruber; nonnunquam candicat, duodenis, plus minus, foliolis radiatus: quibus faſtigiata ſuccedunt capitula cincinnis & cirris villoſa, Ranunculi.

ANEMONE *latifolia prima Cluſij.*

Hanc ingenuè fateor me non vidiſſe, quam tamen ordinis conſecutione hîc ipſiusque verba ſubdenda duximus, cùm Cluſio nullus ſcriptor exactiùs, preſſiùs aut doctiùs hanc hiſtoriam poſteritati patefecerit.

Satis amplis foliis circinatæ ferè rotunditatis, per ambitum ſerratis, duris & firmis, longoque pediculo fultis, supernè intenſius virentibus, infernè plerunque purpuraſcentibus, vt cyclaminis (flore odorato) folia propemodum feruidiſſimi guſtus: radice (nam florentem non vidi) tuberoſa & longiuſcula, Tormentillæ vulgaris æmula, fibris aliquot dependentibus, foris nigra, intus alba, ſolida, ingrati admodum ſaporis: quæ nauſeam mouens, quodammodo ſtrangulet, deinde linguam aliquantulum vellicans. Lapidoſis quibuſdam Luſitaniæ collibus iuxta Tagum atq; etiam inter vepres inueni. Exilit Decembri & Ianuario. Hactenus Cluſius.

Anemone *tuberoſa Geraniifolia.*
*Anemone ſecunda Dod. &*
*Tenuifolia Anemone tertia Cluſij.*



Anemone *tertia Matthioli, flore albo, luculenta magnitudinis.*



Rarior multò hęc nec vſpiam in Belgio, ſed duntaxat in hortis cultioribus generoſi D. Brancionis & Georgij Ryenſis Mechliniæ mihi animaduerſa: radice itidem tuberoſa Tormentillæ, aut ſuperioris Anemones æmulatione. Folia & cauliculos profert geranij Robertiani, Ranũculi nemoralis vel pratenſis vulgatioris, media: floribus cyaneis, albis aut rubris medium luteolum Aſteris attici ritu cingentibus: ſemine glomerato, racemoſo, Ranunculi.

### Anemone *tertia Matthioli.*

Et hæc non abſimilis folio Ranunculi albi ſiue Aconiti batrachoidis quinque partito, ſed aliquanto minore. ſeſquipalmaris & dodrantalis cauliculus, floribus albis Elleboro nigro æmulis & paribus quinis foliis radiatis: tenui fibrata radice Aſtrantiæ nigræ aut Ranunculi. Rarior hæc nec niſi in cultioribus Belgij hortis.

Alabastrites

ALABASTRITES *ſiue* DENTARIA *alba D. Brancionis. Anemone trifolia Dod. & herbariorum.*



PVLSATILLA vulgaris. Ger. Boeken kraut, & Kuchen ſcheil. Aduerſ.pag. 114.



PVLSATILLA *rubra. Aduerſ. pag. 114.*



PVLSATILLA alba.



ALABASTRITES *ſiue* DENTARIA *alba D. Brancionis.*

*Anemone trifolia Dod. & herbariorum.*

Huc itidem acceſſenda, quam à terno crenato folio Meliloti Germanici, trifoliam Anemonen dixere herbariorum nonnulli. In cauliculis palmaribus & ſeſquipalmaribus flores initio lactei; deinde marceſcentes & dehiſcentes niueo mixtos confusè candore rubentes; quales eſſe ſolent Ranunculi nemoroſi, cui etiam radix non abſimilis. Tam ignotæ vires, quàm rara planta minuſque obuia. In Belgio niſi in vireto clariſs. Brancionis mihi viſa.

DIOSCOR. *Vis vtriuſq; Anemones acris; ea de cauſa ſuccus naribus infuſus, caput purgat: commanducata radix pituitam trahit. decocta in paſſo & illita, medetur oculorum inflammationibus. Cicatrices eorundem & hebetudines emendat. Sordida vlcera abſtergit. Folia & caules, ſi cum ptiſana decocti edantur, copiam lactis prabent. Menſtrua cient, vellere appoſita: illita quoque lepras eximunt.*

*Pituitam trahit* ] Gal. quia attrahendi & extrahendi & ora vaſorum reſerandi facultatem obtinet.

Phœnicei floris Anemonen impoſitam, vlcerare auctor eſt Plin.

PVLSATILLA *vulgaris, perperam Anemone Cordi. Herba venti Tragi. Aduerſ. pag.* 114.

PVLSATILLA *alba.*

Maior hæc aliquantum foliis, maioriſq; elegātiæ floris albi, peramœni, horto D. Diſſij etiam orianda, opera ſeduli inueſtigatoris Raphaelis de Coccia apud Mechlinienſes ſummi artificis pictoris, ſtirpiumq́ue admiratoris.

PVLSATILLÆ *varietas. Aduerſ. pag.* 114.

In flore cæruleo perpetuò clauſo conſpicuam differentiam videndi copiam fecit Coldenbergij ditiſſimus hortus. Cæteroquin cum ſuperioribus re ipſa vna, niſi folio eſſet ſuperuirenti. Ranunculis viribus ſubpar.

*Recentiorum* ADONIS. *Aduerſ. pag.* 115.

*Videtur* φλὸξ *Theoph. à floris flammeo igneóue colore.*

*Inter vernos flores Theoph. recenſet cap.* 7.

*Anemone tenuifolia Cordi.*

*Eranthemum Geſneri & Dod.*

LAPATHVM *ſiue Rumex. Aduerſ. pag.* 117.

LAPATHVM *acutum, Oxylapathum. Ger.* Mengelwurtz, Grindtwurtz, Streiffwurtz, Ritterswurtz. *Belg.* patich, & peerdich. *Angl.* Dock. *Gal.* parelle. *Hiſpan.* Romaza, paradella & Lappaça, *Ital.* Rombice.





HYDRO-

HYDROLAPATHVM *maius. Aduerſ. pag. 117.*



HYDROLAPATHVM *minus.*



Importuno prouentu lenè fluentibus aquis, riuulis agri Antuerpiani ad portam Lutoſam, & portam Rubram, alibiq; paſſim vdis prouenit. Ortus, modus & vſus Lapathij acutifolij ſine acuti vocati, ſed folia anguſtiora exilioráue, & radix fibris magis capillata ſcapos emittens dodrantales, pedales, cubitales & nonnunquam ſeſquicubicubitales, ramulis multis diuiſos, copioſo ſemine onuſtos.

DIOSCOR. *Omnium decocto olere aluus emollitur. crudi illitu, meliceridas, roſaceo aut croco adiecto, diſcutiuntur. Syluestris & oxylapathi, & eius quam oxalida nominant, ſemen ex aqua aut vino vtiliter bibitur, contra dyſenterias, & cœliacorum affectus, ſtomachi faſtidia, ſcorpionum ictus. quòd ſi quis in potu præſumat, nihil moleſti ex ictu patietur. Radices ex aceto coctæ, aut illita cruda, lepras, impetigines, & ſcabroſos vngues perſanant. ſed antea locus aceto & nitro in ſole perfricandus eſt. pruritus corporis decoctum earum ſedat, ſi fouetur, aut in ſoliis balnearum conſicitur. cocta in vino & inſtillata, aurium dentiumq́; dolorem mulcent. ſtrumas parotidasq́; diſcutiunt. lienem cum aceto extenuant. aliqui emoliendis ſtrumis radicum geſtamine vtuntur, eas collo appendentes. trita & admota fœminarum profluuia ſiſtunt. cum vino autem potæ, regio morbo medentur. calculos veſicæ comminuunt. menſes cient. ſcorpionum ictibus auxiliantur.* hunc ſatis ſuperque in vſum reuocata.

HIPPOLAPATHON. *Aduerſ. pag. 117.*

DIOSCOR. *Hippolapathon olus eſt magnum, in paludibus naſcens. eaſdem habet vires quas ſupradicti rumicis genera.* Sed imbecilliores Gal.

*Fœminarum profluuia.*] Gal. Semen eorum quandam manifeſtam etiam adſtrictionem obtinet; adeò vt dyſenterias & diarrhœas ſiue profluuia ſanet, & maximè Oxylapathi.

Gal. Lapathum moderatè digerentem ſortitum facultatem eſt: at Oxylapathum mixtam; nam ſimul cum eo quod digerit, nonnihil quoque repercutit. HYDROLAPATHVM plus cæteris adſtringit.

APVL. Si qua duritia in corpore orta fuerit: Herba oxylapathon cum axungia vetere * ſuilla piſta, & ex pane domeſtico facta vt malagma, & impoſita, mirificè ſanat. Ad paniculam quæ in inguine naſcitur: Herbam lapathon contũdes cum axungia vetere ſine ſale, ſic vt axungia dupla ſit ad herbam, & his bene commixtis facies exinde velut rotundulam, & inuolues in folio coliculi, & mittes eam ſub cinerem calidum; & cùm caluerit, tunc impones ſuper paniculam, & panno ligabis lineo. Hoc enim eximium eſt & valde optimum. Herbam lapathon tuſam cum axungia, & factam quaſi malagma, inducces in linteolo mundo, & impones ſuper apoſtema, mirificè aut ſpargit aut facit collectionem, & aperit vlcus. * aliàs ...

HIPPOLAPATHVM ſatiuum latifolium, Rha monachorum, Patientia vulgi. Aduerſ. pag. 117.

HIPPOLAPATHVM rotundifolium. Pſeudorha recentiorum. Aduerſ. pag. 118.





PONTICVM Rha. Aduerſ. pag. 118.

DIOSCOR. *Id epotum facit ad inflationes, ſtomachi imbecillitatem & omne genus dolores, ad conuulſa, lienoſos, hepaticos, tormina: ad renum veſicæ & pectoris vitia: aduerſus intenta præcordia, & vuluæ mala, coxendicum dolores,* ſanguinis excreationes, ſuſpiria, ſingultus, dyſenterias, & cœliacorum affectus; contra febrium circuitus, & venenatorum morſus. Datur in ſingulis valetudinibus eodem quo agaricum pondere & cum eiſdem liquoribus; ſi febri careant, in mulſo: ſin aliter, ex aqua mulſa. Sic tabem experientur, ex paſſo: ſi lienis exercet, in aceto mulſo: ſi diſſolutio eſt ſtomachi, id eſt, cum cibi tenax non eſt, manditur, & ſine ſorbitione vlla deuoratur. Liuentia, lichenaſq; tollit, cum aceto illitum. Inflammationes omnes veteres ex aqua oblitum diſſipat. Summa eius vis adſtringens, cum aliquanto calore.*

* Ad ſanguinis excreationes in Rha pontici locum radix Rhabarbari noſtri cholagogi, & radix Centaurei maioris perperam Rhapontici credita irrepſerunt.

RHA

Rha capitatum folio Enulæ, Centaurei maioris facie. Aduerſ. pag. 258.



Rha Ponticum alterum anguſtiore folio.



Valde affine ſuperiori capitato Rheo, ex Italico ſemine habent D. de Brãcion & Georgius Ryenſis; ſed foliá angoſtiora multo, acuti Lapathi paria, auerſa item parte incana; & caulis rectus, capite faſtigiatus ſquamulis loricato, ac ſtaminibus purpureis Cynaræ aut Cardui concoloribus pleno. Semen Cnici ſyl. compreſſum ægrè maturat in Belgio. Radix Centaurei maioris, fungoſior.

Mesve. Rhabarbarum etiam clemens, & excellens eſt medicamentum, multas dotes medicamento purganti maximè expetitas complexum. Calidum ſiccum ordine ſecundo potiùs, quàm primo, ſubſtantia duplici conſtat, vna aquea, terrea, adſtringente, corpus dante, profunda: altera aërea, & ignea (à qua rarũ efficitur) ſuperficiaria, quæ ſuam terream eſſentiam adurendo amaram efficit, & purgatoriam, & obſtructa liberantem. Has autem ſubſtantias macerando ſeparamus, vt calida & purgatrix in humorem transferatur, terrea verò adſtringens remaneat. Bilem verò pituitamque illá vacuat, præcipuè à ventriculo & hepate, & indè ſanguinem purgat, obſtructiones liberat, & affectus indè natos ſanat, icterum, hydropem, ſplenis tumorem, febres putridas, etiam diuturnas, dolorem hypochondriorum punctorium. Hac verò hæmorrhagiam pulmonum, vel aliarum partium ſiſtit: ex caſu quoque aut ictu contuſa, rupta, fracta, interna, & externa ſanat, ſi eius drach. vna cum mumiæ granis duobus, & rubiæ tinctorum grano vno & dimidio, & vino auſtero bibatur. Oleum quoque eius contuſis & contractis muſculis vtiliter illinitur: ſingultum item & dyſenteriam ſanat, præcipuè aſſum, & cum ſucco plantaginis & pauco vino auſtero potum. Innoxium eſt Rhabarba-

 rum,

ALEXANDR DEI GRA FERDINANDVS INFANS

HIPPOLAPATHVM *ſatiuum latifolium. Rha monachorum. Patientia vulgi. Aduerſ. pag. 117.*

HIPPOLAPATHVM *rotundifolium. Pſeudorha recentiorum. Aduerſ. pag. 118.* *





PONTICVM *Rha. Aduerſ. pag. 118.*

DIOSCOR. *Id epotum facit ad inflationes, ſtomachi imbecillitatem & omnes eius dolores, ad conuulſa, lienoſos, hepaticos, tormina: ad renum veſicæ & pectoris vitia: aduerſus intenta præcordia, & vuluæ mala, coxendicum dolores, * ſanguinis excreationes, ſuſpiria, ſingultus, dyſenterias, & cœliacorum affectus; contra febrium circuitus, & venenatorum morſus. Datur in ſingulis valetudinibus eodem quo agaricum pondere & cum eiſdem liquoribus: ſi febre careant, in vino: ſin aliter, ex aqua mulſa. Si tabem experiuntur, ex paſſo: ſi lienis exercet, in aceto mulſo: ſi diſſolutio eſt ſtomachi, id eſt, cum cibi tenax non eſt, manditur, & ſine ſorbitione vlla deuoratur. Liuentia, lichenaſq́; tollit, cum aceto illitum. Inflammationes omnes veteres ex aqua oblitum diſſipat. Summa eius vis adſtringens, cum aliquanto calore.*

* Ad ſanguinis excreationes in Rha pontici locum radix Rhabarbari noſtri cholagogi, & radix Centaurei maioris perperam Rhapontici credita irrepſerunt.

*RHA capitatum folio Enulæ, Centaurei maioris facie. Aduerſ. pag. 228.*



*RHA Ponticum alterum anguſtiore folio.*



Valde affine ſuperiori capitato Rheo, ex Italico ſemine habent D. de Brancion & Georgius Ryenſis; ſed folia anguſtiora multo, acuti Lapathi paria, auerſa item parte incana; & caulis rectus, capite faſtigiatus ſquamulis loricato, ac ſtaminibus purpureis Cynaræ aut Cardui concoloribus pleno. Semen Cnici ſyl. compreſſum ægrè maturat in Belgio. Radix Centaurei maioris, fungoſior.

MESVE. Rhabarbarum etiam clemens, & excellens eſt medicamentum, multas dotes medicamento purganti maximè expetitas complexum. Calidum ſiccum ordine ſecundo potiùs, quàm primo, ſubſtantia duplici conſtat, vna aquea, terrea, adſtringente, corpus dante, profunda: altera aërea, & ignea (à qua rarũ efficitur) ſuperficiaria, quæ ſuam terream eſſentiam adurendo amaram efficit, & purgatoriam, & obſtructa liberantem. Has autem ſubſtantias macerando ſeparamus, vt calida & purgatrix in humorem transferatur, terrea verò adſtringens remaneat. Bilem verò pituitamque illa vacuat, præcipuè à ventriculo & hepate, & indè ſanguinem purgat, obſtructiones liberat, & affectus indè natos ſanat, icterum, hydropem, ſplenis tumorem, febres putridas, etiam diuturnas, dolorem hypochondriorum punctorium. Hac verò hæmorrhagiam pulmonum, vel aliarum partium ſiſtit: ex caſu quoque aut ictu contuſa, rupta, fracta, interna, & externa ſanat, ſi eius drach. vna cum mumiæ granis duobus, & rubiæ tinctorum grano vno & dimidio, & vino auſtero bibatur. Oleum quoque eius contuſis & contractis muſculis vtiliter illinitur: ſingultum item & dyſenteriam ſanat, præcipuè aſſum, & cum ſucco plantaginis & pauco vino auſtero potum. Innoxium eſt Rhabarba-

rum, omni tempore tutò datur, omni eſt ætati ſalubre, atque adeò pueris & prægnãtibus. Efficaciùs autem agit ſumptum ex ſero lactis, præſertim caprini: aquæ quoq; intybi & apii, vel plantaginis cocta, & colata maceratum, idque omninò cum ſpica nardi, actionem eius imprimis iuuante, expreſſumque. Quòd ſi ad liberandas obſtructiones propinandum eſt, vini albi, puri, & odori modicum macerando admiſceatur, expreſſumque eius tunc ſumatur, & cùm deterſione ac purgatione opus eſt. Quòd ſi poſt purgationem viſcera adſtringendo roborari volumus, puluis eius triti datur: ſi adſtrictio maior expetitur, aſſum datur: ſi maxima, vſtum.

## EXTRACTVM RHABARBARI,

*vulgò* ESSENTIA RHABARBARI *purgatrix, Catapotiorum, cæterorumq́; purgantium medicamentorum, quæ tantilla quantitate blandè euacuat, nunc in aulis principum vſu longè frequentiſſimo, optimo.*

Spiritus vini & aqua vitæ longè diuerſa, de quibus ſuo loco.

Tuſum vel minutim conciſum Rhabarbarum, ſole vel igni inter papyros ſiccatum, ſpiritu vini optimi (minimè aqua vitæ è fæce vini vel zythi diſtillatæ) per diem & noctem tepidiore loco maceratum; poſtridie confeſtim manibus expreſſum, modico cinnamomi addito, quantitate qua volueris ſumas. Humor dein phiala operculo occluſa excipiatur. Mox iterum nouus vini ſpiritus affunditur; tertiò, quartoque exprimitur, donec ſpiritum vini colore minus inficiat. Demum mixti liquores vitreo vaſe circumlinito in balneo vel potiùs vapore aquæ calentis diſtillantur; poſtea craſſamentum ad vſum reponitur; cuius doſis ʒ ß. plus minus, pro ægrotantis natura. Spiritus vini in alios vſus ſeruetur; in quo vis laxandi minimè conquirenda; quia experientia comprobauimus, ſtillatitios, Diaphœnici, Indi, confectionis hamec, medicamentorum purgantium liquores, etiam ternis & quinis vncijs, plus turbare quàm purgare. Quinimo nuper Iulianus de le Cambe horũ peritiſſimus apud Antuerpienſes pharmacopœus aſſerebat Syrupi roſati ex infuſionibus vitreis organis percocti, ſtillatitiam aquam ſummè adſtringere, dentes tremulos firmare, oris halitũ commendare, aphthis & quibuſuis oris vlceribus mederi.

Deme virgulã. 118. li. 36. paulo poſt lege *glutinoſum* lin. 38. 39. deme virgulã. & lin. 48. lege *tenaciſſimum*.

Eadem ratione & modo quæuis alia medicamenta purgantia pro delicatis concinnari poſſunt: quorum operatio egregiè iuuatur & acceleratur ſpiritu vini, noxaque minuitur pro medicamẽti natura & ſcopo Medici.

## RHABARBARI *extractum per ſpiritum tartari Theophraſticè & chymicè.*

De liquore Tartari & ſpiritu vini cap. De vite.

Cinnamomi electi libra, liquoris fæcularum vini præparati, vulgo tartari, libræ duæ: aquæ centaurij minoris lib. ij & ſemis; aquæ roſarum ſelibra. hæc in ampulla per diem & noctem macerantur, diſtillanturque ex balneo, eo vſque dum omnis humor prolectus fuerit. In hoc Rhabarbari electi libra maceratur dies octo: deinde ſacculo impoſita ſub prælo validè exprimitur, & abiecta radice, liquor excolatus iterum ampullæ infunditur, & addita Syr. roſ. ſol. vel è florib. Perſici ſelibra ad mellis ſpiſſitudinem incoquuntur. Datur iunioribus ſeſquidrachma, adultis ſemiuncia ex iuſculo piſorum vel cicerum modicè coctorum.

LAPATHVM *ſanguineum. Aduerſ. 119.*



Oxalis *ſiue Lapathum Oxalida. Gal.* Ouſeille *&* Aigrette. *Gallobelgis noſtris* Surelle. *Hiſp.* Azederas, Azedas *&* Agrelles.
*Aduerſ. pag. 119.*



Oxalis *tuberoſa.*



Oxalis *tuberoſa.*

Minimè prætermittenda illa radicibus tuberoſis filipendulæ vel œnanthes, perquam ſpectabilis oxalis exotica, etiam folijs, caule & ſemine hortenſis quam toto habitu præfert. In Belgio rara, & generoſo D. Brancioni à Doct. Pancio piæ memoriæ Ferrarienſi medico munere miſſa.

Bistorta *quanis aſſeritur Britannica. Dracontia Plin. Fuchſ. & Limonium Geſnero. Dracunculus Plin. Dod. fol. beta à dracunculo natura diuerſa. Germ.* Naterwurtz. *Belg.* Herts tonghe. *Gal.* Biſtorte. *Hiſp.* Biſtorta.

Diosc. *Britannica vim habet aſtringentem; priuatim depaſcentibus oris, & tonſillarum vlceribus accommodatam. Valet etiam ad reliqua, quibus adſtrictione opus eſt.*

Adſtringere etiam aſſerit Gal. qui ſubdit; Quidam reponunt tanquam inter ſtomachica medicamenta efficaciſſimum. Vulnerum glutinatoria, frigida & ſicca.

OXALIS verticina tenuifolia ſinuata. Ital. Acetoſella & ſaniciola. Aduerſ. 320.





OXALIS ſatiua tenui rotundifolia repens. Aduerſ. 320.

BISTORTA quæ aſſeritur Britannica.





COCHLEARIA Roman. Germ. Loeffelkraut. Belg. Lepelcruyt. Aduerſ. 111.

Telephium Eucratæ.

Thlaſpi & Naſturtij aliorum.

Coch-

COCHLEARIA *Britannica. Aduerſ. pag. 122.*





PYROLA, Limonium Cordi & Germanorum. Belg. Wintergroen. Ital. Sambuca. Aduerſ. 122.

Exſiccat exceſſu tertio, refrigerat ſecundo.

LIMONIVM, *Behen rubrum Cordi.*





TRIPOLIVM vulgare.

LIMONIVM, *Beben rubrum Cordi. Ital.* Bietola ſaluatica. *Aduerſ. pag. 122.*

DIOSC. *Semen adſtringit: tritum ex vino acetabuli menſura potum, dyſentericis cœliacisq́ prodeſt: rubra fœminarum profluuia ſiſtit.*

TRIPOLIVM *luteum.*

Luteo flore alit Mutonus munere præclari & generoſi viri D. Caroli de Houchin D. de Longatte, ſtirpium admiratoris ſummi & doctiſſimi, lectum littoreis Gallobelgij.

TRIPOLIVM *minus* *Aduerſ. pag. 123.*

Iege lin. 31. *millefolium.*



HERBA DORIA. *Aduerſ. pag. 124.*

Folia in æ-le prodere pictori in Aduerſ. pag. 124 omnino animaduerſa.



*Tripolij varietas.* Ad Padi oſtia longè minus prouenit Monſpelliaco, minorem conſiſam folio, radice & flore vix æquans.

DIOSC. *Radix odorata, calidi guſtus; quæ drachmis duabus in vino pota, aquam vrinasq́ per aluum extrahit. In medicamenta digeritur, quæ venena arcent.*

Acris radix, & calida 3°. exceſſu Gal.

CONSOLIDA *aurea nemorum Limonij folio; Aduerſ. 125. Conuenit cum Aliſmate Matth. & Chryſanthemo latifolio Dod. In Friſia ſecus Zutphen & Hackfort, frequentiſſima.*

ATRAA

AVREA VIRGA Villanouani.



VIRGA AVREA altera ſerrato folio.*



SOLIDAGO Sarraſenica.



*Tantopere huic effigie, habituque toto conuenit, vt neutrā ab altera diſcernere queas, niſi magnitudine & foliorum diuiſura: aſſurgit namque hęc procerioribus duplo caulibus maioribus, magis ſerratis folijs: Belgis hortenſis eſt, Italoque ſemine orta putatur.

AVREA VIRGA Villanouani. Gal. Verge d'or.
*Aduerſ. pag. 125.*

Leucographis Plin. & Herba ſcripta Anguillaræ, à conſperſis nonnullis notulis, quibuſdam locis potiſſimùm, conſpicuis.

Bibitur ad rupta, vulnera, præcipitationes, hernias, & alui fluores. aphthis, depaſcentibus oris vlceribus & anginis, medetur. dētes tremulos firmat. lege imum.

SOLIDAGO Sarraſenica. Germ. Heidniſch wundtkrauth. Belg. Heydenſchen wondencruyt.
Gal. Conſoulde ſarraſine. *Aduerſ. 125.*

Hepati & viſceribus diſſolutis, robur addendo & obſtructiones reſerando: morbiſque inde ortis, Regio morbo & diuturnis febribus, medetur.

Aquatica

*Aquatica* PLANTAGO. *&* ALISMA *ſiue* DAMASONIUM. *Limonium Anguil.*
*Ital.* Piantagine aquatica.
*Aduerſ. pag.* 126.



ALISMA *puſillum anguſtifolium muricatum, ſiue Plantago aquatica minor.*



Eadem Plin. Dioſc. *Radix acris, odorata; cuius ſi ʒ vna aut altera bibatur, his conuenit, qui leporẽ marinũ deuorarunt, aut à rubetis ranis demorſi ſunt, aut opiũ hauſerunt. Torminibus atque dyſenteria, per ſe aut cum pari modo ſeminis Dauci, potui datur. Conuulſis & contra vitia vuluæ prodeſt. Herba ſiſtit aluum. Menſtrua pellit, tumores illita mitigat.*

Gal. Quod autem conſtitutos in renibus calculos aqua, in qua decocta fuerit, pota comminuat, caſu experti ſumus. Ex quo liquet, quòd abſterſoriam quandam facultatem obtinet.

Plin. Strumis imponitur ex aqua cæleſti foliũ tritum, vel radix cum axungia tuſa; ita vt impoſita folio ſuo operiatur. ſic ad omnes ceruicis dolores, tumoreſque quacunque in parte.

ALISMA *puſillum anguſtifolium.*

Minutis Quinqueneruiæ Plantaginis anguſtioribus foliolis, deorſum verſus reflexis, perpulchra planta. Cauliculus gracilis, ſeſquipalmaris, è fibroſa radice ſparſa ſpecioſa coma referta, numeroſis muricatis exilibus capitulis tribuli ritu. Hanc primus mihi oſtendit eruditus medicus Thomas Penneus Anglus, locis vdis Angliæ oriundam, ab hac non diuerſam. puto illam eſſe quam in ſcrobibus hoc anno floribus Aquaticæ Plantaginis pone nouam vrbem Antuerpiæ reperi.

[illegible] ... Aduerſ. pag. 126.



Lege p. 127. [illegible]

SAGITTA minor. Aduerſ. pag. 127.



Lege li. 5. atque aquatica, & paulo poſt minoribus.

BIFOLIVM. Aduerſ. pag. 127.
*Pſeudorchis bifoliũ Dod.*
*Gramẽ Parnaſſi quorũdã.*
*Belg.* tweebladt.
*Ger.* Zweyblat.

MONOPHYLLON *recentiorum. Aduerſ. pag. 127.*
*Germ. & Belg.* Einbladt.
*Gramen Parnaſſi Cordi & Leoniceri.*ᵃ





ᵃRadix trita luis peſtiferæ bubonibus mederi fertur neotericis, ſi ſtatim [illegible] drachmæ pondo, ex aceto, vino aut aqua ſumatur.

Recentiorũ CALCEOLVS Mariæ. Aduerſ.pa.127. Damaſoniũ nothũ Dod.



Plantago vulgaris la. folia.



PLANTAGO maior incana. Aduerſ. pag.128.



Plant... rotu... cul...



PLANTAGO

ALEXANDER PP VI ... FERDINANDVS ... ARAGO...

PLANTAGO *quinquenervia. Aduerſ. pag.* 128. PLANTAGO *marina. Aduerſ. pag.* 128.





ROSEA *Plantago panniculа ſparſa. Aduerſ.* 128. *Sarothrodes, & Corematophora, ſiue Scoparia C. Geſner.* Roſeæ Plantaginis varietas.

Sola differentia Belgicis agris & hortis, in panniculа ſpicatim ſparſa, onuſta innumera fœtura herbaceorum floſculorum racematim cohærentium.

MARINA Serpentinis propior, propter notulas rubras, in foliis tranſuerſas, obliquas & fortuitas. Friſiis Zupde vocatur, qui eſitant ex lacte & pulticula, ventrem ſoluere & flatus diſcutere aſſerentes.

PLANTAGINES. *Aduerſ. pag.* 128.

*Angl. etiam* Waybrede. *Hiſp.* Llante. *Luſit.* Chantage.

DIOSCOR. *Duo Plantaginis genera, multo vtilior magna eſt* ✳. *Vim habent folia exiccatoriam, conſtringentem. quare omnibus malignis vlceribus, & fluxioni opportunis atque elephãtiacis, ſordidisq́ illita proſunt: profluuia ſanguinis,† vlcera quæ ſerpunt, epinyctidas, carbunculos, nomasq́ cohibent. vetera vlcera & inæqualia cicatrice obducunt. chironia ſanant. ſinus conglutinant. morſibus canis, ambuſtis igni, inflammationibus, panis, parotidibus, ſtrumis, ægilopiis, illita cum ſale proſunt. Coctum cum aceto & ſale olus, dyſentericis, cœliacisq́ ſumptum ſubuenit. datur & in locum betæ cum lenticula coctum. & ad aquam inter cutem, cui leucophlegmatiæ nomen eſt. datur & herba decocta poſt aridas epulas, ſic vt media antecedat. comitialibus & ſuſpiriosis data proficit. Foliorum ſuccus colluta ſubinde oris vlcera purgat. cum cimolia aut ceruſa igni ſacro medetur. fiſtulis infuſus prodeſt. lippitudinibus & aurium doloribus idem ſuccus inſtillatur. additur quoq́ in oculorum collyria. gingiuis cruore ſuffuſis, & ſanguinis reiectionibus, potu confert. clyſtere dyſentericis infunditur. contra tabẽ datur in potu. aduerſus ſtrãgulationes vuluæ, in vellere ſubiicitur, etiã ſi vulua fluxione laboret. Semẽ ex vino potũ alui fluxiones & ſanguinis excreationes ſiſtit. Decocta radix & mãducatu, & collutione, dentiũ dolores ſedat. eadẽ cum foliis, vlceribus renũ & veſicæ in paſſo datur. Ferũt tres radices cum tribus vini cyathis, & pari aquæ modo, tertianis auxiliari: & quatuor, quartanis. Sũt qui radicis geſtatione, diſcutiẽdis ſtrumis vtãtur.*

Rheumatiſmata ſiſtit Plin. & ſtomachũ roborat ſumpta.
† Eadẽ Plin. Succus ſanguinem vomentibus datur Plin.
Idem Plin.
Idem Plin.

Gal. *Vlcera maligna.*] Quæcunque medicamenta cum hoc quod refrigerant, vnà etiam adſtringunt, ea & ad vlcera maligna omnia, & ad fluxiones & putredines proſunt, atque etiam adeò ad dyſentericos: nam & ſanguinis eruptiones ſiſtunt, & ſi quid aduratur, refrigerant. Sinus quoque glutinant; & alia vlcera recentia ſimul & vetera. In omnibus ferè id genus medicamentis primas tenet, aut certè nulli ſecundũ eſt arnogloſſum, idque temperaturæ ſymmetria. nam ſiccitatem obtinet morſus expertem, & frigiditatem quæ nondum obſtupefaciat. Semen eius & radix ſimilis ſunt facultatis, attamen ſiccioris, & minus frigidæ. Semen etiam ſubtilium eſt partium; radices autem craſſiorum. Et huius herbæ folia exſiccata ſubtilioris & minus frigidæ facultatis ſunt, nempe diſſlato ex eo ac digeſto excremento aqueo.

Hac ratione radicibus vtuntur ad dentium dolores. præterea ad iecoris & renum obſtructiones non has tantùm adhibent, ſed folia quoque & multo magis ſemen. Hæc enim quandam abſtergendi in ſe facultatem habent, quam & in herba viridi ineſſe ſatis conijci poteſt; verùm ab humiditatis copia vinci.

Refrigerat ſimul & deſiccat, & in vtroque ſecundi receſſus à mediis eſt. Mixtæ eſt temperaturæ: habet enim quiddam aqueum frigidum; & auſterum quiddam; id quod terreum eſt, ſiccum, frigidum.

Apvl. ſubdit: Plantaginis radix in collo ſuſpenſa, capitis dolorem mirificè tollit: ſuccus tepefactus fomentando ventris dolorem tollit. Et ſi tumores fuerint, tuſa herba & impoſita tollit tumorem: ſuccus potui datus, & interiora ſanat, & thoracem hominis purgat mirificè. Plantaginis ſemen tuſum & in puluerem redactum & in vulnera aſperſum, ſanabit ipſa vulnera. Et loca ea quæ à nimio calore vruntur, ipſa tuſa & impoſita refrigerat & perſanat. Ad lumbricos: herbam Plantaginis contundes, & ſucci eius cochlearium vel ligulam dabis bibere. Ipſam quoque herbam tuſam vmbilico imponito. Si qua duritia fuerit in corpore, Plantago piſata cum axungia ſine ſale, & factum quaſi malagma, imponis id duritiæ, & diſcutit. Ad podagram & omnem neruorum dolorem & tumorem: herbæ Plantaginis folia contuſa vel piſata cum modico ſale & impoſita, optimè facere certum eſt. Si cui pedes tument ex itinere: Plantago contuſa cum aceto impoſita tumorem tollit.

Holostevm *Salamanticum maius Cluſij. pag. 18.*
*Idem congener cum Monſpelliaco, ſed multo maius.*



Potamogeton, *ſiue Fontalis.*
*Aduerſ. pag. 128. & 129.*
*Germ.* Zamkraut. *Noſtris* Fontepuerupt.
*Hiſp.* Eſpigada & Vezina de Rios.



E ſola magnitudine differre facit Cluſius quod aridis collibus Salamāticæ vicinis prouenit, & iuxta Valentiam Hiſpaniæ ſecus vias. Cuiuſmodi etiā meminimus in agro Monſpelienſi, ni labat memoria.

Potamogeton, *ſiue Fontalis.*

Dioscor. *Refrigerat & adſtringit*; pruritibus, vlceribus vetuſtis & iis quæ paſcendo ſerpunt, confert.*

* Similiter Polygono Gal. ſed eſſentia eius craſſior, quàm Polygoni eſt. Plin. eadem ferè.

Malaba-

*Μαλάβαθρον.* MALABATHRVM. *Aduerſ.pag.*129.
*Tamalapatra Garciæ & C. Cluſij.*



*Fructus Tēbul origiæ [illegible]

GENTIANA *maior. Aduerſ.pag.*129.
*Hiſp.* Gentiana.



Gentianam tranſmiſit purpureis floribus C. Cluſius.

Lege pa. 130. lin 9. *Striarũ.* lin 10. *caulem adit.* lin. 11. *Leucoſ. ſiauem.*

DIOSCOR. *Eaſdem Nardo ſortitur vires. ſed efficacius omnia præſtat; vrinam vehementius ciet, ac ſtomacho magis prodeſt Malabathri vis. Lippitudinibus, inflammationibus tritum, & in vino ferueſactum commodè illinitur. Subditum linguæ, oris halitum & ſuauitatem commendat. Veſtium quoque odorem interpoſitum ſeruat; & ab eroſione tuetur.*

Gal. Malabathri folium cum ſpica nardi ſimillimam facultatem obtinet.

GENTIANA *maior.*

DIOSCOR. *Vis radicis excalfactoria, & adſtringens contra morſus* [a] *ſerpentium, duabus drachmis, cum pipere, ruta & vino pota, auxiliatur. extracti ſucci drachma, laterum doloribus, & ex ſublimi deturbatis* [b], *ruptis, & conuulſis, prodeſt. hepaticis & ſtomachicis,* [c] *pota cum aqua ſubuenit. radix collyrij modo ſubdita, partus eiicit. impoſita, vt lycium, vulneraria eſt, & vlcerum cuniculatim depaſcentium medela. ſuccus præcipuè eodem effectu prodeſt. oculis inflammatione laborantibus illinitur. pro meconio collyriis acribus immiſcetur. radix vitiliginem abſterget.* [*] *Succi extrahendi ratio hæc eſt. Contuſa radix quinque diebus aqua maceratur. poſtea in eadem tantiſper decoquitur, dum extent radices. & vbi refrixit aqua, linteo excolatur, mox diſcoquitur, dum mellis craſsitudo fiat: fictiliq́ reconditur.*

a idem Plin.
b Plin. idem.
c idem Plin.

* Extractum Gentianæ Dioſc.

Gal. Radix admodum efficax, cùm opus eſt extenuatione, purgatione, abſterſione, obſtructionis liberatione. Nec mirum ſi hæc poſsit, cùm impensè amara ſit.

Plin. ſubdit: Prægnantibus non bibenda. Tanta huic vis ineſt, vt iumentis etiam non tuſſientibus modò; ſed ilia quoque trahentibus auxilietur pota.

APVL. Ad aures malas: herbæ Gentianæ ſi dederis vt ſuprà potum, miraberis virtutem eius.

GENTIANA *minor, Cruciata. Aduerſ. pag.* 130.
*Lege Ger.* Speerenſtich, Crewtzwurtz, & Modelgeer.
*Gal.* Gentiane croiſee. *Ital.* Gentiana minore.



PNEVMONANTHE *Cordi.*
*Aduerſ. pag.* 130.
*Gentianæ minoris ſpecies.*
*Calathiana viola Plin. Dod.*



Vlceribus fiſtuloſis illinitur. venenis, contagioſis & peſtiferis morbis auxiliatur. Thoracis vitia emendat, & eadem quæ Gentiana, præſtat, ſed inefficaciùs.

PNEVMONANTHE *Cordi.*

Gentianæ facultates, ſed imbecilliores, refert.

*E floris colore varietas.*

Vnam duntaxat & ſui ſimilem, ſed floribus albis alit hortus erudítiſſimi profeſſoris in Academia Louanienſi Petri Brughelij.

GENTIANELLÆ *ſiue Pneumonanthes varietas.*

Ab hac non adeò diuerſa; niſi ſtrigoſior tota, quæ humentibus Brabantiæ ericetis oritur, Autumno & Auguſto flores cæruleos promens.

GENTIANELLA.

ALEXANDER PP VI · FERDINANDVS · DEI GRA REX ARAGONVM

GENTIANELLA *minima. Aduerſ. pag. 131.*

Prouenit etiam copioſè in Angliæ, Belgij & Galliæ Septentrionalis collibus, vbi floribus albis aliquando, ſed rarò occurrit.

GENTIANELLA *Alpina. Verna Cluſij.*
*Cantabrica quorundam.*

Heluetiæ noſtræ Gentianellæ, campanulæ flore ſimilima. Flos amœnus, cæruleus, ſingularis, oblongior, calathi effigie, foliolis quinis partitus. Folia, ortus & guſtus Centaurei lutei. Radix gracilis, fibroſa, implicata. Celſis montium iugis gaudet: vbi etiam, vti ſuperior Heluetia, vere floret.

GENTIANELLA *verna Cluſij.*



HELLEBORVM *album ſiue Veratrum.*
*Aduerſ. pag. 113.*
*Angl.* Hellebor. *Hiſp. etiam* Vedegambre blanco.
*Norbonenſibus* Veraıre.



ELLEBORVM *album floribus atrorubentibus præcox.*



ELLEBORI

### ELLEBORI *albi differentia.*

*Variat flore* { Albo<br>ſubuiridi.<br>& atrorubenti in horto Mutoni.

### HELLEBORVM *album floribus atrorubentibus præcox.*

Ante aliud germinat foliis etiam maioribus, latioribus & longioribus. Ex horum medio caulis exit, tricubitalis aut amplior; in quo flores non albi, ſed atrorubentes, ſtellati, quibus ſuccedit ſemen foliaceum, alterius æmulatione. paucioribus fibris radix longior donata.

DIOSCOR. *Galaticum & Cappadocicum candidiora, & puluere quodam obſita celerius ſtrangulatus mouent. Vomitione* [a] *autem varios extrahit humores. collyriis admiſcetur, quæ caliginem oculorum diſcutiunt. partus impoſitum necat. menſes pellit.* [b] *ſternutamenta excitat. mures* [c] *interficit, cum melle & polenta ſubactum. abſumit carnes, ſi coquatur vnà. datur per ſe ieiunis, & cum ſeſama, aut ptiſanæ ſucco, aut halicæ aut lentis cremore, cum aqua mulſa, aut pulte, aut quauis alia ſorbitione. Cogitur cum pane, & ita inaſſatur. Præparatio corporum, ac victus ratio, diligenter tradita eſt, cùm ab his qui de medica eius portione ſcriptitarũt, tum maximè à Philonide Siculo Ennenſi, cui nunc aſſentimur. Quippe longum nimis eſſet, in hac præſertim editione, de materia, ſimul medicam curandi rationem exponere. Dant nonnulli in pultis ſorbitione, aut copioſo halicæ cremore: aut paucum antea dari cibum præcipientes, ſtatim veratrum offerunt, iis præſertim quibus ſtrangulationis ſuſpicio imminet, aut ſi valetudo corpus infirmat. Hoc enim modo deiectio nihil periculi minatur, quod cibo munitis non intempeſtiuè medicamentum corporibus offeratur. Vomitiones concitant ſubditæ, ex oleo balani, cum aceto.*

[a] Cauſaſque morborum extrahit. Conſtat hoc medicamentum comitiali morbo mederi. Plin.
[b] Plin. idem. [c] idem Plin.

Ægin. Tam candidum quàm atrum iuxta calfaciendi, ſiccandíque vim in tertio exceſſum ordine poſſidet.

Gal. Excalfacientis ſimul & extergentis † facultatis eſt. Quamobrem ad alphos, impetigines, ſcabies, lepraſque accommodatus eſt. Quinetiam ſi in fiſtulam callo * induratam infundatur, duobus tribúſue diebus callum detrahit. Dentibus ſi cum aceto colluantur, prodeſt.

† Aegi. eadẽ.
* nigro tribuit Aegin.

Plin. Optimum quod celerrimè mouet ſternutamenta, ſed multò t[illegible]ribilius nigro, præcipuè ſi quis apparatum poturorum apud antiquos legat; contra horrores, ſtrangulatus, intempeſtiuas ſomni vires, ſingultus infinitos aut ſternutamenta, ſtomachi diſſolutiones, tardiores vomitus aut longinquiores, exiguos aut nimios. Sed antiquorum vitium erat, quod propter hos metus parcius dabant, cùm celerius erumpat, quo largius ſumitur. Themiſon binas non amplius drachmas donauit. Sequentes & quaternas † dedere, claro Herophili præconio, qui Elleborum fortiſſimi ducis ſimilitudini æquabat. Concitatis enim intus omnibus, ipſum imprimis exire. Præterea mirum inuentum eſt, quod inciſum forficulis, cortex remanet. Hoc inanito, medulla cadit. Hæc in nimia purgatione data, vomitiones ſiſtit. Cauendum eſt felici quoque cura, ne nebulo detur die, quippe impatibiles cruciatus exiſtunt. Nam æſtate potius quàm hyeme dandum; non eſt in dubio, corpus ſeptem diebus præparandum cibis acribus, abſtinentia vini, quarto & tertio die vomitionibus, pridie cœnæ abſtinentia. Album è dulci datur, aptiſſimè verò in lacte aut pulte. Nuper inuenere diſſectis raphanis inſerere Elleborum, ruſuſque comprimere Raphanos, vt tranſeat vis, atque eo lenimento dare. Reddi poſt quatuor fere horas incipit: totum opus ſeptenis peragitur horis. Medetur in morbis comitialibus, vertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis, elephantiæ albæ, lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis, incipientibuſque tympanicis, ſtomachicis, ſpaſticis, clinicis, iſchiadicis, quartanis, quæ aliter non deſinant, tuſſi veteri, inflammationibus, terminibus redeuntibus. Vetant dari ſenibus & pueris. Item mollibus & fœminei corporis animæue exilibus, aut teneris, & fœminis minus quàm viris. Item timidis, aut ſi exulcerata ſint præcordia, vel tumeant, minimeque ſanguinem excreantibus, vel latere vel faucibus. Medetur extra corpus eruptionibus pituitæ, cum axungia illitum. item ſuppurationi veteri. Muſcæ necantur albo trito, & cum lacte ſparſo. Eodem & phthiriaſis emendatur.

† quatuor drachmas & nos dedimus.

MESVE. Elleborus duplex, albus & niger, idemque ſalubrior albo: quia & albus ſymptomata terribilia minatur: niger autem corpus incolume, & velut iuuenile tuetur. Eligendus in eo genere eſt ſapore acri, guſtantem mordente, colore aſari, fragilis, medius ampli & gracilis, recentis & vetuſti, grauis & leuis, aut potiùs leuior quàm grauior: leuis autem ac ſine aſperitate. Radix eius eſt præſtantior, & in ea fibratum ac radicularum cortices: Vere aut Æſtate colligatur. Albus autem minùs eſt tum acer, tum mordax: neque mox acrimonia eius apparet, ſi amarior eſt nigro. Cætera nigro facultate eſt ſimilis, niſi quòd diutiùs ſeruari poteſt. Niger eſt calidus ſiccus ordine tertio, tenuat, terget, reſoluit, carnem vlceribus ſupercreſcentem exedit. Adde, quòd ſi is ad arboris alicuius radices creſcat, fructus ipſius purgatorios reddit. Albus autem calidus ſiccus in medio tertij, ſimiliter terget, mordet: ſed vomitu multo purgat, & ſternutamenta violenter mouet. Vitandus autem hic eſt, quòd ſtrangulet. Niger autem omnium conſenſu ſumendus, præſertim caſtigatus natura & arte: ſolis robuſtis & animoſis dandus, & Vere ipſo. Datus autem, quando & cui conuenit, temperamentum facit melius: ob id mores

quoque probatiores reddit, & corpus incolume, ac velut iuuenile efficit. Hæc enim propria ipſius ſunt opera, Hippocrate auctore. Corpus enim totum excrementis corruptis expurgat: clementer ac ſine moleſtia vacuat bilem vtramque, & pituitam: ſanguinem proinde puriorem reddit, attrahendo ſcilicet excrementa in venis ſanguini miſta, non à ſolis cauitatibus partium, ſed à toto corpore, ac etiam remotis partibus, & cute ipſa. Ad cerebrum quoque purgandum, & caput totum, & ſenſuum inſtrumenta, & neruos, & viſcera, & veſicam & vterum, eſt efficaciſſimus: cerebrique affectibus, vt cephalalgiæ, hemicraniæ, maniæ, melancholiæ, vertigini, epilepſiæ, paralyſi, aquarum in oculos defluxui apertè confert: iuncturarum quoque morbis, vt nodis, & tumoribus ſcirrhoſis aliis: ſtrumis etiam. In ſumma, eſt velut theriaca, & per antonomaſiam medicina elephantiæ, cancri, herpetis, eryſipelatis, exanthematum, phagedænarum. Puluis quoque tenuiſſimus ellebori nigri, viſum roborat. Acetum quoque cum hoc decoctum, auri inſtillatũ, tinnitui confert, & auditum roborat. Idem acetum ſi os colluat, dentium dolori confert: præterea ſplenis affectibus, febribus diuturnis, quartanæ biliosæ, reliquis affectibus melancholicis ſanatu contumacibus: vrinam, & menſes mouet: corporis colorem & odorem bonum efficit, ac etiam oris, cutis affectus, alphos vtroſque quouis vtendi modo ſanat: ex aceto affrictus cuti, eius fœditatem & panos delet. Albus autem vomitu immodico & violento ſymptomata excitat terrenda: foris autẽ affrictus cutis vitia, ſcabiem, impetigines, lentigines valenter iuuat. Vterque autem fiſtulis & vlceribus putridis ac malignis medetur. Albus igitur quia huius tempeſtatis corporibus eſt moleſtus, quin & velut venenum, præſertim ſuffocans, vitetur. Nigri autem virtus ad noſtra vſque tempora eſt tolerabilis, licèt etiam difficilis. Sanis enim corporibus elleborus eſt moleſtus, inquit Hippocrates, arte autem & induſtria noſtra caſtigatum, quandò & cui oportet, rectè propinamus: agitque ſalubriter. Filius autem Zezar manna melli ſimili tepida quantitatem corticis radicularum ellebori aptam horis octo macerat, colatum dat, in quo virtus eſt ellebori. Idem fit in melle vuato, aut iure gallinarum vel carnium, aut oxymelite, aut vino dulci, aut condito, aut ſyrupo, aut ſapa aliqua, ſuperaddentes polentam vel orizam, aut pultem, & ſorbitioni per ſe datur. Vtriuſque verò ellebori virtutem ex corpore deturbat mulſa decoctum vuarum paſſarum, aut hordei, aut gallorum, aut gallinarum, cum oleo nucum, vel amygdalarum dulcium, vel ſimili: puluerem verò ellebori ſumere tutum non eſt. Datur autem à ſiliquis ſex ad tertiam drach. vnius, vel vſque ad drachmam vnam.

HELLEBORINE *ſiue Epipactis recentiorum & Belgarum, Aduerſ. pag. 132.*



EPIPACTIS, *ſiue* HELLEBORINE.
*Aliſma quorundam Cordo.*

VARIETAS.

Flore ſtellato ex violaceo rubello ſecus Smerpont Picardiæ inter Pulſatillas ſedula manus præclari viri Caroli de Houchin. D. de Longaſtre, harum ſtudioſiſſimi & doctiſſimi, legit.

HELLEBORINES *rara ſpecies.*

Hanc beneuolentia erudiſſimi medici D. Hermetis Clerici nactus ſum, è ſuis Italicis

peregrinationibus. Elleboraſtro nigro affinis ea admodum eſt floribus herbaceis ſtipatim confertis: folio tamen plantagineo helleborines albæ ad Sigillum Salomonis accedente.

NARDVS *Celtica; Saliunca officinarum Galliæ, Germaniæ, Hiſpaniæ & Angliæ.*
*Νάρδος κελτική. Aduerſ.* 132.

DIOSC. *Ad eadem quæ Syriaca, pollet: ſed vehementius vrinam cit, & ſtomacho vtilius eſt. Inflammationibus iecinoris, & ſelle fuſis auxiliatur. Contra ſtomachi inflationes, cum Abſinthij decocto bibitur; item aduerſus lienem; renum & veſicæ vitia, & venenatos ictus, ex vino. Additur in malagmata, potiones, & calfacientia vnguenta.*

Nardi Celticæ radices atque cauliculi abiectis folijs vſurpantur Dioſc. Galeno verò flores in tertio Andromachi medicamento.

NARDVS *Celtica altera. videtur Caltha alpina Geſneri. Plantago Alpina quorundam.*
*Aduerſ. pag.* 133.

HIRCVLVS, *Nardo Celticæ ſimilis herbula.*
*Aduerſ. pag.* 133.

SAPONARIA. Belg. Seepcruyt.
*Aduerſ. pag.* 133.
*Struthium ſiue radicula eſt Cunder Auicen. Valerando.*
*Calida & ſicca eſt.*







PERSICARIA *vrens Hydropiper. Cratæogonum Cordi. Germ.* Waſſerpfeffer *&* muckenkraut. *Belg.* Waterpeper. *Gal.* Culrage. *Ang.* Carſmirthe. *Hiſp.* Pimienta aquatica. *Ital.* Pepo aquatico. *Aduerſ. pag. 134.*



PERSICARIA *ſiliquoſa noſtre,* NOLI ME TANGERE *vocata, eſt Eſula ſylueſtris Tragi. Aduerſ. 135.*

PERSICARIA *puſilla repens.*



DIOSC. *Folia vnà cum fructu impoſita, œdemata & duritiës veteres diſcutiunt, ac ſuggillata delent.*

Calida & ſicca Gal. minus tamen quàm piper.

Oleum Hydropiperis ad nodoſam tophaceámue podagram chymicum & empiricum arcanum.

Recipit ſuccorum Hydropiperis, Leuiſtici vulgaris, & Paſtoriæ burſæ añ. q. ſ. quinque verueeum nigrorum capita, & ranas quindecim. Ebulliant in balneo in lib. quatuor olei ad oſſium diſſolutionem, & tranſfuſa ad vſum reponuntur: potenter digerit, & ex alto trahit impoſita herba, ideò tophis & œdematoſis tumoribus illinitur vtiliter.

PERSICARIA *mitis. Germ.* Perſickraut/flochkraut. *Belg.* Perſickcruyt *&* vlooſcruyt. *vulneraria eſt pota & illita. Aduerſ. pag. 134.*

*Floribus albis Antuerpiæ ad portam Rubram & Lutoſam prouenit.*

*Puſilla repens* PERSICARIA.

Vultates. Antuerpiani agri glareoſis fabuloſiſque vdis quadruplo minor humi repit floſculis aliâs candidis, aliâs purpurantibus, reliqua facie ſimilis.

In agro Neruienſi altera multò maior prouenit folijs hirſutis, guſtu acerbis, floribus albis, aut purpureis. quidam Britannicam appoſitè dixere. Britannica.

V 2 Cap-

BALSAMINA fœmina perſicifolia. Adverſ. 134.





Capsicum Piper [illegible]

Capsicum brevioribus ſiliquis. Adverſ. 134.





RHAMNVS [illegible]

CAPSICVM, *Piper Indicum longioribus ſiliquis. Germ.* Indianiſce pfeffer. *Belg.* Brſilie peper. *Gal.* Poiure d'Inde *&* de Breſil. *Aduerſ. pag.* 134.
*Piperitis Cordi. Siliquaſtrum Plin. & Tragi; perperam Piper longum Dioſc.*

Vtilitas & vſus non diſpar hydropiperi ad duros & frigidos tumores. Cutis fœdationes delere ex melle illitum proditur.

RAPHANVS *ſylueſtris officinarum, Lepidium Aegineta. Germ.* Pfefferkraut. *Gal.* Paſſerage. *Ital.* Piperella. *Aduerſ. pag.* 135.
*Lepidium maius Cordi, & Tragi.*

DIOSC. *Vis foliorum Lepidij acris & exulcerans, quapropter, iſchiadicis trita, præſentiſſimum eſt auxilium, ſi cum Helenij radice, quarta horæ parte, illinatur. Lienoſis ſimili modo prodeſt: lepras eximit. Radix appenſa collo, dentium dolorem liberare exiſtimatur.*
Clinicæ & obſtretrices radicem potui puerperijs ad facilitandum partum exhibent, eoque ab illis ſtudioſè alitur.

*Craſſa radice* RAPHANVS *Rusticanus, Lapathij folio. Thlaſpi & Sinapi Perſicum: Armoracia Tragi: Thlaſpi Crateuæ Dioſc. Gal.* Raiffort ſauuage. *Ital.* Raſſano *&* Rauano.

Raphano Ruſticano lacte aut Zytho macerato ad ſtomachacem, Scorbutum nuncupatum, Friſij feliciter vtuntur.



DENTARIA *Rondeletij. Aduerſ. pag.* 136.
*Lepidium Aegineta Monſp. Molybdæna Plin.*

Carpis impoſita ex ſale, corpore purgato tertianam notham ſoluit; horroreſque quartanæ cum oleo Rutaceo & è piperibus, inuncta dorſi ſpina.

Plinio, Molybdæna commanducata, ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum, hoc eſt morbi genus, ex oculo tollitur.

LEPIDIVM *annuum.*

Herba alia eſt quæ à ſimili cum figura, tum ortu foliorum, Dentillariæ Monſpelienſiue Lepidij cauli incumbentium, herbarijs noſtris Lepidiũ dicta. Caulis itẽ bicubitalis multifidus: flores albi, & ſemen foliaceis Thlaſpi inuolucris clauſum, acre guſtu: radix fibroſa. In Belgio hortenſe; hyeme virens, folijs Lepidio maioribus.

ALEXANDER ... DEI GRA REX ... FERDINANDVS

Balsamina foemina persicifolia. Aduerſ. 134.



[illegible]



Capsicum [illegible] ſiliquis. Aduerſ. 134.



[illegible]



CAPSICVM, *Piper Indicum longioribus ſiliquis. Germ.* Indianiſce pfeffer. *Belg.* Bruſilie peper. *Gal.* Poiure d'Inde & de Breſil. *Aduerſ. pag.* 134.

*Piperitis Cordi. Siliquaſtrum Plin. & Tragi; perperam Piper longum Dioſc.*

Vtilitas & vſus non diſpar hydropiperi ad duros & frigidos tumores. Cutis fœdationes delere ex melle illitum proditur.

RAPHANVS *ſylueſtris officinarum, Lepidium Aegineta. Germ.* Pfefferkraut. *Gal.* Paſſerage. *Ital.* Pipereila. *Aduerſ. pag.* 135.

*Lepidium maius Cordi, & Tragi.*

DIOSC. *Vis foliorum Lepidij acris & exulcerans, quapropter, iſchiadicis trita, præſentiſſimum eſt auxilium, ſi cum Helenij radice, quarta horæ parte, illinatur. Lienoſis ſimili modo prodeſt: lepra eximit. Radix appenſa collo, dentium dolorem liberare exiſtimatur.*

Clinicæ & obſtretrices radicem potui puerperijs ad facilitandum partum exhibent, eoque ab illis ſtudioſè alitur.

*Craſſa radice* RAPHANVS *Ruſticanus, Lapathij folio. Thlaſpi & Sinapi Perſicum: Armoracia Tragi: Thlaſpi Crateua Dioſc. Gal.* Raiſſort ſauuage. *Ital.* Raffano & Rauano.



Raphano Ruſticano lacte aut Zytho macerato ad ſtomachacem, Scorbutum nuncupatum, Friſij feliciter vtuntur.

DENTARIA *Rondeletij. Aduerſ. pag.* 136.

*Lepidium Aegineta Monſp. Molybdæna Plin.*

Carpis impoſita ex ſale, corpore purgato tertianam notham ſoluit; horroreſque quartanæ cum oleo Rutaceo & è piperibus, inuncta dorſi ſpina.

Plinio, Molybdæna commanducata, ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum, hoc eſt morbi genus, ex oculo tollitur.

LEPIDIVM *annuum.*

Herba alia eſt quæ à ſimili cum figura, tum ortu foliorum, Dentillariæ Monſpelienſium Lepidij cauli incumbentium, herbarijs noſtris Lepidiũ dicta. Caulis itẽ bicubitalis multifidus: flores albi, & ſemen foliaceis Thlaſpi inuolucris clauſum, acre guſtu: radix fibroſa. In Belgio hortenſe; hyeme virens, folijs Lepidio maioribus.



ALEXANDER … FERDINANDVS

panaces chryzomū theophraſti – agerati genus potius quam mēte



HORTORVM COSTVS
*Aduerſ.pag.137.*
BALSAMITA *maior Dod.*
*Mentha corymbifera Cordi. Aliſma Tragi: Lepidium Dioſc. quorundam. Ital.* Herba di S. Maria & Saluia Romana.

Capitis dolores finire aſſerunt recentiores: hepar roborare natiuumque calorem inſtaurare: calore, tantillo amarore & adſtrictione moderatis, fluxiones ſiue rheumatiſmata ſiſtit: concoctionem iuuat, mulierculis expetita ad placentas. Semen vermes necare aſſeritur, ſtomacho & cordi amica.

LVNARIA Græca, BOLBANAC Belgarum. Aduerſ. 137. perperam Raphanus ſyl. primus & Armoracia Fuchſio. Abſtergit, modicè calfacit, vrinas cit, vel Rapunculus.

Lunaria Græca ſemper virens radices habet fibroſas, minimè bulboſas



ALYSSON *Dioſcor. putatum.*
*Aduerſ.pag.255.*



DIOSC. *Eius decoctum ſingultus ſine febri potum diſcutit. idem efficit, ſi quis eam aut teneat, aut odoretur.*

*ter. cum melle trita, vitia † cutis in facie, & lentigines emendat. contuſa in edulio, rabiei canis* mederi putatur. domibus appenſa ſalutaris eſſe creditur. & hominibus atque animalibus faſcini amuletum. purpureo linteo circumli-gata, pecorum morbos abigit.*

*Eaſdem facultates tribuit Gal. Alyſſo quas Dioſcor.*

†* Gal. Alyſſon nuncupata, quod mirificè iuuet demorſos à cane rabido. Sed & rabienti quoque data, ſæpe in totum ſanauit: atque hoc ex totius ſubſtantiæ ſimilitudine efficit. Dictumque prius eſt talem facultatem ex ſola percipi experientia, & planè nulla conſtat methodo. Quod ſi quis ad multa experiatur, cognoſcet facultatem habere mediocriter ſiccificam & digerentem, cum hoc vt abſterſorium nonnihil etiam obtineat. Hac ratione & vitiliginem & maculas faciei à ſole prognatas expurgat.

VIOLA MATRONALIS, & *Damaſcena, Viola alba Tragi. Belg.* Weiſz winter violen. *Aduerſ. pag.* 137.

VIOLA *Mariana. Raphanus ſyl. Dioſc. Dod. Aduerſ.* 137.





*lege: Viola Mariana an ſic Dioſc. Medium?*

*Vel Rapunculo ſimilis.*

*Viola matronalis Varietas.* { Suauiſſimi odoris, totamque minorem & floribus albis alit in horto Ioannes Martonus.

Tuſſi medetur, conuulſis & difficulter ſpirantibus, Vrinas & ſudores propellit. Incidit, abſtergit, & digerit.

EPIMEDIVM, *Aduerſ. pag. 138.*

Epimedium Anguil.



TRACHELIVM, *ſiue Ceruicaria. Vuularia Tragi & Herbariorum. Campanula Fuchſ. & Archangelica quorundam. Aduerſ. pag. 139.*

lege τραχη-λιον.



TRACHELIVM minus. Aduerſ. 139.

lege lin. 14. *abſimilis creſcit.*



EPIMEDIVM.

Belgij hortis hodie inquilina facta ſtirps, vbi ſæpiſſimè flores inter folia recondit, qui minus ſupra folia ſe exerunt, vt pictura docet; ſpecioſi, quaternis foliolis, intercurſantibus lineis albis variati, quorum ora & auerſa pars rubent: interna flaueſcit; medij apiculi virent.

TRACHELII *varietates.*

Paſſim iſtud etiam aſperis, ſaxoſis Angliæ & Gallobelgij ſyluoſis fruticat: ſed ſtrigoſius, hilari minus & amœno aſpectu: alioqui perſimile & congener.

TRA-

### TRACHELIVM *minus.*

Radice fibroſa purpurarubentibus floribus ſtipatur, alioqui cæteris haud ita abſimile.

### TRACHELIVM *maius Belgarum.*

Priori facie aſſimilatur, & prorſus idem foret, niſi alterum caulium proceritate, foliorum longitudine & magnitudine duplo ſuperaret. Flos cæruleus, Violæ Marianæ ſuppar.

### *Anglicum Septentrionale maius* TRACHELIVM *candidum.*

Semina venuſtæ & rariſſimæ plantæ hoc anno quum hæc meditarer, ad me miſit D. Thomas Penneus Medicus Londinenſis ſtirpium doctiſſimus, ex boreali Angliæ tractu delata, vbi copioſa & nuſquam alibi, vel à quoquam obſeruata. Tota facie Ceruicariæ maioris iam deſcriptæ non abſimilis: ſed folia ferè digitalis: Flores item Trachelij vel Violæ Marianæ candidiſſimi & maiores & longiores. Caulis binum & ternum cubitorum ſurrectus. Radix fibrata, craſſiuſcula, lacteſcens, variè diuaricatur. Semen Trachelij, ſed maius.

*Lacteſcens* CAMPANVLA *maior.*
*Pyramidalis Lutetiana.*



CAMPANVLA *perſicifolia noſtras. Aduerſ. pag. 139.*
*Phyteuma Matth.*



Quod plus aliis cunctis lactis fundat, Lacteſcens hæc meritò dicta; cuius ima folia Solani hortenſis & nigræ Martiæ violæ media, leuia, atrouirētia. E radice fibroſa Violæ Marianæ, turgida lacteo ſucco, adeò viuaci, vt vel tantillo fruſtillo infoſſo, repullulet: caules emittit teretes ternum & quaternum cubitorum, à medio ſummo tenus foliis anguſtioribus, longioribus, copioſis floribus amœnis, cæruleis, campanulæ noſtratis maioribus, nolas item exprimentibus, cinctos, in acutum Pyramidis ritu faſtigiatos, vnde Pyramidalis dicta. Belgio hortenſis, nullius vſus hactenus comperti.



ALEXANDER … FERDINANDVS DEI …

CAMPANV-LA minor rotundifo-lia.



RAPVN-TIVM par-uum.

Loco alio.



RAPVN-TIVM maius. Ad-uerſ. pa. 140.



LEVCOIVM purpureum & album.



CAMPANVLA *minor rotundifolia. Aduerſ. pag.* 139. *Cantabrica Plin. Anguil.* *Lege acutifolia.*

RAPVNTIVM *paruum. Aduerſ. pag.* 139. *Ital.* Rapunzolo.

*Rapunculi è floris colore varietas.* Albis floribus ſecus Brugellette Hannoniæ oppidulum variat. Lactis copiam augeri quædam nutrices elixa radice, ex pipere ſumpta, exploratum habent.

LEVCOIA *Dioſc. Aduerſ. pag.* 141.

*Violæ matronales Fuchſ.*

DIOSCOR. *Lutea præcipui in medicina vſus. Huius aridi flores ferueſacti in deſeſſionibus, valent contra vuluæ inflammationes, & menſtrua expellunt. Sanant oris vlcera cum melle; cum cerato rimas ſedis.* ✝ *Semen duum drachmarum pondere ex vino potum, aut cum melle inditum, menſes, ſecundas & partus extrahit. Radices cum aceto illitæ, lienem exprimunt, & podagricos iuuant.* ✝ Idē Hipp. Aegin. idem.

Ægin. Violæ albæ frutex vniuerſus extergit, & tenui eſſentia conſtat, plus tamen flores; atque inter hos ſicciores, idcirco menſes prouitant, fœtum perimunt & eiiciunt. Verùm ſi quis eius vehementiam aquæ admiſtione hebetauerit, ad inflammationes etiam conferet, præcipuè vteri. Radices æqualis facultatis ſunt, niſi quatenus craſſiore, & magis terreſtri ſubſtantia. Cum aceto inflammationibus ſchirrho induratis illitæ ſuccurrunt. Idem Gal.

LEVCOIVM *floribus luteis*, KEIRI *Arabum.* *Belg.* Geel violieren. *Angl.* Walle gyllofer, wal gelouer, and ſtock gelouers. *Hiſp.* Alhelys.



LEVCOIVM *marinum minus, flore purpurante. Aduerſ. pag.* 141. *Heſperis Theoph. quorundam.*



KEIRI, *ſiue* LEVCOIVM *marinum flore luteo.*

Luteum marinum facie keiri vulgaris, ſiue mediterranei Leucoij lutei floris: folia item viridia, ſed maiora, latiora & flauentia ex viridi.

*Varietas.*

Albi floris colore duntaxat variat, & folij exilitate hæc leucoij marini ſpecies, vtraque in Belgij hortos tranſlata.

*Patauinum marinum* LEVCOIVM.
*Eruca peregrina Cluſij.*



LEVCOIVM *marinum alterum latifolium.*



Hanc alebat Melchiorus Guillandinus ſtirpium ſummus explorator, in celeberrima & antiquiſſima Patauina Academia ſimplicium medicamentorum profeſſor, & Senatorij ibidem Venetorum horti præfectus. Folia illi Leucoij marini maioris & minoris media, concoloria, infernè anguſta, qua radicis ceruici innituntur. Cauliculi ſeſquicubitales, in quorum ſummo floſculi luteoli ſtellati: ſemen Leucoij ſimile & par, compreſſum in tereti folliculo Thlaſpi maiore.

LEVCOIVM *marinum alterum latifolium.*

Alterum Leucoium marinum quod alunt horti quidam Belgij natiuis maritimis natalitiis, non ita diuerſis eſt foliis, ſed latioribus, rigidioribus, hirſutioribus: flores cæruleopurpurantes in palmaribus & ſeſquipalmaribus coliculis. Semen in ſiliquis minoribus multo Leucoij lutei.

LYCHNIS

LYCHNIS coronaria.



LYCHNIS *coronaria. Aduerſ. pag. 142.*
*Hiſp. & Ital.* Lychnide coronaria.

DIOSCOR. *Semen cum vino potum, à ſcorpione ictis auxiliatur.*

Calidum ſecundo, & ſiccum quodammodo ordine Gal°.

LYCHNIS *ſyl. rubello flore: an Heſperis Theoph.? Aduerſ. pag. 142.*



DIOSCOR. *Semen duarum drachmarum pondere potum, bilioſa per aluum ducit, & à ſcorpione ictis efficaciter: aiunt etiam ſcorpiones torpeſcere, & ad lædendum inefficaces reddi, hac herba ipſis appoſita.*

LYCHNIS ſylueſtris hirta.



LYCHNIS *ſylueſtris hirta.*
*Lychnis ſyl. quinta Cluſij.*

Alia non eſt abſimilis, quam à folijs hiſpidis hirſutam diceremt. E fibroſa & implexa radice complures rotūdi, geniculati, hirti, villoſi ue furculi, & folia Nigellaſtri mollia & incana. Flos iuxta alas ſuaue rubens Lychnidis ſylueſtris. Semen in capitulis ſiue calycibus Ocymaſtri. Areis, ſegetibuſque Gallo-prouinciæ & Norbonenſis agri gaudet.

LYCHNIS ſyl. prima Cluſij.
& Behen album Salamantinum.



LYCHNIS ſyl. altera incana cauliculis ſtriatis.
Papauer Spumeum quorundam.



Rariorem multò, Belgio difficiliùs oriundam, mihi minimè animaduerſam fateor; ſed poſteris ſcitè etiam à Carolo Cluſio literis proditam; cuius idcirco indicium & deſcriptionem ſequemur, vt gratiam nobiſcum habeant, acceptamque referant herbarum ſtudioſi illi cui debetur.

CLVS. Geniculatos habet cauliculos, pluréſque alas facientes, pedales aut maiores: folia in ſingulis geniculis bina, ternáue, interdum plura, anguſtiora quàm reliquarum, in virore candicantia, & quaſi cæſia: flores in ſummis ramulis, ex quinis non pluribus foliis biſulcis congeſtos, interiore parte candidos, exteriore purpuraſcentes aliquantum, & antequam omnino tabeſcant, ſeſe contrahentes & circumuoluentes: calyces duros admodum, breues & ſubrotundos: ſemen paruum, rotundum, Papaueris rhœadis ſed cinereum continentes: radicem ſatis craſſam, candidam, multifidam, ſed non perennem. Quibus facultatibus ſit prædita, compertum non habeo, deguſtata verò ſubamaro ſapore deprehenditur.

Lych. ſyl. 2. Cluſij inter Caryophyllos.

LYCHNIS ſyl. altera incana cauliculis ſtriatis.

Dodrantalis hæc herbula Lychnidi marinæ facie proxima, nuſquã, niſi in Gallo-prouinciæ & Italiæ campeſtribus & vineis à me reperta: quinis & ſenis ſeſquipalmaribus ramulis & foliorum gemino poſitu, effigie & ortu humile Nigellaſtrum, ſiue Pſeudomelanthium apprimè refert; ſed quàm ſtriati confertim ſtipati ſemen claudentes florum calyculi, Lychnidis marinæ. vniuerſa planta albicat, guſtu præſicco nonnihil calido.

LYCHNIS

Lychnis *ſyl. hirtæ minima.*

*Lychnis ſyl. 6ª. minima Cluſij.*



Varietas. Quæ aridis, ſaxoſis collibus Narbonæ & Salamanticæ vicinis flores fert aliquando minores; odoratè ſanguineo purpureo nitentes: nec alia ſui parte diſſimili, niſi quia tota delicatior palmum vix æquans: plantulá hirta.

Lychnis *ſyl. 3ª. Cluſij, cauliculis ſtriatis.*



Non diverſæ naturæ aut figuræ eſt Lychnis illa affabrè à Cluſio poſteritati exhibita, geniculato cauliculo, ſed paucioribus ramis concavo; & binis foliis è geniculis ſingulis virentibus magis rigidioribuſque: floribus item iuxta alas, dilutè rubentibus & calyculis cinereis amplis, ſtriatis, ſemen cinereum reliquis maius claudentibus.

Lychnis *Chalcedonica miniata.*



Lychnis *Chalcedonica miniata.*

*Adverſ. pag. 143.*

*Flos Conſtantinopolitanus Dod.*

Lychnis Chalcedonica lanas expurgat Saponariæ ritu.

Ocimoides

OCIMOIDES, ſiue OCIMASTRVM. *Aduerſ. pag. 143.*
*Lychnis ſylueſtris Dod. Polygonatum Tragi.*

SPVMEVM *papauer vulgo. Aduerſ. pag. 143.*
*Behen album Monſpel.*
*Polemonium Dod.*
*an Melandryum Plin. lib. 26. cap. 7.*



OCIMASTRVM *Valerianthon. Aduerſ. pag. 144.*
*Valeriana rubra Dod.*
*Valeriana rubra & Behen rubrum Belgarum.*
*Saponaria altera & Struthion Vlyſſis Aldroandi.*
*an* CONDVRDVM *Plin. lib. 26. cap. 5.*



Iecinori herba Melandryum medetur, naſcens in ſegete ac pratis, flore albo, odorata. Eius cauliculus conteritur ex vino vetere. Item herba chalcetum è vineis contrita imponitur.

OCIMASTRVM *Valerianthon.*

*Plin.* Solſtitialis herba flore rubro, quæ ſuſpenſa in collo comprimere dicitur ſtrumas.

*Lege in Aduerſ.* Radice odoratiore, Valerianæ æmula; cuius vires nonnihil referre videtur, ſed imbecilliores; humido quippe excrementitio obundatur in Belgio potiſſimum.

OCIMOIDES

OCIMOI- DES REPENS Polygoni- folia. Aduerſ. 144



LYSIMACHIA LVTEA. Belg. Geel weede- rick. Ital. & Hiſp. Lyſi- machia, lege Gal. Cor- neolle. Ad- uerſ. 144.



LYSIMA- CHIA pur- purea ſpicata Pliniana: Lyſimachia altera Matth. Belg. Parsche Ad- uerſ. 144.



LYSIMA- CHIA ſili- quoſa. Ger. Braun & Rot weide- rich. Delphi- nium Dioſc. Daleſc. flos & ſemen quadrant. Aduerſ. 145.



CHAMAENERION Geſneri. Delphinium bucinum Dioſc.? Aduerſ. 145.

Lyſimachiæ ſiliquoſæ varietas.



*Lysimachia cærulea hortenſis.*
*Aduerſ. pag. 145.*
*Veronica recta quorundam.*



GALERICVLATA.

rattuas mituidatia lx scordotim appellat bi de plimu



DIOSC. *Foliorum ſuccus adſtringentem ſuavi, ſanguinis reiectionem ſupprimit: dyſentericis potui datur, aut infunditur. Menſium abundantiam ſiſtit, in peſſo. Sanguinis profluvio ſubuenit, ſi naves ea herba obturentur. Vulnerum cruorem cohibet, acerrimum nidorem ſuffita reddit; qua de cauſa ſerpentes fugat, & muſcas interficit.* Eadem G. lib. & Aegin.

LYSIMACHIA *Galericulata cæruleopurpurea.*
*Aduerſ. pag. 144.*

Riuulorum & fluminũ ripas & depreſſos agrorum margines Londinenſis & Antuerpiani agri ſequitur hęc. plures emittit quadratos ſeſquipedales & bicubitales geniculatos pediculos; in quibus folia Lyſimachiæ purpureę ſimilia, ſcordei æmulatione atrouirẽtia, ex geniculis gemina, è quibus inſtar galericuli flores cęruleopuniceantes. Radice variè diuaricata repit: vt nulli dũ hactenus deſcripta aut depicta, ſic vſu neglecta aut incognita.

C cxv

Conyza *media. Hiſp.* yerua de las pulgas oloroſa. *Aduerſ.* 143.

Aſter Atticus luteus Fuchſ. & perperam Calamintha tertia.



Conyza *minima, minimè omnium glutinoſa; perperam Conyza minor Matthioli. Pſyllium Cordi. Aduerſ pag.* 145.



Diosc. *Conyzæ duo genera, quæ parua vocatur, odore præſtantior eſt. maior verò, frutice altior, & folijs latioribus, graui odore vtriuſque folia oliua ſimilia, hirſuta, pinguia. in maiore caulis binum cubitorum altitudine attollitur, in minore pedem æquat. flos fragilis, lutei aut fului coloris: qui in pappum abit. radices ſuperuacuæ. Si ſſ ... ſubſtratúque frutex totus ſerpentes fugat. culices abigit: & pulices necat. Folia conuenienter illinuntur ſerpentium plagis, & tuberculis, ac vulneribus. flores* [a] *& folia cum vino ad menſes partúſque eijciendos bibuntur. item contra vrinæ ſtillicidia, arquatum morbum, & tormina. comitiales pota ex aceto adiuuant. Decoctum in deſeſſionibus medetur vuluæ malis. Impoſitus ſuccus abortum facit. ex oleo efficaciter horroribus oblinitur. Capitis dolores tenuis illita ſanat.*

Met. Conyzæ maiori nõ folia oleæ, neque pinguia, vti Mõſpelienſi vtriuſque.

[a] Idem Gal. & Paulus.

*Conyza media.*

Eſt Tertia Dioſcoridis Conyza minimè pinguis, multò tamen grauioris odoris, & iniucundioris, [b] ſed inefficacior. folijs mediæ inter maiorem & minorẽ amplitudinis prouenit locis humentibus; Belgio, Galliæ, Italiæ, & Germaniæ familiaris.

[b] Gal. idem & Paul.

Gal. & Paulo Maior & minor ſunt tertij ordinis in calfaciendo & ſiccando: proinde oleum in quo eæ fuerint, febrium rigores per circuitum remanentes ſedant.

Maior digerit & ſiccat potenter decocto & fomento.

ἀστὴρ Ἀττικὸς ἢ βουβώνιον
ASTER AT-
TICVS.



Aster Ita-
lorum.



ASTER CO-
NYZOIDES
GESNERI.



ASTER ATTICVS *ſupinus Cluſij.*



ἀστὴρ ἀττικὸς ἢ βουβώνιον ASTER ATTICVS. *Aduerſ. pag. 147.*
*Gal.* Eſtoillee *&* aſpergoutte menue. *Hiſp.* Bobas.
*Germ.* Megerkraut/buchkraut *&* ſternkraut.
*Et Bubonium, id eſt, Inguinaria & Inguinalis, quòd inguinibus medeatur.*
*Oculus Chriſti, Monſpel.*

DIOSC. *Quæ caulem ambiunt folia ſtellæ modo radiata, oblonga, hirſuta, feruenti ſtomacho, oculorum inflammationibus, procidua ſedi, ac inguinibus, illitu auxiliatur. Tradunt purpureum florem, ſi ex aqua bibatur, anginis, & pueris comitiale malum ſentientibus, opitulari. Inguinum inflammationi recentem illinere conuenit.* Aegin. eadem.

Aegin. Mixtam facultatem, diſcutientem & refrigerantem ſortitus eſt. *lege perfamiliarem.* *lege* Aſter luteus fruticoſus, *lin.* 14. & *lin.* 16. Nemauſum. *lin.* 49. *lege* montanus.

ASTER *Italorum flore purpureo luteo. Aduerſ.* 147.

Nonnuſquam in Galloprouincia, Narbonenſi Gallia & Longobardia occurrit hic Conyzæ facie: floribus non modò luteis; ſed mixto luteo purpuraſcentibus, foliola radiantiũ ſtellatum æmulatione exerentibus: nec ſecus in pappos dehiſcentibus ſitu & ortu Aſteris Lunariæfolij Narbonenſis; maioribus tamen, cæteroquin omnia cum luteo eadem. Belgis hortenſis eſt.

pag. 148. *lege lin.* 17. ſimilia.

GLASTVM *ſatiuum.* ἰσάτις ἥμερος. *Gal.* Gueſde *&* paſtelcultiue. *Angl.* Wode *&* wade. *Germ.* Weydt. *Belg.* Weedt. *Hiſp.* Paſtel. *Ital.* Guado domeſtico.
*Aduerſ. pag.* 148.



ASTER CONYZOIDES.
CONYZOIDES GESNERI.

In Anglia, Belgio & agro Louanienſi iuxta academiæ pomœria frequens hic oritur: facie, folijs & ſurculis dodrantalibus, interdum & maioribus Conyzæ minimæ. flores aſteris obſoleto luteo in pappos dehiſcentes.

ASTER ATTICVS *ſupinus Cluſij.*

Virgultis exit crebris, hirtis; humi fuſis, ab vna radice prodeuntibus: folia edit oblonga hirſuta Lychnidis aut Stellæ atticæ, numeroſa & viridiora. flos luteus buphthalmi aut Chryſanthemi. ſpõtè oritur quibuſdã Caſtellę locis Cluſio auctore.

GLASTVM *ſatiuum.*

DIOSC. *Illita folia tumores omneis diſcutiunt, cruenta vulnera glutinant. ſanguinis profluuia ſiſtunt. ignem ſacrum, phagedænas, putreſcentia vlcera, & quæ ſerpunt, ſanant.*

Eadem Gal. & Plin. Subdit Gal. Satiuum tumores œdematodes mirificè diſcutit, ſimul & reprimit, omnibúſq; vlceribus malignis mirabiliter reſiſtit. etiã ſi putreſcãt, etiã ſi erodãtur. Quod ſi quãdo laborantibus natura valídior appareat, folijs eius tritis aut panem, aut hordeaceam farinam, aut triticeam, aut polentam, pro vincente in vnoquoque affectu, miſcere oportebit.

ἰσάτις ἀγρία
Iſatis ſyl.
Ger. wild weidt. Belg. wild weede. Angl. wild wadde & woode. Gal. Paſtel ſauuage. Hiſp. paſtel ſaluage. Ital. Guado ſaluatico. Aduerſ. 148.



Iſatis ſyl. Vaccaria dicta: Thamecnemon Cordi, Glaſtum primum Anguil. Aduerſ. 148.



Lvteola
Belg. wouwe, Gallobelgis V Vaude. Germ. Streichkraut. Antirrhinum Tragi. Aduerſ. 149.



Sesamoides paruum Cluſij.



DEI GRA REX ARAGONVM · ALEXANDER · FERDINANDVS · VALENTINVS

SYLVESTRE *Glaſtum.*

DIOSC. *Eadem quæ & ſupradicta præſtat: potu & illitu lienoſis auxiliatur.*

Gal. Syluestre potentiſſimè humidis putredinibus obſiſtit; ad cætera verò iam comprehenſa deterior: immoderatius enim & cum mordacitate deſiccat; talia namque irritantur hoc pacto, & phlegmone grauari incipiunt. Cæterùm ob facultatis robur lienoſis quoque vtilis eſt, quum altera prodeſſe nondum poſſit.

ſum. Plin.

SESAMOIDES *paruum Salamanticum Cluſij.*

His accerſenda videtur ea herbula, (nonnulla ducti ſimilitudine) quam icone & deſcriptione Seſamoidis minoris Salamantici nomine, poſteritati patefecit in hunc modum C. Cluſius. Ab vna perenni candida duriuſcula & craſſiuſcula radice, plures cauliculos emittente, lini folijs denſis, à medio ſummo tenus floſculis racematim, initio ex herbido purpurantes, deinde villis expallentes, è quorum medio veluti quatuor grana viridia conſpiciuntur, quæ decidente flore in ſiliquas excreſcunt, ſemine exili nigricante plenas. In collibus Salamāticæ proximis prouenit lapidoſo ſolo, vbi Maio floret, & ſubinde ſemen profert.

EPHEMERON *Matthioli, vel potius Ephemerum ſpurium. Giglio matto.i. Iris fatua Matth. Anamenſibus.*



TITHYMALVS *Paralius. Germ.* Xee wolfs milch. *Hiſp.* Leche trezna, Lletrera marina. *Ital.* Tithymalo marino. *Aduerſ. pag.* 150.



Characiæ & Myrſinitiſi-mile: aduerſ. reconditur Dioſc.

Herbariorum ſedulitate Belgij hortis indigenum factum eſt; quod Glaſto vel Lyſimachijs annectendum videtur foliorum qua.lam & plantæ de facie affinitate: folia quippe Lyſimachiæ, Glaſti aut Luteolæ media, in ſeſquicubitalibus cauliculis denſis, multiſque alis concauis; floſculi candicantes Verbaſci nigri, quinario foliorum numero. Semen puſillum in rotundis lini pericarpijs occluſum, radix multum fibrata Iſatidis.

MYR-

*ἰσάτις ἀγρία*
ISATIS ſyl.
Ger. wild weidt. Belg. wild weedt. Angl. wild wadde & woode. Gal. Paſtel ſauuage. Hiſp. paſtel ſaluage. Ital. Guado ſaluatico.
Aduert. 148.



ISATIS ſyl. *Vaccaria dicta: Thamecnemon Cordi. Glaſtum primum Anguil. Aduerſ. 148.*



LVTEOLA
Belg. wou-we, Gallo-belgis VVaude. Germ. [illegible] Antirrhinum Tragi. Aduert. 149.



SESAMOIDES paruum Cluſij.



SYLVESTRE *Glaſtum.*

DIOSC. *Eadem quæ & ſupra dicta præſtat: potu & illitu lienoſis auxiliatur.*

Gal. Syluestre potentiſſimè humidis putredinibus obſiſtit; ad cætera verò iam comprehenſa deterior: immoderatius enim & cum mordacitate deſiccat; talia namque irritantur hoc pacto, & phlegmone grauari incipiunt. Cæterùm ob facultatis robur lienoſis quoque vtilis eſt, quum altera prodeſſe nondum poſſit. Item Plin.

SESAMOIDES *paruum Salamanticum Cluſij.*

His accerſenda videtur ea herbula, (nonnulla ducti ſimilitudine) quam icone & deſcriptione Seſamoidis minoris Salamantici nomine, poſteritati patefecit in hunc modum C. Cluſius. Ab vna perenni candida duriuſcula & craſſiuſcula radice, plures cauliculos emittente, lini folijs denſis, à medio ſummo tenus floſculis racematim, initio ex herbido purpurantes, deinde villis expallentes, è quorum medio veluti quattuor grana viridia conſpiciuntur, quæ decidente flore in ſiliquas excreſcunt, ſemine exili nigricante plenas. In collibus Salamáticæ próximis prouenit lapidoſo ſolo, vbi Maio floret, & ſubinde ſemen profert.

EPHEMERON *Matthioli, vel potius Ephemerum ſpurium. Giglio matto à. Iris fatua Matth. Ananienſibus.*



TITHYMALVS *Paralius. Germ.* Zee wolfs milck. *Hiſp.* Leche trezna, Lletrera marina. *Ital.* Tithymalo marino. *Aduerſ. pag.* 150.



Characiæ & Myrſiniti ſimile: ad viua reconditur Dioſc.

Herbariorum ſedulitate Belgij hortis indigenum factum eſt; quod Glaſto vel Lyſimachijs annectendum videtur foliorum quadam & plantæ de facie affinitate: folia quippe Lyſimachiæ, Glaſti aut Luteolæ media, in ſeſquicubitalibus cauliculis denſis, multiſque alis concauis; floſculi candicantes Verbaſci nigri, quinario foliorum numero. Semen puſillum in rotundis lini pericarpiis occluſum, radix multum fibrata Iſatidis.

MYR-

MYRSINITES Myrthifolius, Myrtaria Gazæ. Ital. Tytymalo Mirſinite.

Ijge mucronata.



TITHYMALVS ... ſcopius ... la vulgaris Trag. Germ. Wolfſz milch. Aduerſ. ...



TITHYMALVS cyparittias. Dioſc. Eadē vis quæ ſuperioribus. Aduerſ. 152.

Ijge Cypreſſinus.

Perperam Eſula minore Ital.



PITYVSA, ſiue, Pitys. Officinarum Eſula maior. Turpetum ... Aſia rij, & Tithymalus Cypariſſias Trag. Aduerſ. 152.

Angl. Spurge. Hiſp. Eſula menor.

[illegible]

[illegible]



Myr

MYRSINITES, *Myrthi folius. Aduerſ. 150.*

DIOSC. *Sim iis ſuapte natura daphnoidi, mordaci guſtu. Succus, radix, ſemen, folia, conſimilem Charatiæ ſortitur facultatem, ſed ad citandas vomitiones inualidior hæc eſt.*

TITHYMALVS *annuus Pityuſæ facie.*

Pityuſæ ſimillimus hic Tithymalus; ſed varietas cernitur in radice lignoſa, quæ non ſerpit, & floribus, qui in vmbellis pluribus à medio, ſummo tenus, caule cubitali, exeunt. Hunc Mutoni noſtri hortus & plures alij ſponte naſcentem habent.

ESVLA EXIGVA *Tragi.*

Omnium Tithymalorũ minima eſt Eſula exigua Hieronymo Trago memorata. In noſtris ſegetibus Gallobelgij & Angliæ ſæpe æſtiuo tẽpore reperitur cauliculo palmum & ſeſquipalmum longo, paucis folijs Tithymali cypariſſiæ breuioribus & minoribus multò: floſculis item luteolis & herbaceis, ſummis pediculis, & iuxta alas, & ſemen exile tricoccon edentibus. æſtiua planta.

ESVLA DVLCIS *in Erino. Aduerſ. 216.*

Dulcis quia cæteris minus acris; vultu Pepli ſiue Rotundæ Eſulæ: caulis ſequipedalis flos: & ſemen vt peplus; ſed folia paulo longiora.

MESVE. Maior viſcera vlcerat, ob id pernicioſa. Parua eſt præſtantior, præſertim cortice radicis tenui, leui, fragili, ſubrubro caſſiæ modo, ante ſex mẽſes collecto. Nam recens quo menſe collecta mala eſt, vti & niger, & circa loco aliquo prope thermas. Colligẽda eſt Veris initio. Lac autẽ quod calidius, acrius, ac valentius fine Veris. Calida ſicca principio tertij gradus, ſubſtantia conſtat tenui, igne acri, incidente, tenuante, fundente, ſiccante, aperiẽte: & terrea ſtyptica etiã ſiccante materias altiùs immerſas. purgat valẽter pituitã, aquas, atram bilem etiam à iuncturis: ob id harum doloribus confert, & hydropi inſigniter, ſed nocet cordi, ſtomacho, hepati, viſcera excoriat, venarum ora diſrumpit, corpus immodicè ſiccat, ſemen abſumit, febres inflammando excitat, lacte ſuo maximè. Ob id miſcenda ei ſunt cardiaca, ſtomachica, hepatica, adhæc glutinoſa, cogentia, & adſtringentia: glutinantia vt gummi, tragacanthum, bdellium, mucago pſyllii, ſuccus portulacę. Poſtremò refrigerãtia, & calorem illum extinguentia. Infundatur ergo in acetum, præſertim quo cydonia ſunt macerata aut decocta, & ſuccum intybi, vel ſonchi, vel portulacæ, vel ſolani: additis autem myrobalanis, abſinthio, aloë, præſtantior euadit. Iudæus infũdendo in acetum, aut lac ſæpe mutando, & ſiccando corrigebat. Si te autem immodicè purgat, ſede in aqua frigida ex Rufi conſilio. Frigus enim ambiens & medicamenti virtutem in vnum cogit, ipſimque roborat, & per accidens iuuat, protruſis à ſe materiis ad meatus per quos ſunt vacuandæ, ſuccurrendumque eſt, vt in canonibus diximus.

PITYVSA ſiue ESVLA *minor altera floribus rubris.*



Pityuſæ ſpeciem aiunt Belgæ ſtirpium peritiores ſpithameum & pedem altam, foliolis Eſulæ paruæ. Floſculis rubris & ſemine Pepli, pyxidata pelta ſane foliola tranſmittentibus, Tithymalorum ritu.

PITYVSA.

DIOSC. *Detrahit per aluum radix drachmis duabus data in aqua mulſa; item ſeminis drachma: ſucci cum farina ſubacti cochlearium, in catapotio datur. Modus foliorum drachmæ tres.*

ESVLA *maior Germanica. Turbith nigrum & adulterinum. Gal.* Turbith noir. *Hiſp.* Eſula mayor. *Ital.* Eſula maggiore. *Aduerſ.* 152.

Radix aceto maceratur, eadem ratione qua miſcebant ſalem & acetum Elleboro antiqui, quò celerius exigeretur Helleborus, vti ſuo loco nonuimus. Inflammationem enim aut caloris impreſsionem quæ fieri ſolet à medicamenti cunctatione, anteuertit. *Deme & Anguia.*

Radicem Eſulæ maioris aceto & lacte præparatam in puluerem redactam à granis 12. ad grana 16. enemate infundere ſolemus, & in medicamento cholagogo grana 6. vel 8. ſine moleſtia: pituitoſis verò ad tempus tantillum ſubmoleſtum, quia ægriùs pituita expellitur. Angliæ frequentiſsima in ſylua D. Ioannis Coltes, prope Barthoniam.

DENDROIDES. *Ital.* Titymalo arboreo, *Aduerſ. pag.* 152.

CHARACIAS *Monſpellienſium, Cluſij, & Matth. Aduerſ. pag.* 152.

*Iopē Myrthi ſpecie: & paulo poſt lege frutice.*





DIOSC. *Euſdem effectus cuius ſuperiores, ſimiliq́ue modo reconditur.*

CHARACIAS *Monſpellienſium.*

Quem noſtra ætate ſcriptores & Monſpellienſes Characiam genuinum ſtatuerunt, Platyphyllon (vt fieri ſolet, ignoratione & penuria meliorum) opinati & tutati ſumus, quòd huic præ cæteris folia ineſſent latiora, vt Plinio etiam viſum, ad violæ albæ & minimi ſylueſtris verbaſci accedentia, ſimilitudine, ortu & parilitate, latifolium hunc dici oportere. Sed cùm alium inſuper nactus ſit C. Cluſius omnibus notis melius quadrātē, de quo mox dicemus, ei lubēs aſſentimur. Malumus vera prodere & ſententiam mutare (non enim adeo nobis placemus) quàm, Senenſis exemplo, maximo detrimento non modò tyronum, ſed & doctiorum quam plurimorum, ad noſtram gloriam effigies cōcinnare & detorquere, aut apros ſyluis appingere. Eſt enim Characias hic vt plurimū vnicaulis, interdū plures caules emittēs cubitales, & bicubitales, cæterorū tithymalorū ritu inferiore parte glabros: foliis latioribus, longioribus, & rigidioribus prægrandis Pityuſæ ſiue Eſulæ maioris. Flores Maio & Iunio, non luteoli, ſed nigri, & ſemen trilaterum circinata foliola traiiciunt. Radix digitū craſsitie æquat. In Narbonæ, Gallo prouinciæ, aliiſque quamplurimis Galliæ locis ſaxoſis, collibus & fluentum ripis, nihil frequentius, etiamq́ue ad Lani crepidines, & pontem Caſtri noui.

CHARACIAS.

DIOSC. *Succus aluū purgat, trahit pituitam bilémque, binis obolis in poſca ſumptis, & cū aqua mulſa, vomitiones mouet. Appetante vindemiarum tēpore, ſuccus congeſtis ramulis, mox diſſectis, & vaſe concluſis, excipitur. Antiqui*

*ſi qui adijciunt farinam erui, & in paſtillos digerunt, qui erui magnitudinem impleant. Alij in aridas ficos, ternas quaternáſue guttas inſtillant, vt cum his inareſcant: quas ad vſus recondunt. Per ſe etiam tuſus in pila, & in paſtillos coactus reponitur. Porrò cùm extrahitur lac, neque quò ventus aſpiret, ſtare quenquam, neque manus oculis admouere conuenit, ſed antequam colligas, corpus, præſertim faciem, collum, ſcrotúmque genitalis, adipe, aut oleo cum vino perungere. Fauces autem exaſperat. quapropter catapotia cera aut decocto melle, oblini par eſt, & hoc modo dari. binas tamen ternáſue ficos, purgationis gratia ſumpſiſſe ſatis eſt. Recens lac ex oleo, perunctos in ſole capillos euellit, renaſcentéſque flauos & exiles efficit: denique omnes perimit. Dentium cauernis inciſum, leuat dolores. ſed cera dentes oblinendi, ne ſuo delapſu, fauces & linguam vitiet. tollit illitu impetigines, formicantes verrucas, penſiles, & quæ thymi florem repræſentant. valet aduerſus pterygia, † carbunculos, phagedænas vlcerum, gangrænas, fiſtuláſque. Legitur ſemen autumno, & ſiccatum ſole leuiter tunditur, ſerueſactúmque loco mundo reponitur. Folia item ſiccantur. Semen & folia lactei ſucci effectum præbent, dimidio acetabulo pota. Sunt qui inueterant, admiſſo cū lacte lepidio, & caſeo contuſo. Radix drachmæ pondere in hydromelite pota, per inferna trahit. decocta cum aceto, dentium dolori auxiliatur, colluto ore.*

† Gal. quia valenter tum excalfaciunt, tum extergunt, ſi in tempore & moderatè vtare, iuuare aliquando poterunt. Veruminvero & fiſtularum callos eximunt eadem facultate.

Gal. Tithymali omnes vincentem habent acrem calidamque facultatem: ineſt verò & amaritas. Validiſſimus eſt itaque eorum liquor. ſecundum locum tenet ſemen, & folia: ſed & radix dictarum facultatum particeps eſt, ſed non ex æquo. Sanè ipſa cum aceto decocta dolores dentium ſanat, maximè qui illis eroſis proueniunt. At liquores vt qui valentiorem vim habeant, in foramina quidem ipſa dentium induntur: cæterùm ſi aliam corporis partem contigerint, continuò adurunt, vlcerántque: proinde foris illis cera circumlinitur: quippe cùm ex quarto ſint excalfacientium ordine, quem eſſe adurentium poſuimus. Sic pilos quoque ſuccus inunctus tollit. Porro cùm vehementior ſit, oleo miſcetur: & ſi id ſæpe fiat, tandem prorſum pilorum radices aduſtæ extirpantur, corpuſque depile reddetur. Eadem facultate verrucas, quæ acrochordonas nominant, & myrmecias, & pterygia ſiue oculorum vngues & thymos auferūt, detergentq; lichenas & pſoras, quia ſcilicet & abſtergendi facultas ineſt propter amaritudinem. Porrò cùm ſeptē ſint eorum genera, valentiſsimus eſt quē Characiā nominant; quē vtiq; etiam quidā marē cognominant, & femina nuncupata Myrſinites, & qui in petris naſcitur, ad modū arboris, deinceps qui verbaſco adſimilis eſt, & Cypariſſias: deinde paralius ſiue marinus; deniq; helioſcopius. Proportione verò cōprehēſe illorū facultatis & cinis, & ex ipſo lixiuiū erit. Cæterùm hæc omnia genere quidem ſimiliter, imbecillius tamen, & folia & fructus præſtare poſſunt.

Mesve. Tithymali omnes cordi, iecinori & vētriculo maximè officiunt: vaſa diſrūpunt: inteſtina abradūt; vniuerſum excalfaciūt corpus, adeo vt inde febres facilè cōcitētur. Tollitur prima Tithymali noxa ijs admiſtis quæ cor, hepar & ventriculum roborant. Secunda verò & tertia ijs, quæ agglutinatoria facultate pollent; cuiuſmodi ſunt Tragacanthę lacryma, gummi, Bdelliū, Pſyllij ſeminis ſpiſſamentum. & Portulacæ ſuccus. Tollitur & quarta admiſtis frigidis & humidis. Proinde aut Sonchi ſucco aut Intybi, aut Portulacæ, aut horrēſis ſolani, aut aceto cum cydoniorum ſeminibus diutius rudicula agitato commiſcent. Vulgaris vſus Tithymalus pituitam vehementer deijcit, & atrum quē vocant ſuccum pariterq; pituitas ad articulos decurrētes. Aquam inter cutem validiſſimè extrahit: nihilo ſecius exſiccat vniuerſum corpus, & genituram extinguit. vnde Ruſticorum medicamenti nomen ſibi meritò aſciuit.



Characiæ varietas.

Varietates.

*Monſpel* AMYGDALOÏDES.
*Characias primus Dod.*

Monſpellienſis agri ad crepidines Lani cis pōtem Caſtri noui; item Lugduni ad pomæria peninſulæ Gallicè Aynez, (quaſi fluminum inguina dixeris) Aureliæ, Biturigibus & alibi Galliæ plurima. folio Characiæ Anglicæ, ſed longiore, molliore, & longe maiore, latiore, magiſq; ſparſa fætura peltata coma: radix fibroſa. Semen in Belgium deferendum Monſpelij tradidi.

Apvl. Ad verrucas tollendas. Tithymali lactem mixtum cum batrachij herbę ſucco ſi in verrucas impoſueris, tertio die ſanabit. Ad fiſtulas. Tithymali ſuccum cum vino mixtum ſuperexprimito, deinde cæteris fomentis obligato. Ad lepram. Tithymali florem cum reſina decoque, & leproſum illine, non ſinet creſcere.

MYRSINITES altera, & Turbith Alexandrinum quorundam. Characias quarta Dod. & Belgarum.



PLATYPHYLLVM Hiſpanicum.



Cognatiorem multò Characiæ quàm Myrſiniti Tithymalo putarunt Belgæ, quamuis priuſquam vmbellas pandat, ſuprema folia proferat occluſa, quæ veluti nucem Amygdali adumbrare videantur: folijs tamen pallidè virentibus characiæ æmulis, ſed minoribus anguſtioribuſque: fructus & flores luteos herbaceos cæterorum Tithymalorum ritu geſtat: radice craſſa altè depacta. E Narbonenſi agro & Galloprouincia in hortis Belgicis alitur.

PLATYPHYLLVM *Hiſpanicum.*

Platyphyllum legitimum eruditiſſimi Cluſij noſtri ſedulitate & opera innotuit; qui hoc in Valentino agro inter Biar & Huentinente via ſalebroſa inter medios frutices reperit. Folia quàm Amygdaloidis aut Characiæ latiora, rotundiora, Iſatidis nouellæ figura proxima viridia denſaque. Caulis ſeſquidodrantalis: Floſculi purpurantes ex luteo, itidem vmbilicata folia traijcientes: radice craſſa & candida.

DIOSC. *Platyphyllos Verbaſco ſimilis. Radix, ſuccus & folia per inferna trahunt aquas. Piſces necat, tuſus & aquæ inſperſus. Reliqua Tithymalorum genera quæ ſupra ſcribuntur, idem efficiunt.*

Eadem Gal. celerrimè namque in vertiginem acti, ac ſemimortui redditi, ad aquæ ſuperficiem feruntur.

LATHY-

LATHYRIS ſiue CATAPVTIA minor.

πέπλος PEPLVS ſiue Rotunda ESVLA. *Gal.* Reſueille matin des vignes. i. *euigilium matutinum vinearum. Germ.* Teuffels milch. *Diabolicum lac. Hiſp.* Peplo. *Aduerſ. pag.* 153.





πέπλις PEPLIS. *Hiſp.* Peplide. *Aduerſ.* 153.



LATHYRIS *ſiue* CATAPVTIA *minor.* λάθυρις. *Germ.* Spꝛingkraut & ſpꝛinkoꝛner, Teriebkoerner. *Belg.* Spꝛinckrupt eñ Spurgie *Ital.* Catapuſa minore. *Hiſp.* Tartago. *Gal.* Eſpurge. *Aduerſ. pag.* 153.

DIOSC. *Grana guſtu dulcia. Nullus radicis vſus. totus frutex lacteo ſucco turget, vti Tithymalus. Grana ſex aut ſeptem in catapotio, aut cum ficis, aut palmulis deuorata, aluum purgant, ſed aqua frigida poſtea ſorbenda. trahunt autem bilem, pituitam, & aquas. Succus, tithymali modo exceptus, eundem effectum præbet. Cum gallinaceo aut oleribus ſoliis decoquuntur ad eoſdem effectus.* Idem Gal.

PEPLVS.

DIOSC. *Fructus tuſus & ſiccefactus reconditur. Bilis ac pituita detrahitur, acetabulo eius in hydromelitis cyatho poto. obſoniis inſperſa conturbat aluum. muria conditur.* Tithymalis vis ſimilis. Gal.

πέπλις PEPLIS.

DIOSC. *Colligi, reponi, ac dari, vti peplos, & ſale condiri ſolet. Eaſdem habet vires.*

Sale conditur ad accelerandam operationem. Tithymalorum modo expurgat Ægin.

CHAMÆSYCE *Aduerſ. pag. 154.*

DIOSC. *Rami ex vino triti vului dolores ſedant, in peſſo appoſiti, tollunt tumores, ac verrucas omnium generum*
Eadem Gal. *illiti. Decoctorum cibo aluus reſoluitur. Succus ſimili effectu prodeſt: illita contra ſcorpionis ictum auxiliatur. Aduerſus caligines oculorum vtilis, & hebetudines; incipientes ſuffuſiones, nubeculas, cicatrices, cum melle iunctus.*

Gal. Abſtergendi ſimul & acrem vim poſſidet. Hebetudinem viſus à craſſitie natam adiuuat: cum melle & oculorum craſſas cicatrices deterget.

APIOS. *Aduerſ. pag. 204.*
*Tithymalus tuberoſus Dod.*

NERION. *Hiſp.* Adelfa *&* Eloendro. *Ital.* Oleandro. *Aduerſ. 154.*



Iege floſculos ex luteo pallidis.



DIOSC. *Radicis ſuperior pars vomitione bilem pituitaſque extrahit: inferior per aluum. Tota vtrinque purgationes mouet. Succum ſi libet eximere, tuſa radix in fictili mergitur & agitata aqua, quod ſupernatat prima ſelectum, exiccatur. Purgat vtraque parte is ſuccus, ſeſquiobolo potus.*

NERION.

DIOSC. *Flores & folia mulis, canibus, aſinis, & quadrupedum plurimis venena ſunt: hominibus verò contra ſerpentiũ morſus præſidia, è vino pota; eo magis ruta addita. imbecillia etiam animantes vt pecus & capra, ſi aquam bibant, in qua folia ea maduerint, moriuntur.*

Gal. & Aegin. foris illitum diſſipat: intra verò corpus ſumi lethale eſt.

NERION
[illegible]



Alpigena
CHAMAE-
RHODO-
DENDROS
odora.
Aduerſ. 145



Balſamum Italicum vulgare, ſiue Rhododaphne parua ruſtica, Terionarcha Plinij putatur Guillandino.

lege minora, breuiora. 155. lin. 1.

BALSAMVM
[illegible]



MESEREVM
Germanicu, an Chamædaphne Dioſc.? Chamelæa Germanica Dod & Tragi: Perperam Daphnoides Fuchſ.
Germ. Zeuſ-kraut & Kellerhals, Zeidelbaſt, Keiland Belg. Keelhaes & Mezereon.
Aduerſ. 155.



lege [illegible] lin. 11. pag. 156.

lege Augu-ſto. pag. 156.

Alpigena

*Alpigena* CHAMÆRHODODENDRI *odore varietas*. BALSAMVM *Alpinum Geſneri & Roſa Alpina, vera Euonymos Theoph. Daleſcam. & Herbariorum.*

Huius affinem & perſimilem ſpeciem Balſamum Alpinum fecerat Geſnerus. Surculi paulo craſſiores, folia ſimillima: cuius ora tantilla hirſutie pubent, auerſa parte xerampelina. Floſculi Rhododendro minores, & confertim ſtipati. Heluetijs & Allobrogis montana eſt.

CHAMÆDAPHNE.

*An Sigillum Salomonis anguſtifolium ſit Chamedaphne Dioſc.?*

*Mutonus.*

DIOSC. *Illinuntur capitis doloribus trita folia. Stomachi ardores mulcent. Ad ſedanda tormina in vino bibuntur. Potus cum vino ſuccus menſes & vrinam ciet. Idem facit peſſo appoſitus.*

DAPHNOIDES *ſiue Laureola cum flore.* *Aduerſ. 156.*

*Deme in margine Laureola pingenda.*



LAVREOLA *cum fructu. Germ. item* Zeilant. *Gal.* Laureole. *Ital.* Oliuella. *perperam Thymelæa Tragi.*



DAPHNOIDES.

DIOSC. *Folia Lauri, quorum guſtatu, os & fauces incenduntur. Pituitas extrahunt recentia, vel arida in potu. Menſes cient & vomitum, caput inanis commanducatum. Sternutamenta mouent. Baccæ quindecim potæ aluum ſoluunt.*

*Granum* GNIDIVM, *Thymeleæ fructus. Aduerſ. pag. 156. 157.*

DIOSCOR. *Per inferna bilem, pituitam, aquaſq; detrahit, ſi viginti granorum pars interne bibatur. Verùm fauces adurit. itaq; cum farina aut polenta, aut in vuæ acino dari debet, aut melle cocto obductum deuorari. qui ægrè deſudant, trito ſemine cum nitro & aceto, inunguntur. Folia, quæ peculiariter cneorum appellantur, per meſſes colligi debent, & ſiccata in vmbra recondi. Quibus dare libeat, antea tundere, & neruos eximere conuenit. illitum acetabuli modo cum diluta vini potione, aquam extrahit, mediocrius purgat. addita lente cocta, aut contritis oleribus. Thymeleæ farina vuæ acerbæ ſucco excipitur; & in paſtillos diuiditur. herba ſtomacho infeſta. partus impoſita necat. Naſcitur in montibus & aſperis. Hallucinantur, qui coccon gnidium fructum eſſe chameleæ exiſtimant, decepti quadam foliorum ſimilitudine.* Folia Thymeleæ.

CHAMELÆA & *Thymelæa Dioſc. eſt Cneorum Guillandino. Aduerſ. pag. 157.*

DIOSCOR. *Folia guſtata linguam mordent, & arteriam deradunt. Detrahunt pituitam bilemq;, foliis præſertim in catapotio ſumptis. namq; duæ Abſinthij partes, adiecta chameleæ vna, hydromelite excipiuntur, & in catapotia coguntur. Ea autem in ventre non liqueſcunt: ſiquidem quotquot fuere deuorata, regeruntur. Foliis cum melle tritis, ſordida vlcera & cruſtoſa repurgantur.*

Gal. Vincentem habet qualitatem amaram; quamobrem ſordida vlcera, & quæ maximas habent cruſtas, cum melle purgare poteſt.

CHAMELÆA *incana Bononienſium.*

Maritimis Bononienſis agri, facie & vultu Dorycnij Monſpelliaci incanam Chameleam cubitalibus virgultis reperit eruditiſſimus D. Hermes le Clerc, Medicus Neruienſis, qui plantam aridam mihi impertiuit.

ESVLA *rara è Lio Venetorum in[illegible], floribus purpuraſcentibus, an Pityuſa Dioſc.? Aduerſ. 160.*



Hæc eadem, [illegible] Aduerſ. [illegible] ſed [illegible].

ALYPVM *montis Ceti. Aduerſ. pag. 158.*
*Eſt Ptarmica & Conyza 3ª. quorundam.*
*Hippogloſſum Valentinum C. Cluſij.*
*An Calcifraga Dioſc.?*

TVRBITH, *ſiue* TVRPETVM.
*Aduerſ. pag. 159. 160.*

Pituitam craſſam, pulmonum farctus & articulorum, remotiora abditiſſimaque excrementa pituitoſa educit. Decocto quàm infuſo efficaciùs ſuas vires exerit & exuit; vt appoſitè annotauit D. Petrus Brugelius almæ vniuerſitatis Louanienſis Regius profeſſor celeberrimus, qui ſuis decoctis vnà cũ polypodio inſeri iubet. Magni vſus & commodi ad omnia de Meſuei Turbith prodita, de quo ſuo loco dicemus.

Lege lin. 27. *caſa, & paulo poſt, cum quiſque arripuit.*

Turbith Meſuei ſuo loco.

TARTONRAIRE *Gallo-prouinciæ Maſſilienſium.*
*Seſamoides maius Scaligeri.*

AIZOON



AIZOON, *Semperuiuum maius. Aduerſ. pag. 161.*
*Hiſp.* Siempre viua maior, yerua puntera.
*Gal. etiam* triquemadame.

DIOSCOR. *Eius vis refrigerare, & adſtringere. Medentur igni ſacro, nomis, vlceribus quæ ſerpunt, oculorum inflammationibus, ambuſtis igni, podagris, per ſe, & cum polenta illita folia. Succus capiti, in doloribus, cum polenta aut roſaceo perfunditur. datur in potu contra phalangiorum ictus, dyſenteriam, aluiq́ꝫ profluuia. teretes tineas potus in vino excutit. ſubditus in vellere, mulierum abundantiam ſiſtit. Succus oculorum lippitudinibus ſanguinis vitio conceptis inungitur.*

Gal. Vtrumque, tum maius tum minus, deſiccat leuiter, quandoquidem & mediocriter adadſtringit; omnis alterius vehementis qualitatis expers; quare in eo plus cæteris abundat eſſentia aquea: cæterùm non mediocriter refrigerat. Eſt enim ex tertio ordine & receſſu refrigerãtium. Hinc etiã ad eryſipelata & herpetes & phlegmonas à fluxione natas accommodatur. Eadem Aeginetæ.

ALOE. *Aduerſ. pag. 161. Semperuiuum marinum. Sedum amarum Columellæ Dod.*
*Hiſp.* Azeuar & herba Baueſa.



ALOE folio mucronato. Aloe America Cluſ. Aduerſ. pa. 161. Valẽtinis fil y aguil i. i. filum & acus dicitur. Cluſio auctore, quòd foliorũ extremę ſpinæ, acus, & fibrę interiores fili vicem præſtent.



DIOSCOR. *Ad glutinanda vulnera ſanè quàm vtilis Arabica. Natura eius eſt ſpiſſare, exiccare, ſomnum allicere, & corpora denſare; aluũ reſoluere, ſtomachũ repurgat binûm cochleariũ menſura, in aqua frigida aut tepida pota.*

*pota. ſanguinis reiectiones ſiſtit. regium morbũ purgat, tribus obolis ex aqua, aut drachmæ pondere in potu. deuorata cũ reſina, aut cum aqua vel melle cocto ſumpta, aluum ſoluit. purgationis perfectæ cauſa, tribus drachmis ſumitur. aliis purgatoriis medicaminibus admiſta, præſtat vt minus ſtomachum infeſtent. ſicca glutinandis * vulneribus inſpargitur. vlcera ad cicatricem perducit, cohibetq́; eadem peculiariter exulceratis genitalibus medetur. diſrupta puerorum præputia iungit: condylomata, rimaſq́; ſedis ex paſſo ſanat. hæmorrhoidum abundantiam & ſanguinis eruptiones ſiſtit. pterygia ad cicatricem ducit. liuores & ſuggillata, ex melle tollit. priuatim ſcabras lippitudines, pruriginesq́; angulorum, permulcet. dolorem capitis ſedat, temporibus & fronti illita ex aceto & roſaceo. capillum fluentem continet, cum vino tonſillis, gingiuis & omnibus oris vlceribus, cum melle & vino proficit. Oculorum medicamẽtis torretur, in munda & candenti teſta, pennaq́; ſubinde verſatur, vt poſſit æqualiter torreri. Lauatur, vt quod ſit arenoſiſſimum, tanquam inutile ſubſidat, & leue ac pinguiſſimum aſſumatur.*

Ægin. Primi excalfacientium ordinis eſt, exiccatum verò tertij.

Gal. Eſt autem non ſimplicis naturæ, ſed vt indicio eſt guſtus, adſtringit ſimul & amara eſt. Adſtringit quidem mediocriter, ſed vehementer amara eſt. Subducit & ventrem, vtputa ex numero medicamentorum quæ Græci ab excernendo ſtercore vocant ὑποκοπρωτικά. verùm & ipſius facultates mixturam atteſtantur particularia eius opera; nam & gratum ſtomacho eſt medicamen, vt ſi quid aliud, & ſinus * glutinat. Eadem Plin. ** Eadem Gal. quæ & Dioſc.*

Gal. In ſumma repellere & diſcutere ſimul poteſt, cùm hoc vt paulum extergeat quantum videlicet vlceribus puris non ſit moleſtum.

Mesve. Aloë medicamentorum purgantium præſtantiſſima, & ob ſuam quandam prærogatiuam excellentiſſima. Cùm enim cætera purgantia partes noſtras principes, & ex his, ceu fontibus profectas facultates noſtrum corpus diſpenſantes, vel actionis vehementia lædant (vel nihil iuuent) Aloë ſola eas partes imbecillas roborat, & ad functiones ſuas reducit, nulla omnino actione noxia: præterquàm quòd venarum ora tantum aperit, vt per hæc ſanguis effluat. Ad has eius doteis accedit, quòd cæteris purgantibus, & his præſertim quæ vacuando corpora diſſoluunt, aloë miſta hæc ipſa corrigit, & noxis eorum prohibitis meliora reddit. Nam ſua craſſiore ſubſtantia tenuem illorum, acremq́ue naturam frangit, & noxam partium ab his promptam, celeremq́ue proprietate quadam ſubſtantiæ inhibet: ſua denique purgandi tarditate horum celeritatem contemperat, purgationemq́ue auget. His igitur ipſis nunquam non miſcenda aloë. Calfacit ordine ſecundo, ſiccat tertio, ſed tamen ſine morſu: ob id excrementa conſumit, & à putredine vindicat, etiam cadauera, præſertim myrrhæ miſta: ſanguini verò draconis, & myrrhæ iuncta, ſanat vlcera putrida & maligna, quia, vt dixi, ſine morſu ſiccat: ora tamen venarum aperit, præſertim hepatis. Quapropter hepar ab ea lædi quidam putauerunt, vtq; ipſum potiùs iuuaret, correctione effecerunt. Adhæc aloë lota, minùs aluum ſubducit, ſtomachum magis roborat: non lota contrà. Poſtremò melle excepta minùs trahendo quidem purgat: magis autem partes quas permeat, tergendo. Bilem pituitamq́ue purgat, ob id affectibus ventriculi, & cerebri, & reliquarũ partium, inde natis, vt dolori, inflammationi, ſic præcauet, vt eius creber vſus ſenſuum inſtrumenta & corpus reliquum nullo inſanabili affectu tentari ſinat; ſed ſenſus acuat, cogitationem reddat meliorem. Hepati confert, ictetum tollit, hæmorrhoidibus & ſedi nocet: ob id vitanda his, quibus iſtæ partes dolent, & aëre frigido, quia tunc ſumpta excorticatis ſanguinem educit. Vinum autem, vel aqua roſata, vel ſuccus fœniculi quo aloë fuit macerata, oculos lotione terget, viſionem acuit, delachrymationem ſiſtit. Datur ab aureo vno ad drachmas duas. Infuſa autem ab aureo vno ad drachmas tres. Veruntamen cùm & tardiùs purget aloë, ob id diu ante cibum ſumenda, & tam imbecilliter, vt eius facultas purgatrix hepar vix tranſeat, niſi largior ſumatur: cùm denique adeò venarum ora patefaciat, vt inde ſanguis emanet, his eius incommodis hac ratione occurrimus. Imprimis tarditatem purgandi aloë ipſi celeramus, ſi cum aromatibus eſſentiæ tenuioris & acribus, vt mace, nuce moſchata, cinnamomo, ſpica nardi, calamo aromatico, cubebis, ſchœnantho, aſaro, maſtiche, caryophyllis, portione pari: croco autem portione dimidia, in aquæ ſextuplo igni lento, ad aquæ eius tertiam, coquantur: aloës vnciæ ſex, in libras aquæ ſingulas: pòſt ſiccentur in vmbra primùm, deinde in ſole. Idem alij ſimiliter efficiunt per aromata ſex, quibus cum aloë miſtis Galenus hieram picram componit. Eius enim actionem talia citatiorem reddunt, & prætereà hyſſopus, cinnamomum, caſia, & alia plurima. Sunt qui celeritatem purgandi aloë acquirant, macerantes aqua illa, cui incocta ſunt aromata, deinde expreſſum potui dantes. A partibus autem remotis, trahendi poteſtatem aloë conciliamus, aliis purgantibus valenter (qualia ſunt colocynthis, turbith, & ſimilia) miſtis: vel in decocto illo aromatum, vel in ſero lactis, vel in trochiſcis, vel catapotiis, vel in alia medicamenti forma. Poſtremò venas aperire deſinit aloë, bdellio, aut tragacantho, aut maſtiche, aut ſimili permiſta. Hæc autem tria eius incommoda non modò maiora habet aloë, dictas bonitatis notas egreſſa: ſed prætereà ventrem totum torminibus dolorificis contorbat, ventriculum, & hepar, & viſcera alia lædit moleſta adeò vacuatione, vt ſua virtute illis hærente, interdum ſanguinem quoque vacuet. Hæmorrhoidibus & ſedi eadem maximè nocet. Lotione igitur



ALEXANDER ... FERDINANDVS ... DEI GRATIA

partes huius impuræ ſeparentur, & quod purius eſt, aromatum decocto maceretur, & his miſceantur quæ ipſam promptè lubricando per inteſtina deturbent: qualia ſunt aqua hordei, cum oleo nucum, aut vuarum paſſarum decoctum, aut aqua tepida cum melle. Bdellium autẽ & Tragacanthum, præter cætera, omnem aloën caſtigant, & emendant.

Ægin. Abſtergendi, diſtrahendi, & aluum ſubducendi vires continet: elota imbecilliorem exterẽdi vim poſſidet: atqui magis amica ventriculo eſt, & inflammatione leuat. Calfacit primo, ſiccat in tertio ordine. Dyſenteriæ infunditur Plinio. Et ſi difficilius concoquantur cibi, bibitur à cœna modico interuallo. Digitorum pterygia tollit, potenter exſiccat.

STRATIOTES, *ſiue* MILITARIS *Aizoides. fol. 334.*
*Sedum aquatile Dod. ſiue Stratiotes potamios.*
*Flos tribus foliis conſtat lacteis minimæ Nymphææ albæ, in pediculo emicans.*



SEDVM *minimum tertium.*



DIOSCOR. *Herba Semperuiuo ſimilis ni maiora haberet folia quæ refrigerant, ac ſanguinem qui defluit, ex vinis pota ſiſtit. Vulnera quæ inflammationem minantur, intumeſcere non ſinunt: Ignibus ſacris & tumoribus ex aceto illinuntur.*

Gal. Stratiotes aquaticus quidem humida & frigida facultate eſt.

SEDVM *minus, facie & foliis Sedi maioris.*

Alterum Sedi facie, foliolis anguſtioribus multo magisque acutis & mucronatis, munere C. Cluſij colitur in vireto generoſi viri & ſtirpium parentis benemeriti Ioannis Brancionis Mechlinienſis, apud quem nondum floruit.

SEDVM *minimum tertium.*

Omnium longè minimo ex Syria aſportato, folia quàm ſuperioris, & petræi montani Sedi minora: cauliculi ſeſquiunciam æquant, in quibus luteoli flores maiores pro plantæ exilitate, Saxifragæ albæ aut Sedi petræi montani. Radix implicata fibrata.

Reg. pa. 145. lin. 7 [illegible]

SEMPERVIVVM paruum. Aduerſ. pag. 162.



Vermicularis, ſiue ILLECEBRA maior.
Aduerſ. pag. 162.
Angl. etiam Mous taple.



SEMPERVIVVM minus æſtiuum.



SEMPERVIVVM minimum, ſiue ILLECEBRA.
Gramen 3$^{m}$. Plinianum Anglic. Aduerſ. pag. 162.
Germ. Mauerpfeffer. Ital. granelloſa, & graſella.



DIOSCOR. Vires excalfactoria, acris, exulcerans. Illita cum axungia ſtrumas diſcutit.

SEDVM

SEMPERVIVVM *paruum. Aduerſ. pag. 162.*

DIOSCOR. *Folia eiſdem cum maiore viribus prædita ſunt.*

SEMPERVIVVM *minus æſtiuum.*

Palmaris fruticoſa planta; folio exiguo Sedi minoris, rotundiore. Flos luteus, radix inutilis, guſtatû frigida. Belgis hortenſis eſt.

SEDVM *arboreſcens maius, floſculis candidis. Aduerſ. pag. 162.*



SEDVM *minimum arboreſcens vermiculatum.*



Iiſdem Syriæ natalitiis naturæ munifico iuſſu & luxu plantulam penes me habeo, fruticoſam & densè geniculatam, confertiſque foliis & ramulis. Flores luteoli vermicularis acris, vti tota facies. Vtramque in Italia oriri quoque opinor.

VERMICVLATÆ

VERMICVLATÆ fruticis varietas maior. An CHAMÆPITYS altera vermiculata Dioſc.?

Lege AIVGA vel Chamæpitys mas Dioſc. & tertia. Iua arthritica offic. Chamæpitys 1ª. Dod. & Matth. Periſterona Cratæua Anguillara. Adverſ. pag. 164. Gal. Iua artetique. Angl. Grounde pyne. Belg. Velt cypres. vulgus Ger. perperam ye lenger ye liever. Hiſp. penilho, & yua arthetica. Ital. Iua.





VERMICVLATÆ plantæ Sedi effigie varietates. Adverſ. pag. 163.

Vtrique denſi confertique ramuli: ſed quæ maior, foliis eſt albis denſiſſimè conferta, denticularis vermicularis acris, maioribus.

Exilior totáque minor altera, minus crebris foliis teretibus oblongis; & floſculis herbaceis Centinodij, ex vireto generoſi viri Brancionis oriunda.

CHAMÆPITYS altera.

DIOSCOR. *Alterum eſt genus Aiugæ cubitalibus ramis in anchoræ ſpeciem incurvatis, prætenuibus, coma ſupradictæ; flore candido: ſemine nigro. Hæc etiam pinum redolet.*

AIVGA vel Chamæpitys mas.

DIOSCOR. *Tertia mas nominatur, parvula, foliis exilibus, albis, ſcabris: caule aſpero, candido: luteis floribus: ſemine iuxta alas, Reſipit & hæc pinum. Hæ duæ vim ſuperioris obtinent, ſed non vſque adeò efficacem.*

CHAMÆPITYS

CHAMÆPITYS *prima Dioſc. pinum redolens. Aduerſ. pag. 164.*
*Altera Matth. tertia Dod. luteolis floribus.*



CHAMÆPITYS *prima.*

DIOSCOR. *Folia ſeptem diebus in vino pota, regio morbo medentur: & quadraginta diebus ex hydromelite, iſchiadicos ſanant. dantur peculiariter vrinæ difficultatibus, iocinoris, & renum vitiis. torminoſis proſunt. Et apud Heracleam Ponticam, perinde atque antidoto contra aconitum vtuntur, bibentes decoctum. ad antedicta illinitur, cum polenta iure decocti ſubacta. trita in farinam, & cum fico in pilulis * ſumpta, aluum emollit. excepta melle, cum æris ſquamma & reſina deiicit. appoſita ex melle vuluæ vitia extrahit. mammarum duritias diſcutit. vulnera glutinat. vlcera quæ ſerpunt, cum melle illita, cohibet.*

Gal. Guſtu amarum ſaporem acri validiorem obtinet. Effectu verò expurgat, abſtergitq́; viſcera pluſquam calfacit. proinde regio morbo laborantibus, & omnino quibus iecur obſtruitur, bonum eſt medicamentum. Quin & menſes ducit tum pota, tum ... oſita cum melle.

Aduerſus ſcorpionum ictus proſunt Plin°. Sanguinem denſatum pota extrahunt. ſudores facit perunctis ea. * Fiunt ex ea & † hydropicis pilulæ, cum ficu aluum trahentes. Mortuos fœtus ex aceto cocta, potaq́; eiicere protinus dicitur.

ANTHYLLIS *Chamæpityides minor. Aduerſ. pag. 164.*
IVA MOSCHATA *Monſpel. ſcitè effigiata.*



CHAMÆPITYS

CHAMÆDRYS *laciniatis folijs, vel potius* CHAMÆPYTYS *altera. Chamæpitys tertia Dod. Chamæcypariſſus agreſtis Tragi, & Chamæpitys altera. Aduerſ.* 209.





COTYLEDON. *Belg.* Nauelkruyt. *Hiſp.* Scudetes & orejas de monje. *Aduerſ.* 165. *Luſit.* Cocihelos. *Salmanticenſib.* Vaſillos. *i. acetabula vaſculáue à cauo folio.*

*Aquatica* COTYLEDON ACRIS *Septentrionalium, an* CALITRICHE *Plinij.? Aduerſ.* 165.





Fit & ex Calitriche ſternutamentum. folia ſunt Lenticulæ ſimilia, caules iunci tenuiſſimis: radice minima. Naſcitur in opacis & humidis: guſtum feruens. Plin. lib. 5. cap. 11.

## Chamæpitys *adulterina*.

A foliorum cognatione cum Chamæpytide Pſeudochamæpitys recentioribus etiamq́ue Dodonęo & Cluſio vocatur: Vulgatæ Iuæ arthriticæ, folijs & ſurculis, ſed habitioribus, & radice ſimilis; niſi floſculis candidis cucullatis galericulis & rictu hiantibus, inodoris, vti tota planta, foret. Semina ſuccedunt quaterna Milij Solis modo, confertim ſtipata. Hanc cum multis alijs acceptam refero generoſo viro D. Brancioni, qui Hiſpano ſemine plantam nactus eſt.

## Cotyledon.

Idem Gal. Diosc. *Succus cum vino circumlitus, inſtillatúſve, contecta genitalia nudat. inflammationibus, ſacris ignibus, ſtrumis, pernionibus, illitu auxiliatur. ſtomachi ardorem refrigerat. Folia cum radice comeſa, calculos frangunt. vrinam cient. hydropicis cum melle dantur. Herba vtuntur ad amatoria.*

Gal. Cotyledon facultatis eſt mixtæ, nempe humidæ, ſubfrigidæ, & cuiuſdam obſcurè adſtringentis, & cum ea leuiter amaræ: vnde refrigerat, repercutit, abſtergit, & diſcutit. Itaque phlegmonas eryſipelatodeis, & eryſipelata phlegmonode curat.

## Androsaces. *Aduerſ. 165. 166.*

*Muſci marini genus Guillandini qui frigidum & ſiccum arbitratur.*

*Idem Gal. Diosc. *Ea drachmis duabus in vino pota,* copioſam hydropicis vrinam ciet. Idem effectus eſt ſemini poto, & herba decocto, podagris vtiliter illinitur.*

Deſiccat, diſcutit; humida & acris herba Gal.

## Cotyledon *minor Sedi folio Aduerſ. 165.*

*Aizoum ſerratum Cordi. Onobletum Hippoc. Anguil.*

Diosc. *Guſtu adſtringens: & eadem facit qua Semperuiuum.*

Portvlaca *domeſtica. Germ. etiam* Burtzelkraut, *& Angl.* Porcelayn. *Gal.* Porcellaine. *Hiſp.* Verdolagas. *Luſit.* Bardroegas. *Ital.* Porcellana *&* portulaca. *Aduerſ. 166.*



Portvlaca *ſilueſtris.*



Diosc.

## PORTVLACA.

DIOSC. *Portulaca vis refrigerat capitis doloribus, inflammationibus oculorum, cæteriſque, cum polenta imponitur. ardoribus ſtomachi, ſacro igni, veſicæ doloribus, auxilio eſt. commanducata, dentium ſtupores †* ſedat. ſtomachi & inteſtinorum† æſtuationem, fluxionéſque mulcet. renes & veſicam adiuuat, etiamſi eroſionem ſentiant. veneris impetus exoluit. ſuccus epotus ſimili effectu prodeſt, in febribus valens. contra teretes ventris tineas, cruentam excreationem, * dyſenteriam, hæmorrhoidas, & profluuia ſanguinis, percocta efficax eſt. item contra ſepis morſus. ocularibus medicamentis vtiliſſimè commiſcetur. interaneis fluxione laborantibus, atque vulnarum eroſionibus, infunditur. contra dolores, quos æſtus excitauit, caput ex roſaceo & oleo fouetur. eruptiones papularum in capite, cum vino emendat. vulneribus quæad ſyderationem ſpectant, ex polenta illinitur.*

*Refrigerat.* ] ex tertia claſſe refrigerantium eſt: humectantium verò ſecunda, Aegin.

† Eadem Gal. tum ventris oſculo impoſita, tum totis hypochondrijs, potiſſimùm in hecticis febribus.

* idem Gal. & Plin. Leniens & repellens, vt pote cùm viſcoſam habeat humiditatem.

Gal. Frigida & aquea temperamento eſt, paucæ cuiuſdam auſteritatis particeps.
Plin. ſubdit, cùm ipſa non eſt, ſemen eius ſimili effectu prodeſt.

†* Plin. dentium dolores ſedat, & vlcera oris, tumoremque gingiuarum. Dentes ſtabilit commanducata: ſitim arcet. Ceruicis dolores cum Galla & Lini ſemine pari menſura ſedat: mammarum vitia cum melle aut cimolia creta. Salutaris eſt ſuſpirioſis, ſemine cum melle hauſto. Vomitiones ſiſtit. Dyſenteriæ & vomicis datur ex aceto, vel bibitur cum cymino. Teneſmis autem cocta & comitialibus cibo vel potu prodeſt. Podagris calidis, cum ſale illita. Neruorum duritias emollit. venerem inhibet, veneriſque ſomnia. Oculos hebetare putatur Plinio.

APVL. Herba Portulaca purgat, & in aceto ſumpta mirè inflammationem ſtomacho tollit. Herbam portulacam comedat, mirificè facit ad duritiam ſtomachi.



TELEPHIVM, *Scrophularia Tragi.*
*Aduerſ. pag. 167.*

DIOSC. *Tempore verno folia ſenis horis illita, albam vitiliginem ſanant, ſed poſtea hordeacea farina illini debet. per noctem ex aceto etiam in ſole vitiliginem tollunt: ſed vbi maruerunt, abſterguntur.*

G 2 TELE-

DEI GRA REX ARAGONVM · ALEXANDER · FERDINANDVS

TELE-PHIVM ſiue Craſſula maior Hiſpanica.



TELE-PHIVM al- [illegible]



RHODIA RADIX.



[illegible]. SCORPIOIDES. Telephium Anguil. Aldr. pag. 168.



TELEPHIVM *ſiue Craſſula maior Hiſpanica.*

Quadruplo tota maior quæ in Belgij viretis ex Hiſpania delata colitur. cętera nõ diſſimilia; & ſimili dote prodeſt. flos albus, folio rotundiore interdum & longiore viſitur, & flore rubro. Varietates.

TELEPHIVM *minus repens ſemper virens.*

Folio eſt rotundiore, flore rubro, radice fibroſa, & cauliculis Cepææ craſſioribus.

TELEPHIVM *glaucum verius.*

Telephium alterum vulgato par & ſimile, ſed folio glauco cæruleóue, vt Theoph. annotat. hoc alit Mutonus noſter.

RHODIA RADIX. *ῥοδιὰ ῥίζα. Germ.* Roſen wurtz. *Belg.* Roſen wortelen. *Hiſp.* Raiz Rodia. *Aduerſ.* 177.

DIOSC. *Vtiliſſima capitis doloribus, ſi madefacta fronti & temporibus cum roſacei momento imponatur.*
Aegin. Calfacit ordine ſecundo, tenuium partium & diſſipantis naturæ.

PORTVLACA *marina, an* CRITHMVM *Dioſc. Aduerſ.* 168.



FOENICVLVM *marinum, ſiue* EMPETRVM *ſeu Calcifraga. Germ.* Bacillen & merfenichen. *Gal.* Bacilles & fenouil marin. *Hiſp.* perexil de la mar. *Ital.* Finochio marino & herba di San Piero. *Aduerſ.* 168 *Empetrum Rondeletij. Batis Plinij folio craſſo in modum Portulacæ, flore albo, ſemine Libanotidis.*



CRITHMVM.

DIOSC. *Semen, ceu roris marini, odoratum, molle, rotundum; quod ſiccatum rumpitur. habet intus tritici modo nucleum, Radices digiti craſſitudine, tres aut quatuor, grati odoris & iucundi. Radix, ſemen, & folia in vino pota vrinæ difficultati & regio morbo auxiliantur. menſes ciens. editur crudum coctúmque in oleris. ſeruatur etiam in muria.*

Gal. Crithmũ guſtantibus ſalſum quodammodo eſt, cum paucula amaritudine; quamobrem vis eius eſt exiccatoria, & abſterſoria: vtraque tamen imbecillior in eo eſt, quàm in amaris.

FOENICVLVM *marinum, ſiue Empetrum.*

DIOSC. *Naſcitur in maritimis, ſalſo guſtu, ſed quo propius terreno fuerit, amarius ſentitur. Trahit bilem, pituitam & aquam, ſi bibatur in iure aliquo aut hydromelite.*

*Semen ceu roriſmarini.*] propter ſemen Cachris, ſunt quibus Empetrum pro Crithamo magis arrideat, quia facultates ſuffragantur.

*Κεπαία.* CEPAEA. *Aduerſ.* 167.



HALIMVS *Aduerſ.* 169.



Teretibus pedalibus & ſeſquipedalibus numeroſis reptilibus ſurculis Sempervivi minoris, ſtellatis floſculis albis confertis. Foliola minora, Portulacæ agreſtis, anguſtiora & longiora, tenera, carnoſa, ſucco prægnantia, Radix exilis. in Belgij viretis luxuriat, Paratio delata.

DIOSC. *Folia in vino pota vrinæ ſtillicidio & veſicæ ſcabie laborantibus opitulatur. maximè id præſtat, ſi cum decocto radicum Aſparagi eius, quem Myacanthon, hoc eſt, Corrudam vocant, bibatur.*

Eadem Aegin.

HALIMVS.

Belgij hortis ſemen racemoſum Atriplicis, aut Portulacæ marinæ edit, ſed habitius.

KALI *magnum. Ital.* Soda. *Aduerſ.* 163.

Aqu videntur. Empetri modo acetarijs quibuſdam apta. vrinas ciet.

Dios

lege Creticum CHRYSANTHEMVM. Crithmus Chryſanthemus Dod. Aſter atticus marinus. Crithmum tertiũ Matt. Aduerſ. 172.



lege pag. 168. in Crithmi mentione.

lin. 10. lege, Cerinthe.

PERFOLIATVM vulgatius flore luteo, folio vmbilicato. Germ. Durchwachs. Ital. Perfogliata. Aduerſ. 172.



lege qui folia. lin. 40. διαφύλλα. lin. 45. elegãtioribus.

PERFOLIATA ſiliquoſa.

Vaccaria.

Braſſica agreſtis Cluſij, qui eſt foliis per ſumma ſerratis, floribus purpureis & maioribus differre facit. Hiſp. Colleion, quaſi braſſiculam dicas. Aduerſ. 172.



CERINTHE maior. Aduerſ. 172.



*Cerinthes maioris è floris colore tres differentiæ;* { Luteo, Purpuroluteo, fundo. Purpureo, & folio fuſco glauco. } *Flore ſeſe pandente.*

*Quæ minor*, folia longiora edit, florem occluſum, luteum : ſed omnia minora.

HYPERICVM. *Angl. etiam* Johns graſſe. *lege Hiſp.* Coraçoncillo. *Aduerſ.* 172.



Hyperi-
cvm Syria-
cum, & Ale-
xandrinum.



Ascyron
Ital. Alcur.
Aduerſ. 17



HYPERICVM.

DIOSC. *Vrinam cit. menſtrua pellit* appoſitum: tertianis, quartaniſq́ cum vino potum liberat. Semen quadraginta diebus hauſtum, iſchiadicis medetur. Folia cum ſemine illita, † ambuſta ſanant.*

† Subdit Gal. & alia ad cicatricem ducit.

*Gal. ſed ad hæc totus ſumendus eſt fructus, non tantum ſemen.

Plin. eadẽ. Aluumq; ſiſtit natura ſemini ſpiſſãdi. Excalfacit, deſiccat, tenuiſq; ſubſtantiæ eſt, adeò vt & menſes & vrinas prouocet. Gal.

SYRIACVM, *& Alexandrinum.*

Folia quadruplo minora quàm noſtri Europæi, quæ ſummis cubitalibus virgultis confertim tanquam in verticellis exeunt. Flores lutei noſtrati perſimiles.

ASCYRON.

Eadem Gal. DIOSC. *Vſus ſeminis ad iſchiadicos, potum in hydromelitis ſextario, biliosa recrementa ampliſſimè detrahit. ſed aſſiduè dare oportet, donec ſanati reſtituantur. illinitur & ambuſtis efficaciter.*

AN DRO-



ANDROSÆMON.

DIOSCOR. *Semen tritum drachmis duabus potum, biliosa alui excrementa pellit. Iſchiadicis maximè medetur: Sed à purgatione aquam exorbere oportet. Herba ambuſtis illita medetur, & ſanguinem cohibet.*

Ægin. Aſcyri & Androſæmi ſemen expurgandi vim continet, ſed folia potentiùs deſiccant.

HYPERICVM *minimum ſupinum Septentrionale. an* CORIS *Dioſc.*?



Non ita diſſimilis hæc herbula, ex ericetis, ſabuletis & ſtrigoſo ſolo Brabantiæ, & Flandriæ oriunda, ramulis & cauliculis palmaribus, & duas vncias altis. Folia puſilla Thymi noſtratis paulo maiora: floſculi luteo pallentes; & ſemina pinguia Hyperici vulgaris longè minora. Vſus non diſparis.

Hæc Hyperici ſupini figura non eſt diuerſa ab altera tomentoſa effigie mox ſubdenda; Sed quia pictor ipſa folia hirſutiora reddidit, & neutiquam incanum tomentum expreſſit, appoſitè minimi ſupini Brabantici in Hyperici ſupplere poterit.

HYPERICVM *tomentoſum. Aduerſ. pag. 172.*
*Hypericum ſupinum Cluſij.*



*Κενταύριον μικρὸν,* CENTAVRIVM *paruum.*
*Luteum autem eſt Meſuei. Aduerſ. pag. 173.*
*Febrifuga. Panax leptophyllon Plin. Dodonæo.*
*Gal.* petite Centoire. *Angl.* Centory. *Belg.* Santorye, cleyne Santorye. *Germ.* thauſentguldenkraut, fieberkraut. *Hiſp.* Cintoria, & fel de tierra. *Ital.* biondella.



*Varietas.* Floribus albis in monte Trinitatis Nerniorum conſpexi.

DIOSCOR. *Herba recens tuſa, ſuo illitu vulnera conglutinat. vetera vlcera purgat,*[a] *& cicatrice obducit. Itidem craſſos humores per aluum exigit, ſi decocta deuoretur. ius decocti iſchiadicis*[b] *conuenientiſſime infunditur, trahit enim ſanguinem, & dolorem leuat. ſuccus oculorum medicamentis per quam vtilis: ſiquidem cum melle*[c] *caliginem oculorum expurgat. in vellere appoſitus,*[d] *menſes & partus extrahit. epotus peculiariter neruorum vitiis ſuccurrit. Succi extrahendi ratio: Legitur herba ſemine prægnans, & diebus quinque madefacta, decoquitur donec ſupereminat aqua. mox vbi refrixit, linteolo exprimitur, & eiecta herba, iterum decoquitur, vſque dum mellis craſſitudinem habeat. Nonnulli eam recentem grauidamque contundunt, atque ſuccum fictili non picato exprimunt, & in ſole, lignea rude aſſiduè mouentes, inſpiſſant. quòd ſi quid concretum ſuccibus vaſis adhæreſcat, detrahunt, reliquoque humori permiſcent. noctu diligenter operiunt, nanque roſcidi noctium liquores coaleſcere non ſinunt. Quæ autem ſucci vaſa ex herbis liquamenta exprimuntur, decocta, vt in generali mentione retulimus, præparantur. ſed quæ ex corticibus humidis aut contuſis herbis factitantur, in ſole, vti antè dictum eſt, coguntur. ſic è thapſia, ſic è mandragora, reliquiſque ſimilibus ſuccus. ſic ex acerbis vuis [illegible]. lycium tamen & abſinthium, inſpiſſis & contuſis, decocta, eo quo diximus modo, coguntur.*

[a] Eadem Gal. [b] Idem Gal. ceu bilioſa ac craſſa ducens: nam & ſeſe purgat: quanquam cum hoc vehementer operabitur, vt cruenta educet: tunc magis proderit. [c] Eadem Gal. [d] Gal. idem.

Gal. Herba areſacta glutinatoriis, & deſiccatoriis miſcetur facultatibus, iis videlicet, quæ ſinus & fiſtulas ſanare ſunt natæ, & veteres duritiem emollire, tum vlcerum maligna ſanare. Miſcetur etiam iis, quæ rheumaticis affectibus medentur, in quibus ea medicamenta optima ſunt, quæ vehementer deſiccantia cum quadam adſtrictione nullam habent mordacitatem.

Succus eius cùm adſimilis ſit facultatis, hoc eſt exiccatoriæ & abſterſoriæ, & reliqua iam dicta pulchrè efficere poteſt.

Optimum eſt medicamentum ad obſtructiones iecoris ſoluendas. Bonum quoque lieni indurato foris impoſitum, & nihilo ſecius, ſi quis bibere ſuſtinuerit.

Cum exiguo ſalis & aceti ſuccus bilem detrahit Plinio.

Inſigni amarore abſtergit, incidit, aperit, ideò febribus pituitoſis non ſecus ac Gratiola, & regio morbo auxiliatur.

APVL. Ad viperæ morſum: herbæ Centauriæ minoris puluer in vino exhibitus, aut ipſa piſata in vino veteri & potui data, validiſſimè proficit.

Ad auriginem: herbam Centauriam minorem decoque in aqua ad tertias, & ex ea dabis bibere quantum poterit, ſanabitur.

Ad lumbricos & tineas: herbæ Centauriæ minoris ſuccum dabis vt ſupra, miraberis bonum effectũ.

Qui venenum ſumpſerit: herbam Centauriam minorem ex aceto tritam da bibat, mox diſcutit venenum. Item Centauriæ radices pondere denarij vnius in tribus cyathis vini bibantur.

Radicem ſpeciatuatam dixit Dioſcorides.

CENTAVRIVM *floribus luteis ſiue citreis pallidis Meſuei. Aduerſ. pag. 137. Efficacius purgationes molitur.*



[illegible]

Eaſdem ferè quas Dioſc. facultates Centaurio flore puniceo, illi tribuit Meſueus his verbis. Ad omnia Centaurium minus eſt præſtantius, idque ſuis floribus pallidis, & citreis, ac ſemine. Calfacit, ſiccat ordine ſecundò, vel cum Ruffo tertij initio: conſtans terrea ſubſtantia ob vſtionem valdè amara: & alia terrea non aduſta, aquoſæ miſta, quæ modicè adſtringit, & aërea parum dulci, & ignea ſubacri ſine morſu. Ob hæc, vlcera & vulnera efficaciſſimè curat & glutinat. Terget enim, ſiccat, excrementa conſumit, aluum ſoluit aliquando tam violenter, vt aperiat ora venarum, quibus ſanguis emanet. Qua de re dubitauit Hermes; præſertim cùm vulnera conglutinet & ſanet, & Alkindi ſententia, ſanguinis ſputo conferat, ipſum ſiſtendo & apertam vaſis partem glutinando. Sed ambiguitatem hanc ſoluit ſubſtantiarum in eo præcipuarum contrarietas, amaræ ſcilicet, & hac largioris ſtypticæ, quæ prima cogendo agit, quòd à dominante ſubſtantia hæc facultas ſit ad agendũ promptior. Poſt longam autem eius actionem calor mordax ex acri ſubſtãtia excitatus, corpus agitat, & noxas prædictas affert, non ſemper tamen, ſed quando immodicè purgat. Purgat autem Centaurium præſertim minus, pituitam crudam, & bilem flauam, & materias alias etiam à neruis & iuncturis, & hæc tardè. Ob id harum partium affectibus confert, vt etiam iſchiadi, clyſtere iniectum, vel cataplaſmate impoſitum. Muſculis item attritis, ſed cũ panis mica, ſale pauco, & melle, vel oleo.

Obſtructionem hepatis & lienis ſanat, colico dolori & ventris prodeſt, lumbricos necat, & vacuat, menſes mouet, vteri dolorem ſanat, fœtum educit. Styptica verò ſubſtantia ſputum ſanguinis ſiſtit, vulnera glutinat, vlcera etiam dyſepulotica glutinat, præſertim puluere per ſe vel in vnguentum coacto, ac etiam potu decocti ipſius fiſtulas & vlcera cacoëthe ſanat.

Ambitioſè autem quidam ab eo carnibus diuiſis incocto eas glutinari aiũt. Cum mulſa,vel oxymelite, & ſalepauco, vel decocto ameos mellito & ſalem gemmæ habenti promptiùs purgat & clementiùs. Maſtiche aũtem addita,venas ab eo aperiri prohibet.

Coris *Monſpellienſium. Aduerſ. pag.* 174.



Coris *Matthioli. Aduerſ. pag.* 174.



Diosc. *Potum ſemen menſes trahit & vrinas. contra phalangiorum morſus iſchiadicos, & opiſthotonicos, ex vino potum auxilio eſt. horroribus ex pipere, ſed opiſthotonicis ex oleo, aptiſſimè illinitur. Radix vino decocta potaq., defectis opem ferre creditur. Sed laborantem inter potandum quamoptimè cooperiri licet: ſiquidem corpus totum deſudabit, ex qua re priſtinam agilitatem recuperabit.*

Eadẽ Aegin.

Matthioli Cori flores ſtellati Ornithogali minores ex rubore candicantes, quorum apiculi flauent. E lignoſa radice plures ſpithameos cauliculos & foliola kali aut Spergulæ ſtellatim è geniculis profert. Gaudet pratis in afflatu maritimo.

Camphorata *Monſpellienſium. Aduerſ. pag.* 174.

Vis illi Stratiotis militaris,ad vulnera perefficax: cogit,glutinat & ſiccat. Chamæpeuce Plinio li. 24. cap. 15. lumborum doloribus & ſpinæ propria eſt.

ANTHYLLIS *altera Italorum.*



ANTIRRHINVM, *Adverſ. pag. 175.*
*Cynocephalis Apulei. Hiſp.* Veſerra yerua, & Cabeza de ternera. *Ital.* Antirino.



Camphoratæ congenerem ſtirpem tenuifoliam, humilem pinum exprimentem, Dioſcoridis alteram Anthyllidem Aiugæ foliis & ramulis rebantur Itali non indocti. ſed cùm minùs olida ſit, Monſpellienſium Iuam Moſcatam retinere maluimus. Surculis, foliis, ortu & facie Chamæpeucen ſiue Monſpellienſium Camphoratam adumbrat: ſed exilior tota; & ſummis virgultis, tomentoſis, muſcoſis floſculis luteopallentibus, guſtanti præſiccis.

ANTIRRHINVM.

DIOSCOR. *Appenſum veneficiis aduerſatur; gratiam conciliat, ſi quis eo perunctus cum liliaceo aut cyprino ſit.*
Gal. Semen inutile: herba ipſa adſimilis cum bubonio facultatis; ſed multò minoris.

APVL. Ad epiphoras oculorum: Herbæ canis cerebri radicem cum aqua decoquit; & de eadem aqua ſubinde oculos fouet, & celeriter lenit.



ALEXANDER ... ARAGONVM ... FERDINANDVS

ANTIRRHI-
NVM mini-
mũ. Aduerſ.
275. Phyteu-
ma Dod. ſiue
Antirrhinũ
ſyl.

*Lege Antirrhi-*
*num eſſe decoqu*
*capitulo.*



[illegible]



Caput Mau-
robchæ. aut
Simiæ quo-
rundam.

LINARIA
purpurea o-
dorata. Ad-
uerſ. pa. 176.



LINARIA
[illegible]



ANTHIRRHINI *minimi varietas.*

Minimum Antirrhini genus proferunt Trinitatis colles Neruienſis agri, vulgatiori noſtro ortu & vultu nõ ita abſimile: ſed floribus differt, qui Lychnidis aut Leucoij ſunt (quales Dioſc. ſuo Antirrhino tribuit): neque ſemen clauditur inuolucro nares & hiatum oris vituli exprimente.

OSYRIS, *aut* LINARIA. *Aduerſ. pag. 175. Chryſocome Geſneri Daleſc.*

DIOSCOR. *Decoctum eius potum, iuuat arquatos.*

Gal. Amara ineſt qualitas, & obſtructiones reſerandi facultas.

*Varietates.* Floribus albis aliquando inuenitur in Belgij hortis.
Linaria pumila Cluſij tota minor, ſed non abſimilis, aridioribus locis apud Salamanticenſes oritur.

LINARIÆ *purpureæ varietates.*

Quandam etiam videre meminimus ſurculoſis gracilioribus multò ramulis, & foliis anguſtioribus; floſculis purpurouiolaceis, albis & cæruleis.

Tertia folio, viticulis, & floribus purpureæ Narbonicæ par, ſed inodora.

Quarta, Narbonenſis anguſtifolia, odorata, Monſpelliacis vinetis gaudens.

SCOPARIA, *Beluider Italorum. Oſyris Græcorum Dod. Oſyris Anguillaræ. Aduerſ. pag. 176.*

LINARIA *Valentina Cluſij.*



LINOSYRIS *nuperorum, an Tripolij ſpecies? num Linariæ tertium genus Tragi?*



Huic folia Hyperici aut Cytiſi in ramulis & cauliculis ſurculoſis pedem altis, terna. Agro Valentino lecta manu ſeduli & peritiſſimi veſtigatoris C. Cluſij. Flores item ſecũdum ſummos caules lutei Linariæ vulgaris, rictu lanuginoſo, corniculis aut caudicellis purpurantibus donantur. Martio floret Valentinis pratis.

LINOSYRIS *nuperorum.*

Hanc ob ipſam cũ vulgatis Linariis & Scopariis ſimilitudinẽ, Linoſyridẽ dixit recẽtior ætas. Eſt quippe virgis rigidis & foliis Scopariæ aut Oſyridis vulgaris: ſed flores in ſummitatibus luteo fuluo languẽt, Aſteris mõtani anguſtifolij, vel Crithmi Chryſanthemi, ſitu & poſitu; paruitate & effigie Conyzæ maioris aut minoris. Cauliculi pedem & cubitũ æquant. Hanc in collibus Narbonenſis Galliæ nõ procul à mari ortã memini, quà ad Balnea prope Frontiguian ſitur. & acris guſtu, glutinoſa, amaricans, Senæ æmulo ſapore, ad Thymelæam accedente.



[library stamp:] ALEXANDER ... FERDINANDUS ...

LINARIA *aurea Tragi.*
*Hyſſopus vmbellifera Dioſc. Guillandino.*



PASSERINA *Linariæ folio.*
*Chryſocome altera Mutoni.*



Prorſus genere eadem Lynoſiridi videtur : facie ſiquidem, iiſdem foliis & cubitalibus ſummis alis multifidis cauliculis neutiquam diuerſa: ſed extrema florum bullata capitula copioſis aureis villis referta fulgent, radix enim lignoſa, fibroſa, ſemen exiguum. Vires exploratas non habeo. In vireto clariſſimi viri D. Petri Brughelij in ſchola Louanienſi profeſſoris regij elapſa æſtate lætè florentem vidimus; nec non apud noſtrum Petrum Coudenbergium & Iacobum Plateau.

PASSERINA *Linariæ folio.*

Linariis & hæc ob effigiaturam reddenda : folia quippe Linariæ ſimilia, ſed aceruatim in capitulis coriandrinis ſeminibus paribus ſummis Chryſocomes ſimilibus, pallidioribus, ſurculoſis pediculis Lini. floſculi pallentes. ex agro Monſpellienſi oriunda, hanc Turnaci etiam Mutonus alit in horto ſuo.

LINVM *Aduerſ. 176.*



LINVM *marinum luteum Narbonenſe. Syl. Linum Dod. Aduerſ. 177.*



DIOSC. *Linum vulgo notum eſt, cuius ſemen eaſdem quas fœnum græcum vires habet. diſcutit & emollit omnem intus foriſque inflammationẽ, cũ melle, oleo, exiguáque aqua decoctum, aut *melle cocto exceptum. vitia cutis in facie varóſque† crudum tollit. illitum cũ nitro & ficulneo cinere, parotidas duritiáſque diſcutit. vlcera quæ ſerpunt, fauoſq; cum vino decoctum expurgat. vngues ſcabros eximit, cum pari modo naſturtij & mellis. vitia pectoris extrahit, ſi ex melle eclegmatis vice ſubſtituatur. tuſsim lenit. venerem ſtimulat, ſi farina piperis & melle exceptum, pro placenta largius adſumatur. Huius decoctum interaneorum vuluæque eroſionibus immittitur. alui excrementa euocat. ad vuluæ inflammationes in deſeſsionibus perquàm vtile.* *Idem Gal. †Idem Plin. Plin. Plin. Plin.

Oleum ſeminis Lini emollit; neruos contractos laxat, & lenit. Recens potum, calculo auxiliatur: cœliacos & lateris dolores leniendo finit.

Aegin. Lini ſemen, caliditatis primum fortitum eſt ordinem, humiditatis & ſiccitatis medium. comeſtum flatus generat, etiamſi frigatur in ſartagine. adeò ſanè excrementitia humiditate plenum eſt. Idem Gal. Viſceribus tamen quæ circa hypochondria ſunt, vt ſi quid aliud, gratum exiſtit. Quidam hoc toſto inſtar obſonij, non ſecus ac factitio ſale cum garro vtuntur. Inſerunt nonnulli panibus quoque; ſtomacho & concoctioni repugnat. tenuiter corpus alit. Quod ſpectat ad deiectionem, nec laudandum, nec vituperandum: perexiguam tamen vim mouendæ vrinæ tenet, quæ in toſto efficacior eſt. Ideo quoque aluum magis ſiſtit.

Plin. Semen anginas in aqua & oleo decoctum & cum aniſo illitum iuuat. Cœliacis & dyſentericis imponitur ex aceto. Ad iecoris dolores eſtur cũ vua paſſa & ad phthiſim vtiliſſimè. Semine fiũt & eclegmata. Cum radice verò cucumeris ſylueſtris extrahit quæcumque corpori inhærent, ſic & fracta oſſa.

Linvm *ſylu. floribus albis. an Linum ſyl. tertium Cluſij?*



Linvm *ſyl. tenuifolium.*



Via quà Monſpellio Frontignanam itur, Linguagottiæ agrorum ſtrigoſis marginibus & cautibus nonnunquam obuium; teretibus, nitidis, ſummis dodrantalibus virgultis. flores albi Lini lutei maritini maiores: foliola Scopariæ longè anguſtiora, exilitate Aſparagi aut Fœniculi caules ambientia.

Linvm *tenuifolium denſè fruticans.*

Non modò florum effigiatura, ſed etiam foliorum, in Belgicis viretis multiplicem ſortitur varietatem ſylueſtre Linum, cuius noſtris Vienna Auſtriæ hoc anno 1575. ſeminaria miſit C. Cluſius. Aliud tenuifolium denſè fruticans; aliud verò latifolium, cuius quidem flores nondum videre contingit in Belgio. Lini ſylueſt. varietates.

Anguſtifolium ſatiuo ferè idem, niſi quia totum gracilius multò, floſculi quinis foliolis cæruleis fugacibus & caducis, ſatiuo pares. copioſis pedalibus & cubitalibus virgultis, exilioribusque Lini aut Linariæ purpureæ foliolis, è longiuſcula, perenni (vt puto) radice. cuiuſmodi hic appictadamus. Anguſtifolium.

Latifolium folijs exit hirſutis, Tithymali helioſcopij paribus, num eadem ſit planta cum Latifolio Cluſij ſyl. Lino Aſcyrifolio, equidem affirmare non auſim. Latifol.

CHAMÆLINVM, ſiue ſyl. Linum perpuſillum.



GLAVX exigua maritima, an Glaux Dioſc.? Germ. & Belg. Melck cruyt & Melckcraut. Aduerſ. 178.



POLYGALA repens nuperorum.



*Chamælinum, ſiue ſyl. Linum.*

Aliud ſylueſtre Linum vix palmũ æquat: foliola, floſculi luteo pallentes; Lini cauliculi, cæteraq; cũcta quadruplò minora. in glareoſis Galiobelgij, & ipſis Louanienſibus pomœrijs oritur.

CAMPANVLA *lutea linifolia Montis Lupi.*
*Aduerſ.* 177.

Videtur Viola Calathiana Plin. flore luteo.

GLAVX *exigua maritima.*

DIOSC. *Coquitur cum hordeacea farina ſale & oleo in ſorbitione ad reuocandam extinctã lactis vbertatem.*

Aegin. temperaturæ calidæ eſt atque humidæ, proinde nutricibus lactis vbertatem generat.

POLYGALA. *Aduerſ.* 178. 179.

DIOSC. *Guſtu adſtrictio; quæ pota, lactis abundantiam facit.*

Aegin. modicè auſtera habet folia: potum lac procreare videtur. Temperamentum itaque in eo imperat calidum & humidum.

POLYGALA *repens.*

Quamuis multæ conſimiles plantæ quæ folijs Polygalam adumbrent magis, quàm preſſè delibient, aut explicant; inter eas tamen id nominis apud nonnullos herbarum peritos eſt etiam aſſequuta plãtula hæc multis & dẽſiſſimis, palmaribus, reptãtibus ſurculis & foliolis Herniariæ ex interuallis diſtinctis; è quibus florum veluti candicantes globuli verticillatim oriuntur. In ſcrobibus ſabuloſis, foſſarum & agrorum marginibus Antuerpiæ, & Gandauo conterminis ſyluis.

Πολύγαλον.
POLYGALA Recentiorum.



ONOBRYCHIS altera Belgarum & Dod. Belg. Bruuwe ſpigel.



POLYGONUM.



POLYGALÆ *recentiorum è florum colore varietates.* *
*Angl.* **Milck lentil.** *Aduerſ. 179.*

* { Purpurei ſanguineiue diluti punicei.
Albi.
Violacei.
Albi rubore confuſi. }

Recentiorum Polygala eſt Onobrychis vera Dioſc. folijs lentis, longioribus; caule dodrantali; flore puniceo; radice parua. Naſcitur in vliginoſis & incultis. Quæ omnia bellè quadrant.

DIOSC. *Herba ſuapte vi, ſi trita illinatur, tubercula diſſipat: cum vino pota, ſtranguriæs ſanat; illita ex oleo ſudores mouet.*

Num facultates reſpondeant, nondum exploratum habeo.

ONOBRYCHIS *altera Belgarum.*

Aequè nos habet anxios conquiſitio facultatum plantæ conſimili nomine vocatæ & donatæ: quarum ſi certiores eſſemus, heſitationi locus nec

nec dum iam foret. Similis ortu eſt Delphinij aut minimi Rapunculi: ramulis ſpithameis, quos ambiunt foliola, lentis, ſed leuiter ſerratis ad Ciceris accedentia: ſummis, & iuxta cauliculos multis alis diuiſos, florum cęruleopurpurantium peramœna fœtura Rapunculi aut Lini, ſeſe pandit & contrahit conuoluulorũ ritu. Segetibus & pingui veruacto Belgij, Germaniæ, Angliæ, Galliæ & Italiæ gaudet.

## POLYGONVM. *Ital.* Corregiola, *&* lengua paſſerina. *Hiſp.* Corrihuela. *Luſit.* Correiola. *Aduerſ.* 179.

DIOSC. *Vis epoti ſucci eſt, ſpiſſare, ac refrigerare. prodeſt cruenta excreationi, cholerę, alui fluxionibus, & vrinæ ſtillicidio. vrinam apertè ciet. cum vino potus, contra ſerpentiũ morſus auxiliatur. datur in febribus per horam ante ſignificationes. fœminarum profluuia impoſitu ſiſtit. idem ſuccus purulentis auribus * inſtillatur. facit eximiè ad genitalium vlcera, cum vino, adiecto melle, decoctus. Stomachi feruori, † ſanguinis reiectionibus, vlceribus quæ ſerpunt, ignibus ſacris, collectionibus, tumoribus, & recentibus vulneribus folia illinuntur.* *Idem Apuleius. lege polygonum marinum, deme altum. lin. 30

Aegin. habet quiddam adſtringens, ſed vincit in eo aquea frigiditas in exceſſu ſecundo.

† eadem Gal. & Aegin. qui ſubdit. antecellit autem in omnibus fœminam mas efficacia.

Gal. Porrò tale cùm ſit, & fluxiones reprimit, & hac ratione videtur exiccatoriũ eſſe. Eſt & cruentorum vulnerum glutinatorium. Onobrychis Dioſc.

Plin. Succus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinem.

Plin. datur cholericis, dyſentericis, & in ſolutione ſtomachi. Semen aluum largiùs ſumptum ſoluit, vrinam ciet, rheumatiſmos cohibet.

APVL. Huius herbæ Proſerpinacæ ſucco cum oleo roſaceo ſæpiuſperunges, dolorem lateris tollit.

Herba Proſerpinaca tuſa cum butyro ſubacta, & mamillis impoſita quæ dolorem & tumorem habent, dolorem & tumorem perfectiſſimè tollit, ita tamen vt vſque in tertium diem medicamentum pones. Ad quartanas herbæ Proſerpinacæ ſuccum cum piperis granis ſeptem aut nouem ſub acceſſione dabis bibere: Lege eam die Iouis, Luna decreſcente. Vermes necat.

## POLYGONVM *montanum niueum minimum. Aduerſ.* 179. *Paronychia Hiſpanica Cluſij.*



Hæc effigies eadem eſt cum minimo niueo Polygonato, ſed plantæ ſatæ & enatæ cœlo & ſolo humidiore, hortis videlicet vbi neutiquam ſiccantes niuei candoris glomerulos edidit.

ANTHYLLIS *Valentina Cluſij & Pieæ.*



Conſimili facie eſt Herniaria & Chamæſyce, in vinetis & olivetis Monſpellio finitimis Bottonet verſus & Caſtrum nouũ fuſè humi ſpargitur cauliculis palmaribus & dodrantalibus. Floſculi purpuraſcunt ex albo, quatuor foliolis conflati. Hanc olim Chamæſycen alteram cum Lugdunenſibus diximus, ſed non lacteſcit, ſalſo guſtu præſicco.

HERBA TVRCA, *ſiue* HERNIARIA. *eſt Epipactis* A... *Millegrana Cordi, & Empetrum Tragi: Polygonum minus Matth. Ital.* Centograna.

SERPILLVM. *Saxifranga Dod. qui Thymi, non Epithymi ſimilem legit. Hiſp.* Serpol & ſerpillo. *Aduerſ. 180. & 181.*



Narbonenſe SERPILLVM *folijs & facie perpuſilli anguſtifolij Thymi noſtratis. Aduerſ. 181.*



Eadem Gal. & Plin.

DIOSC. *Menſes trahit, vrinam potu ciet, torminibus, ruptis, vulſis & iocineris inflammationibus, auxiliatur. & aduerſus ſerpentes potu illitúue. capitis dolores mulcet coctum adiecto roſaceo, & madefactum in aceto. Maximè verò phreneticis & †lethargicis conuenit. Cruentos vomitus ſedat ſuccus drachmis* quatuor ex aceto potus.*

†Aetius. Madefactum autẽ aceto ac decoctum admixto roſaceo, lethargicis & diuturnam phrenitim patientibus, ſummopere congruit.

* drachmæ vnius Galeno.

Plin. Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto.

*Narbonenſe Serpillum.*

In ericetis Egidij pagi, vulgò S. Gilles, agri Monſpellienſis, Thymi anguſtifolij facie ramor hæc Serpilli ſpecies, lignoſis & durioribus ſurculis repit, cuius radix & flores ſimiles noſtrati. Huius ramulos nobiſcum communicauit Fráciſcus Penninus Antuerpianus pharmacopœus fide dignus, ſtirpium materiæque medicæ gnarus, vt ſiquis alius.

THYMVM. *Hiſp.* Tomillo ſalſero. *Luſit.* Oregaon de matto. *Aduerſ.* 181.



EPITHYMVM *Græcorum & Arabum.* *Aduerſ.* 181.



DIOSC. *Vim habet hanc, vt cum ſale & aceto potum, pituitam per aluum detrahat. decoctũ eius prodeſt † orthopnoicis, & anhelatoribus. tineas ventris exigit. mẽſes, partus, & ſecundas pellit. vrinas ciet. cum melle in eclegmate faciles facit * excreationes. recentes tumores diſcutit, cum aceto illitum. concretum ſanguinem diſſoluit. verrucas thymi colorem reddentes, penſileſque tollit. iſchiadicis cũ vino & polenta impoſitum ſubuenit. hebetibus oculis in cibo prodeſt. perquam vtile pro condimento, duntaxat ad vſus eorum qui rectè valent.* * Idem Plin.

† Gal. quia incidit & calfacit, manifeſtè ob id vrinam & menſes prouocat, fœtum euellit. Eadem Plin.

Aegin. calfacit, exſiccat in tertio à temperatis exceſſu: tenaces & viſcoſos humores incidit.

Aetius. Dato ieiunis articulari morbo laborantibus Thymiaridi minutiſſimi drachmas quatuor cum Oxymelitis cyatho: bilem enim reliquoſque humores atque acre ſemen euacuat. Ventre inflatis, vbi intumeſcere cœperint, ʒ j. dato ieiuno, cum cochleari aquæ mulſæ. dato ieiunis & ante cœnam aduerſus lippitúdinem & vehementem oculorum dolorem. Poſtremò ad tumefactos † teſtes ieiunis trium drachmarum pondere exhibeatur. † Eadem Plin.

Plin. Oculorum claritati multum conferre exiſtimatur & in cibo, & in medicamentis. Coxendicis imponitur cum vino. In faſtidio tritum cum ſale.

EPI-

EPITHYMVM *Græcorum & Arabum.*

DIOSC. *Epithymon, flos eſt è thymo duriore, Satureiæ ſimili. capitula habet tenuia, & leuia, & in eis caudiculas, quaſi capillamenta. Potum cum melle detrahit, pituitam bilémque atram, per inferna. Priuatim prodeſt melancholicis, & inflatis, acetabuli menſura ad quatuor tertias cum melle, ſale, & aceti exiguo.*

Aegin, & Gal. Thymo efficacius ex tertio calfacientium & areſacientium ordine.

Potentius in extergendo aperiendóque Caſſitha; ideò melancholico humori terreo, lieni, indidem ortis omnibus morbis, doloribus capitis diuturnis, lepræ, melancholiæ morbo & hypochondriaco: item quartanarijs & conſimilibus accommodatur, eo quòd ſplenetica hepaticis potiora.

SATVREIA. *Aduerſ.182.*



SATVREIA *hortenſis. Hiſp.* Axedrea. *Angl. etiam ſauerp. Aduerſ.182.*



DIOSC. *Eadem poteſt qua thymum, ſi modo conſimili ſumpſeritur. Aptus ſanis vſus. Eſt etiam quædam ſatiua, ſyluestri prorſus minor, quæ propter mitiorem acrimoniam, commodius in cibos recepta eſt.*

Aegin. eadem. calida & ſicca exceſſu tertio.

EPITHYMBRA, EPITHYMVM, & CASSITHA *Plin. Aduerſ. pag.* 182.
*Andreſaces Tragi. Gal.* Tigne de Lin. *Angl.* Dodder. *Belg.* vranghe, & ſtorfte *i. tinea. Germ.* todtern, filtzkraut, flaſchſeyden. *Hiſp. & Ital.* Cuſcuta.



SAXIFRAGA *magna Matthioli & Italorum.* *Italis*, Saſſifragia maggiore.



Cui innaſcitur plātæ vires quadamtenus refert. Caſſitha è lino practicis & officinis præfertur, quod citra calorem minus adſtringit; magis emollit, lenit, extergit, & ad eductionem & diſcuſſionem præparat. Iecinoris & lienis infarctus bilioſos & pituitoſos leniendo reſerat; vrinam ciet, ideò morbo regio medetur. Febres tertianas, quartanas & pituitoſas curat, vt Meſueus auctor eſt; flauamque bilem per aluum educit, ſed efficaciùs addito Abſinthio.

EPIVRTICA.

In vrtica nata maxima ſe mihi copia obtulit in agro Sommerſeti Angliæ: quæ vrinis potentiùs eliciendis, & obſtructionibus ſoluendis efficacior. In Rubo aut Geniſta hactenus mihi non perſpecta, quę tamen nonnuſquam occurrere poteſt.

SAXIFRAGA *magna Matthioli & Italorum.*

Spontè fruticat hęc in ipſo calle & præruptis ad anguſtias ſaxorū montis Baldi Veronēſis ſecus fanū Virgini ſacrū, virgultis exilibus numeroſis, durioribus & lignoſioribus, ſed ad imum digitum craſſitudine æquantibus. Folia Thymbræ ſimilia, exortu inæquali producuntur. Floſculi candicant è calyculis Ocymoidis, quibus ſemen ſuccedit rubrum, perpuſillum, vt ſcitè annotauit Matthiolus. Radix ſaxorū interuenijs & commiſſuris adeò depacta, vt vix diuelli poſſit. Maximæ & primæ nobilitatis apud Italos ad exterendos & propellendos calculos.

SAXIFRAGA. *Aduerſ. pag.* 185.

DIOSCOR. *Frutex eſt ſurculoſus Epithymo ſimilis. Coctus in vino, mox potus febricitantibus opitulatur. Strangurię prodeſt, ſingultus ſedat: calculos veſicæ frangit, & vrinam ciet.*

*Anglica Saxifraga eſt Alſines minimum genus.*



RAGONVM · ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA



ROSMARINVM coronarium. *Aduerſ. pag. 183 184.*
*Libanotis coronaria Galeni. Luſit. Alecrin.*

DIOSCOR. *Excalfactoria vi praeditum eſt. Regium ſanat * morbum, ſi decoctum in aqua, ante exercitationem bibatur. Et vbi laborans exercitationi ſe crediderit, in balnea deſcendat, & merum potet. Acopis, glaucin. & vnguento admiſceri ſolet.*

* Gal. eadem. Omnes enim libanotides abſtergentis & incidentis facultatis participes ſunt.

Cephalicum, ſtomachicum; neruis & cordi peramicum, memoriam roborat; cerebrum exiccat; reſolutionibus medetur. Coryzam à cauſa frigida iuuat Serapioni, exſiccando. Calido & ſicco temperamento.

Cinis dentifriciis miſcetur ad dentes firmãdos.

STOECHAS. *Aduerſ. pag. 184.*

*Ger.* ſtichas kraut. *Hiſp.* Cantuello, & cantuesso. *Luſit.* Roſmarinho. *Ital.* ſtechade.

Summi cauliculi vt plurimum foliis ſtipantur in Gallia Narbonenſi: interdũ nudi conſpiciuntur.

STOECHAS.



STOECHAS *nudis cauliculis ſummis.*



DIOSC. *Subamara guſtu, & aliquantum acris. Cuius decoctum Hyſſopi modo ad pectoris vitia [illegible] Antidotis miſcetur. [illegible]*

* Gal. Guſtu [illegible] Stoe- [illegible] [illegible] poſita, [illegible] adſtringit [illegible] à qua vtique [illegible] eſt. Ob vtr[illegible]

conuenientiam & coitum, obſtructione liberare, extenuare, extergere, roborareque tum viſcera omnia, tum totius corporis habitum eſt nata.

MESVE. Deiicit tum pituitam, tum atram bilem; cerebrum, neruos ac ſenſuum omnium organa mundat, ac roborat. Prodeſt contra frigidos morbos qualeſcunque ſint, ideóque comitialibus conueniens remedium habetur, addita Scilla aut eius aceto. Balnea, fomenta ac laconica, quæ ex ipſius tum decocto tum vapore fiunt, occluſos narium meatus aperiunt: neruorum & compaginum cruciatus mitigant: ac interna viſcera frigido humore affecta roborant. Abſtinendum tamen ab ea bilioſis eſt, præſertim ſi eorum ventriculus ſit bile refertus: nam eos maximè turbat, nauſeam commouet, ſitim accendit, & calore quodam moleſtiſſimo vniuerſum afficit corpus.

STOECHAS *folio ſerrato & criſpo Cluſij, admodum rara. Luſit.* Alichrin francez.



SPICA *Recentiorum, ſiue Nardus Italica. Pſeudonardus Fuchſ. & Matth. & Gallorum* Aſpic. *Anglorum* frenſche ſpick narde, *&* Spigo *Italorum; eſt* STOECHAS *Arabica Meſ. ſpica ſiliginis Mutona. Aduerſ. pag. 184.*



A ſuperiori denticulatis vel ſerratis foliis virentibus, ſed auerſa parte candidis diſſidet, è capitulis ſquamoſis purpurouiolaceis in cacumine Thymi, aut Stœchadis longioribus Erythrodani marini ritu floſculi purpurei exeruntur. Semen, radix & cauliculi incani, guſtus amarus, aromaticus, ſuperiori ſimilis. Sponte naſcentem, non niſi in ſumma Calpe, floribus onuſtam Februario inuenit Cluſius: Scimus in regiæ arcis hortulo, quatuor ſupra Vlyſſiponem leucis primùm animaduerſam.

SPICA *Recentiorum.*

Inflationes & dolores ventriculi, vteri, & lienis durities diſcutit. Iecoris obſtructiones reſerat. Stranguriæ & vrinæ difficultati medetur. Similis qua Spica Celtica effectu prodeſſe nuperi aſſerunt, eiuſque vſum commendant ad frigidos & humidos cerebri & neruorum affectus, apoplexias, paralyſes, melancholiam naturalem, & eiuſmodi. Calida & ſicca ordine ſecundo.

*Puluis ad facilitandum partum, eiusq́; dolores arcanum è ſemine Lauendulæ Rondeletij praſtantiſſimum, minimè fallax.*

℞. Seminis Lauendulæ ʒ.ſ. ſeminis Plantaginis & Endiuiæ añ. ℈. ij. piperis ℈. j. fiat pul. capiat cum aquis ſequentibus. ℞. Aquarum Caprifolij & Endiuiæ an. ℥, iij.

*Alius efficacior puluis.*

Ouracum cum duobus vaſis coniunctis abluitur vino albo, in fictili nouo vritur clibano: denuò aqua Endiuiæ & vino abluitur, ſeruetur vſui. ℞. cineris Ouraci ʒ. ij. cinnamomi ʒ.ſ. piperis longi, & galangæ añ. ʒ. j. ſeminis Plantaginis & Endiuiæ añ. ʒ j.ſ. Seminis Lauendulæ ℈ iiij^ss. fiat pul. cap. cum aquis prædictis & vino albo ſi febris deſit.

*Fortiſſimus ad ſecundinas & fœtus mortuos.*

℞. Confect. alkermes & pulueris præſcripti añ. ℈. ij. Borracis, Trochiſc. è myrrha añ. ℈. j.ſ. Caſtorei ℈ j. cum aqua Bugloſſi, Arthemiſiæ, vino albo.

*Spica* LAVENDVLA. *Aduerſ. pag.* 184.
*Stachys Anguillaræ. Pſeudonardus fœmina Matth.*
*Gal.* Lauendel. *Angl. Belg. & Germ.* Lauen=del. *Ital.* Spigo gentile.



LAVENDVLA *multifido folio Cluſij.**



*Raritate, elegantia, & foliorum diuiſura multifida appoſitè dixit Cluſius noſter. Multifidis quoque caulium ſurculis pedalibus, quadrangulis & hirſutis, quos altè laciniata, veluti è geniculis folia cinerea coriandrina aut Melanthij cingunt. In Belgio, Germania, Anglia, Gallia & Italia nuſquam me vidiſſe memini. Hiſpaniæ ſola inquilina. Spica Lauendulæ aliquantum ſimiloſa, & veluti in quatuor verſus aut ordines vallata, alia interdum ex alia naſcens, floribus cæruleis odoratis. Malacæ vicino colle quodam, Februario florentem, & circa Murciam Martio, inuenit Cluſius, alibi nuſquam. Reliquis tenuior cenſetur.

HYSSOPVS

HYSSOPVS *Arabum, Meſue & officinarum.* *Aduerſ. pag. 185. Gal.* hiſope. *Belg. & Angl.* Yſope, & Hyſſope. *Hiſp.* Yſopo.



HYSSOPVS *Arabum flore rubro.*



HYSSOPI *Arabum è floris colore varietates.*

Flore album Hyſſopum cultiora vireta Belgica interdum & rubram dant, ſed floribus, vt plurimùm, vnico tantum ordine digeſtis.

MESVE. Hyſſopum hortenſe pituitam facile deiicit, quamuis dixerint aliqui, quòd & atram bilem educit addito foſſili ſale, aut Indo. At ipſum pituitam purgare manifeſto experimento conſtat, præſertim quæ in pectore ac pulmone continetur. Facit hyſſopum ad pituitoſos tum cerebri, tum neruorum affectus: quòd non modò mundet; ſed quòd etiam roboret. Quin & pectus & pulmonem detergit, præſertim ſenibus, quorum pectus lenta craſſáque pituita refertum eſt: quo fit, vt aſthmaticis, & tuſſientibus opituletur. Diſcutit hyſſopi vſus conſummates inflammationes, cibi appetentiam inuitat, menſes & vrinam ciet, & febrium horrores excutit, viſum acuit. Melle commiſtum, internaneorum tineas necat, nitri addito momento. Oleum, quod tum folijs, tum floribus paratur, neruos algore affectos inunctum ſanat, & roborat. Poteſt eadem & montanum, atque etiam hæc omnia efficaciùs præſtat.

GRATIOLA, *& Gratia Dei. Adverſ. pag. 185.*
*Limneſium Cordi ſiue Centauroides.*
*Papauer Spumeum Dioſc. Anguillara.*
*Ital.* Stanca cauallo, Centaurida.



HELIANTHOS, *ſiue flos Solis. Adverſ. pag. 185.*
*Ciſti ſpecies Monſpelienſium. an Helianthe Plin.?*
*Helianthemum Cordi & Tragi.*
*Helianthos Anguill. & Fuchſ.*
*Belg. & Germ.* Heyden yſop. *Gal.* Hyſope des garigues, *quia ericetis gaudet.*
Elatine diosc...



Centaurium minus, amarore, abſterſoria & vi deiectoria longè ſuperat. Nec ſecus ac Pityuſa aceto, & lacte maceratur, vt noxium virus & aliquam acrimoniam exuat. Bilem vtranque, aquas & pituitam craſſam detrahit ſeſquidrachmæ vel drachmarum duarum infuſum.

*Gratiola: an* PAPAVER *Spumeum Dioſc.?*

Eadem Theoph. DIOSCOR. *Herbula eſt alba & ſpumea tota, radice in ſumma cæſpite. Legitur æſtate ſemen cùm integrè adoleuit, decidítq́ exiccatum. Datur acetabuli menſura in aqua mulſa: vomitione expurgat. Eſt autem huiuſmodi purgatio, comitialibus prodeſt.*

Semen pituitam expurgat Gal.

HELIANTHOS, *ſiue flos Solis.*

Plin. lib. 21. cap. 10. frutex eſt humi ſe ſpargens dodrantalibus ramulis: folia ſimilia ſerpillo. * Radix eius candida & dulcis.

*21. cap.

PSYLIVM



PSYLIVM. *Aduerſ. pag. 186.*
*Angl. Fleeſeede etiam dicitur.*

DIOSCOR. *Vis ei ad refrigerandum, inſpiſſandum, & mollliendum conueniens. Articulorum morbis, parotidibus, tuberculis, tumoribus, luxatis illitum auxiliatur. Imponitur in dolore capitis cum roſaceo, aqua, aut aceto. Enterocelis infantium, & prominenti vmbilico, illitum ex aceto medetur. Teritur acetabuli menſura; & in aqua ſextario madefactum, vbi concreuerit aqua, illinitur: Siquidem vehementer refrigerat, & in feruentem aquam deiectum calorem reprimit. Contra ignes ſacros efficax eſt. Fama eſt ſi virens domum importetur, non ſinere in ea pulices gigni. Cum adipe ruſum, ſordida vlcera & quæ cacoethe vocantur, expurgat. Succus vermiculoſis auribus, aut fluxione laborantibus ex melle prodeſt.* Eadem Plin.

Gal. Semen ex ſecundo refrigerantium eſt ordine, in deſiccando verò & humectando medium quodammodo & ſymmetrum.

PSYLIVM *Plinianum fortè, radice perenni ſupinum. Aduerſ. pag. 186.*



Corono-pus.



CORONOPVS. *Aduerſ. pag. 186.*
*Angl. etiam Crowfoote. Hiſp. Herua eſtrella. Luſit. Guiabelha. Ital. Stella herba.*

DIOSCOR. *Herba decocta eſitur oleris modo. Radicem habet in cibo aſtringentem, quæ cœliacis conducit.*

CORONOPVS *repens.*
*Pes miluinus Coltonella Ruellio.*

CORONOPVS

CORONOPVS *repens, Aduerſ. pag. 187.*



SERPENTINA. *Aduerſ. pag. 187.*
*Coronopus ſyl. ſeu Serpentina Matthioli.*
*Ital.* Stella herba ſaluatica.

*Lege eſt enim ſolia.*



SERPENTINA *omnium minima.*



Minime nulla rentus diſtat à ſuperioribus, præterquam exiguitate & tenuitate: enim vix vnciam & ſeſquiunciam [illegible]. In celſis montiũ iugis [illegible] Sanctæ in Gallia Narbonenſi copioſè [illegible].

CAVDA

ALEXANDER · ARAGONIA REX · FERDINANDVS · VALENTINVS

CAVDA MVRIS. *Aduerſ. pag.* 187.



ARMERIA, *ſiue* CARYOPHYLLVS *minor ſyl.*



CARYOPHYLLVS, *Aduerſ. pag.* 188.
*Angl. etiam* Gelyflouers, & Geloners. *Ital.*
Garofoli, & Garofoni.
*Cantabrica Turneri Angli.*
*Vetonica altera Fuchſ. Dod.*

Lege lin. 50. [illegible]



Ad cordis palpitationem, vertiginem, epilepſias, paralyſes, & conuulſiones commendatur.

ARMERIA, *ſiue minor* CARYOPHYLLVS *ſyl.*
*foliis latioribus. Aduerſ. pag.* 188.
*Armerius flos primus Dod. Germ.* Steynnegle.
Cuyderelles *Gallobelgarum.*

ARMERII *floris varietates.*

In vireto D. Matthæi Lobellij canonici Inſulani, viri non minùs probi quàm periti, ſtirpiúmque amantiſſimi, Vetonicæ ſylueſtris ſpeciẽ primùm me videre memini; deinde Mechliniæ, & apud Nervios, flore ſimpliciore, ſed ſpecioſiore, candicante, media veluti pertinacena ſtriata corona concolori cincto: cubitalibus gracilioribus viticulis & foliis, Caryophylli ſylueſtris.

Vienna Auſtriæ floribus albis ſylueſtrem alteram Armeriam aſpectu hilarem & peruenuſtam hoc anno in Belgium tranſmiſit Carolus Cluſius.

SVPERBA *Fuchſij & Recentiorum. Aduerſ. pag.* 189.
*Diuſ anthos Theoph. Anguſtifolia.*
*Ital.* Fior d'Amore, & Balſamin.

h CARYO-

ALEXANDER · VALENTINUS · FERDINANDUS

CARYOPHYLLVS marinus. Aduerſ. 189. Gramen marinum Dod.



CARYOPHYLLVS *montanus alter. Aduerſ. 189.*
*Perperam Cantabrica Plin.*
*num ſit potius* STATICE *eiuſdem?*



Louanij, flore albo variat in horto ſtirpium diligentiſſimo D. Ioannis Limoges, aliàs Nonnij. Varietas

MVSCIPVLA, *ſiue* VISCARIA.
*Aduerſ. pag. 189.*
*eſt Lychnis ſyl. quarta Cluſij.*
*Silene Theoph. Aldroando.*

MVSCIPVLA *altera flore muſcoſo. Aduerſ. pag. 190.*
*Papauer ſpumeum quorundam.*
*Seſamoides magnum Salamanticum Cluſij.*

MVSCIPVLA, siue Armoraria altera.



MVSCIPVLA, *ſiue* ARMORACIA *altera.*
*Armerius flos tertius Dod.*
*num flos Conſtantinopolitanus alter minor Geſneri?*
*Lychnis ſyl. altera, & Behen rub. Salamanticum Cluſij.*

Iiſdem natalitiis delata hortis Luſitaniæ, Anglicis, & Belgicis oritur: cauliculis, foliis & congeſtis rubris cauliculis floribus, & ſemine Polemonij herbæ vulgi, vel Centaurij minoris. Viſcido itemglutine tenaci circumlita tota.

Draco.



Draco, aut potius Tarchon Simeonis Sethi.
Aduerſ. pag. 190.
Gal. Targon. Angl. Dragon. Ital. Dragoncello, & Dragone.

Acetariis Erucæ vicem ſupplet. Ad peſtis contagia maximæ & primæ laudis eius ſtillatitia apud Anglos. Sudores cit, & craſſam pituitam concoquit.

Πταρμική. Ptarmica folio Taraconis, ſed crenato, floſculo vmbellicato, candido.
Aduerſ. pag. 190.
Sternutamentoria, Pyrethrum ſylueſt. quorundam.
Tanacetum acutum album Tragi.



Dioscor. Folia cum floribus illita, ſugillationes rapiunt, flores ſternutamentum efficaciſſimè mouent.

Bupleurum.



Lege Βούπλευρον. Bupleurum.
Aduerſ. pag. 192.
Bupleurum Dod. & herbariorum.

*Alterum* BVPLEVRON *latifolium.*
*Aduerſ. pag.* 192.

Lege Plinio li-gum.



BVPLEVRVM *Dod. & herbariorum.*
*Iſophyllon Cordi. Germ.* Wundtkraut.

Herba vulneraria & Panax Chironium Tragi, qui illi vires ſimiles facit.

SCORPIOIDES *repens Bupleuri folio,*
*Belg.* Haſenooren, & Scorpione cruyt.



LITHO-SPERMON minus. Hiſp. & Catelanis Millbart.



LITHOSPERMON, *Aduerſ. pag.* 192.

DIOSCOR. & ÆGIN. *Semen cum vino albo potum, calculos conterit, & vrinas pellit.*

Plin. & ſtranguriam diſcutit.

Temperamento calido & ſicco, vti Gal. docet lib. 5. ſimplic. medicamentorum, de ſeminibus vtitur.

LITHOSPER-

LITHOSPERMVM *maius*.



LITHOSPERMON Anchuſæ facie.



parentheſis deſiderat quas alter- na Lithoſper- mi. Lege paſſim.

ALSINE. *Adverſ. pag.* 193.
*Ital. etiam* Gallinella, & Centocchi.



MYOSOTIS hirſuta repens. Adverſ. pag. 193. an Elatine Dioſc. quibuſdam folio Helxines non ſ nore hirſuta.



ALSINE

LITHOSPERMON *Anchuſæ facie.*

Decliuibus ſaxoſis vallis Oſtenſis Pedemontium occurrit, fruticoſis pedalibus ramulis hirtis: foliis Lithoſpermi; & floribus Anchuſæ aut Echij aut Bugloſſi facie purpurantibus: radix lignoſa.

ALSINE.

DIOSCOR. *Vim refrigerandi * adſtringendiq́; obtinet: oculorum inflammationibus cum polenta illinitur. Succus aurium doloribus infunditur, quin & emendat omnia quæ Helxine.*

* Ideo Gal. Ad feruentes phlegmonas, & mediocria eryſipelata competit.

Eadem ferè Plin. Epiphoris peculiariter imponitur.

Refrigerare omnes creduntur. Inflammationibus, ſtomachi ardoribus, ignibus ſacris, vlceribus quæ ſerpunt, & eryſipelatibus auxiliantur.

ALSINE *corniculata Cluſij. an Nigellaſtri genus?*



ALSINE *minima. Aduerſ. pag. 193. Alſine minor Fuchſ. Germ.* kleyn vogelkraut, *&* fieberkraut, *quia refrigerando febris æſtus mitigat.*



Folia Nigellaſtri noſtratis breuiora, Alſines longiora, gemino ſitu, exili radice, Maio floſculis candicantibus, & puſillo atro ſemine membraneis corniculis tranſparentibus clauſo. Cauliculus palmaris hirſutus, alis diuiſus, ſegetibus, vti Nigellaſtrum, agri Salamanticenſis gaudet.

TRAGOPA *purpureum Alpinum.*

Hoc nomine plantam aridam ſeſquiuncialem ſpectandam mihi dedit ex ſuo herbario chartaceo cõmilito eruditiſſimus medicus in hac medicinæ parte exercitatiſſimus Hermes Clericus; foliis ſuperioribus Myoſotidis anguſtis, inferioribus, breuioribus multò & latioribus: radice digitum craſſa, flore luteolo Melampyri lutei noſtri Narbonenſis.

MORSVS

*Morsvs Gallinæ folio hederulæ. Aduerſ. pag. 194.*
*Alſine media Fuchſ. Elatine Dod.*
*Angl.* ſtuning, buckwheat,
*an* LAPPAGO *Plin. lib. 26. cap. 10. apud Anguillaram?*



*Anagallis Phœnicea mas. Aduerſ. pag. 194.*
*Corcorus Plin. Anguil. & Molochia Serapionis*
*Valerandi. Hiſp.* Morriaom.



Plin.[a] Eſt & Lappago ſimilis Anagallidi, niſi eſſet ramoſior ac pluribus foliis aſpera, rugoſa, aſperioris ſucci, grauis odoris: quæ talis eſt, Mollugo vocatur, &c.

ANAGALLIDES.

DIOSCOR. *Vtraque mitigandi vim habet; inflammationem arcet, adactos corpori aculeos[a] extrahit. nomas cohibet. ſuccus gargarizatu caput purgat, &[b] naribus infuſus: dolorem dentium lenit, ſi in aduerſam narem iniicitur. Argema cum melle Attico[c] emendat. Retuſa oculorum aciei auxiliatur. Contra viperarum morſus, iecinoris & renum vitia, ſi ex vino bibatur, prodeſt. Tradunt eam quæ cæruleum edit florem, procidentem ſedem reprimere; quæ verò phœniceum,[d] illicere euocare.*

Gal. Anagallis vtraque calidam & ſiccam facultatem obtinet: exterguntque admodum,

Gal.[a] Quendam calorem attractorium poſſident;[b] eoque ſuccus earum ex naribus purgat. & vt ſummatim dicatur, exiccatoriam citra mordicationem facultatem habent, quamobrem vulnera glutinant. & putrida adiuuant.

[c] Plin. eadem. & ex ictu cruorem, & argema rubens, magis cum Attico melle inunctus ſuccus. Bibitur & contra angues ſucci drachma in vino. Mirum quòd fœminam pecora vitant. Vrinam cient Anagallides: Iecinori mirè proſunt; cohibent quas nomas vocant. Vules & recentibus plagis, præcipuè ferrum corpori. Ad recentia quoque vulnera tanta traditur vis, vt ſanient oſſibus extrahant.

[d] eadem Plin.

ANAGALLIS *cærulea fœmina. Aduerſ. pag. 194.*



ANAGALLIS *lutea. Aduerſ. pag. 194.*



ANAGALLIS *aquatica.*



ANAGALLIS *aquatica. Aduerſ. pag. 195.*
*Sion, ſiue Lauer & Anagallis aquatica Fuchſ.*
*Sion non odoratum Tragi.*

Trag. Apud veterinarios magno eſt in vſu, vt diſcutiendis tumoribus & ſananda equorum ſcabie, aliiſq; id genus affectibus. acetariis commanducata, calculos rumpit, vrinas cit; fœtus mortuos pellit & menſes. Cum aceto & butyro toſta & impoſita, ac ſubinde renouata, tumoribus quibuſuis & ignibus ſacris prodeſt.

ANAGALLIS

ANAGALLIS *aquatica altera, fortè Sion non odoratum alterum Tragi folio Pulegij regalis.* *



PARONYCHIA *Alſinefolia. Aduerſ. 196.*

* Vdorum, fōtiū, fluentorumque amantior hęc, ſed rarior; cuiꝰ folia Valerianæ minimæ æmula & concoloria ſūt: cauliculus ſpithameus ſūmo diuiſus è puſilla filamētis compacta radice. Floſculis albis & pericarpijs Anagallidis, ſed exilioribus multò, per maturitatem ferrugineis. Secus ripas & margines riuulorum Auſtruyel paguli altero ab vrbe Antuerpiana lapide occurrit.



*Lege pag. 196. quaſi Callitrichū.*

PARONYCHIA *altera Rutaceo folio. Aduerſ. 196.*

PARONYCHIA.
DIOSC. *Illita paronychijs atque duritijs remedio eſt.*



ELATINE *Dioſc. Aduerſ. 197.*
*Veronica fœmina Fuchſ. & Matth.*

Immeritò hîc notatur Matthiolus, quòd huic perquam affinis & perſimilis plāta in Gallobelgij, etiamque Angliæ agrorū marginibus folia ſinuata, aliquantúmue pinnata oſtentaret. Cætera cuncta ſimilia, aut eadem. *Elatines varietas.*

DIOSC. *Elatine oculorum fluxionibus & inflammationibus auxiliatur, folijs cum polenta tritis & impoſitis. Eadem cocta ſorbitionis vſu dyſenteriam ſiſtit.*

ELATINE RECTA.

Pedis altitudinē aſſequuntur cauliculi ſurrecti, folio & facie noſtratis, ſed flore maiore, concolore, exili tātillum fibrata radice, & folijs cauliculis incumbentibus.

ANAGALLIS *cerulea fœmina. Aduerſ. pag. 194.*



ANAGALLIS *lutea. Aduerſ. pag. 194.*



ANAGALLIS *aquatica.*



ANAGALLIS *aquatica. Aduerſ. pag. 195.*
*Sion, ſiue Lauer & Anagalis aquatica Fuchſ.*
*Sion non odoratum Tragi.*

Trag. Apud veterinarios magno eſt in vſu, vt diſcutiendis tumoribus & ſananda equorum ſcabie, aliiſq; id genus affectibus. acetariis commanducata, calculos rumpit, vrinas cit; fœtus mortuos pellit & menſes. Cum aceto & butyro toſta & impoſita, ac ſubinde renouata, tumoribus quibuſuis & ignibus ſacris prodeſt.

ANAGALLIS

ANAGALLIS *aquatica altera, forè Sion non odoratum alterum Tragi folio Pulegij regalis.* ✱



PARONYCHIA *Alſinefolia. Aduerſ.* 196.

✱ Vdorum, fõtiũ, fluentorumque amantior hęc, ſed rarior; cui⁹ folia Valerianæ minimæ æmula & concoloria ſũt: cauliculus ſpithameus ſũmo diuiſus è puſilla filamẽtis compacta radice. Floſculis albis & pericarpijs Anagallidis, ſed exilioribus multò, per maturitatem ferrugineis. Secus ripas & margines riuulorum Auſtruyel paguli altero ab vrbe Antuerpiana lapide occurrit.



lege pag. 196. quaſi Callitrichi.

PARONYCHIA *altera Rutaceo folio. Aduerſ.* 196.

PARONYCHIA.

DIOSC. *Illita paronychijs atque duritijs remedio eſt.*



ELATINE *Dioſc. Aduerſ.* 197.
*Veronica fœmina Fuchſ. & Matth.*

Immeritò hîc notatur Matthiolus, quòd huic perquam affinis & perſimilis plãta in Gallobelgij, etiamque Angliæ agrorũ marginibus folia ſinuata, aliquantúmue pinnata oſtentaret. Cætera eiuſdẽ ſimilia, aut eadem. Elatines varietas.

DIOSC. *Elatine oculorum fluxionibus & inflammationibus auxiliatur, folijs cum polenta tritis & impoſitis. Eadem cocta ſorbitionis vſu dyſenteriam ſiſtit.*

ELATINE RECTA.

Pedis altitudinẽ aſſequuntur coliculi ſurrecti, folio & facie noſtratis, ſed flore maiore, concolore, exili tãtillum fibrata radice, & folijs cauliculis incumbentibus.

VERO-

VERONICA maior Septentrionalium. Mas Fuchſ & Dod. Aduerſ. pag. 157.



VERONICA Recta. Mas Matthioli.



VERONICA recta mini-ma.





Minor ſer-pillifolia VE-RONICA, ibidem fæ-mina Dod. Eadem pol-licetur, ſed inefficacius Dod.

**VERONICA** *maior Septentrionalium.*

Vlcera, vulneraq. omnia ad cicatricem perducit. pota, & impoſita ad hernias efficax. vncias duas ſucci herbæ epotæ, cum vini albi vncia, vrinas potenter ducere aſſerunt quidam non indocti. decoctum autem obſtructionibus iocinoris & lienis reſerandis, medēdiſque, abſtergendo pulmonum vlceribus, perutilem aſſerunt.



NVMMVLARIA. Ital. Dineraria. Aduerſ. 198.

**VERONICA** *recta. Mas Matt.*

In hortis Belgij, Coldenbergij & aliorum, hanc vidimus folijs & flore in ſurrectis pedalibus cauliculis, alijs non diſſimilibus, ſed maioribus, amænioribuſque.

Ad febres, contagioſosque morbos pul. trium drachmarum pondere epotus commēdatur Matthiolo: etiam que ad vteri, renū & veſicæ illuuiem propellendam, obſtructioneſq; viſcerum reſerādas, vulgatæ noſtræ Veronicæ modo.

**VERONICA** *Recta minima.*

Longè minor hæc vix vnciam & ſeſquiunciam ęquans: folijs Veronicæ noſtratis aliquanto minoribus. Floſculi non diſſimiles, ſed diſiores, comoſioreſque, ſpicati, corniculis crebris ſuccedentibus.

**VERONICA** *Recta Herbariorum.*

Folia Teucrijs ſimilia profert, aut Lyſimachiæ cæruleæ, cui congener cum folio, tum flore.

**SYMPHYTVM** *petræum.*





BRVNELLA, SYMPHYTVM petræum.

SYMPHYTUM *petræum. Aduerſ. 198.*

DIOSC. *Guſtu dulce ſalinam ciens. Decoctum in aqua mulſa & potum pulmonis vitia purgat. ſanguinem reijcientibus, & renum malis, ex aqua datur. * ad dyſenteriam rubráque fœminarum profluuia, in vino decoctum ac conuulſa verò & rupta, ex aceto mulſo bibitur. quin & commanducatum ſitim ſedat, faucibus aſperis ſubuenit. vulnera recentia enterocelásque conglutinat, & illitu cohibet. carnes autem cum ſymphyto decoctæ coaleſcunt.*

Gal. Poteſt Petræum Symphytum, collectum in thorace pulmonúque pus expurgare. Habet etiam contrahendi vim, qua ſanguinis eiectionibus auxiliatur. Enterocelis imponitur, & ad conuulſa & rupta cum oxymelite bibitur.

BRUNELLA, SYMPHYTUM *petræum. Aduerſ. pag. 199. Conſolida minor Math.*

Iiſdem viribus, quibus Bugula & Cochlearia, pollet; ſed efficacius ſiccat, adſtringit, cohibet & reprimit.

BUGULA, *quibuſdam* PRUNELLA.
*Conſolida media Fuchſ. & Matth. Herba ſacra Cordi. Arthretica Pandectarij Anguil. Aduerſ. 199.*



BELLIS *maior.*
*Aduerſ. 199.*



Varietas. In horto Mutoni BUGULA annua alitur, flore non diſſimili, & dodrantali erecto caule, ſed vegetioribus foliis rotundioribus, latioribus, hirſutioribus, aſperis & rigidis.

Vulnera glutinat, ſanguinis grumos diſſoluit: Regio morbo & Ictero nigro, veſica fellea, hepate & liene ab obſtructionibus liberis, medetur. Depaſcentia oris (?) & pudendorum vlcera commodè abluuntur. Interna vulnera & enterocelas ferruminat. Vrinas ciet.

BELLIDES ſiue CONSOLIDÆ minores & media. *Primula veris Tragi. Ital.* Margarite & fiori di prima Veri gentili. *Germ.* Maßliebrin/ oder zeitlooſen.

BELLIS, *cærulea noſtra. Aduerſ. pag. 200. eſt Aphyllantes & frondiflora ſingularis. Monſpelienſib. Globularia, & Ital.* Botonaria.

BELLIS *maior ſiue Conſolida media vulnerariorum. Aduerſ. pag. 200.*

BELLIS *Hortenſis multiplici flore.*





Succus, decoctum, ſtillatitiúue ad rupta & vulnera feliciter bibitur. Vnguentis & ceratis quoquo modo exceptus, imponitur, vel optimis practicis, Rondeletio, aliiſque: vnde liquidò conſtat, temperatè frigidæ & ſiccæ, potius quàm humidæ, vt quidã volũt, naturæ eſſe, nonnulla adſtrictione mixta. Cæterùm cùm articulorum ſæuos dolores lenire impoſita prodatur, addita interdum malua & butyro, humorum illuc incitum impetum reprimendo, & deriuando, inflammationibuſque inteſtinorum & febri ardenti cœnemate conferat: eoſdem præbet effectus Plantago, calorem mulcendo, reprimendo, & nonnihil roboris parti relinquendo, ad expulſionem. *Vires Conſolidæ minores.*

Ventrem lenire aut facilitare, ſuſpectum, vt Matthiolus & neoterici volunt.

BELLIS *maior.*

*Conſolida media vulnerariorum.*

Hernijs potu & cataplaſmate medetur: & eadem præſtare quæ Bellis minor, fertur.

Holoſtium quorundam Lacunæ.

PILOSELLA. *Gallobelgis* Peluette & veluette. *Germ.* Maußkraut & meußoor. *Gal.* piloſelle. & oreille de rat ou ſouris. *Bel.* Magelkrupt, muyſooren & piloſelle. *Ital.* Peloſina. *Aduerſ. pag.* 200.

PILOSELLA *maxima Syriaca.*





Potentiſſimè ſiccat & adſtringit: gargarizatu vuulæ, fauciumq; relaxationes reprimit. potu dyſentericis, enterocelis & vteri profluuijs medetur. Vulnera glutinat, laxoſque lienis tumores & cruentas deiectiones cohibet. pota & impoſita, vulnera & vlcera quæ ſerpunt, ferruminat. Gallobelgę & Neruij ſyrupum è ſucco parant ad tuſſim, tabem, & phthiſim. Matth.

PILOSELLA *maxima Syriaca.*

Et aliam habemus Syria miſſam, folijs maioribus, carnoſis, denſè ab imo ſtipatis: candore & lanugine ſericeóue vellere, holoſerici attrectatu, hilari & ſpecioſo aſpectu, incanis. Caules ternos, quaternoſue, quadrangulos, geniculatos, pedales emittit. Flores videre non contigit; radix durior, lignoſa, fibris donata.

GNAPHALIVM. *Aduerſ. pag.* 200.

DIOSC. *Folijs pro tomento vtuntur. Bibuntur efficaciter folia in vino auſtero ad dyſenteriam.*

GNA-

GNAPHALIVM *vulgare, Centunculus.*
*Germ.* Ruhkraut. *Belg.* Ruerkrupt *&* root meliſoen crupt. *videtur* Impia *Plin.*
*Angl.* Cotton wede. *Aduerſ.* 201.



LEONTOPODIVM *ſiue pes Leoninus.*
*Aduerſ. pag.* 202.



Herba cõtuſa, oleo macerata & cocta, occiduæ Angliæ plebs ad liuores, concuſſiones, cęſa & verbera vtitur feliciter. menſes ſupprimit.

*lege candore, ſpecioſoque lin.* 18. *pag.* 201.

Plin. lib. *24. cap.* 19. Herba impia vocatur, incana, Rotiſmarini aſpectu, thyrſi modo veſtita atque capitata. Inde alij ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes; ob id Impiam appellauere, quoniam liberi ſuper parentem excellant. Alij potius ita appellatam, quòd nullum animal eum attingat, exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet; præcipuo aduerſus anginas ſucco, lacte & vino admixto. mirumq́; traditur: nunquam ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaque & ſuibus dari; quæque id medicamentum noluerint haurire, eo morbo interire.

In Anglico Gnaphalio. pag. 202. *lege pediculis & paulo poſt* radiceque capillacea. *Item lin.* 10. verticillatim.

GNAPHALIVM *montanum. Aduerſ. pag.* 202.
*Lagopus & piloſella Tragi.*
*Germ.* Rheulzeplin *&* Haſenphatlin.

*lege* ſingularis globulus.

HOSTEOCOLON *Bononienſium.*

Tomentoſa herba Gnaphalio congener: binis foliorum ordinibus, maioribus, tomento incanis. in ſurculis exilibus, floſculi lutei. Hanc aridam vidi in ſportulis Hermetis Clerici D. Medici doctiſſimi Tornaconſis, cui acceptam refero.

LEON-

Holoſtium quorundam Lacunæ.

**PILOSELLA.** *Gallobelgis* Peluette & veluette. *Germ.* Magelkraut *&* meußoor. *Gal.* piloſelle. *&* oreille de rat ou ſouris. *Bel.* Magelkrupt, muyſooren *&* piloſelle. *Ital.* Peloſina. *Aduerſ. pag.* 200.



**PILOSELLA** *maxima Syriaca.*



Potentiſſimè ſiccat & adſtringit: gargarizata vuulæ, fauciumq; relaxationes reprimit. potu dyſentericis, enterocelis & vteri profluuijs medetur. Vulnera glutinat, laxoſque lienis tumores & cruentas deiectiones cohibet. pota & impoſita, vulnera & vlcera quæ ſerpunt, ferruminat. Gallobelgæ & Neruij ſyrupum è ſucco parant ad tuſſim, tabem, & phthiſim. Matth.

## PILOSELLA *maxima Syriaca.*

Et aliam habemus Syria miſſam, folijs maioribus, carnoſis, denſè ab imo ſtipatis: candore & lanugine ſericeóue vellere, holoſerici attrectatu, hilari & ſpecioſo aſpectu, incanis. Caules ternos, quaternoſue, quadrangulos, geniculatos, pedales emittit. Flores videre non contigit: radix durior, lignoſa, fibris donata.

## GNAPHALIVM, *Aduerſ. pag.* 200.

DIOSC. *Folijs pro tomento vtuntur. Bibuntur efficaciter folia in vino auſtero ad dyſenteriam.*

GNAPHALIVM *vulgare, Centunculus.*
*Germ.* ſurkraut. *Belg.* ſuerkrupt *&* root meliſoen crupt. *videtur Impia Plin.*
*Angl.* Cotton wede. *Aduerſ.* 201.

LEONTOPODIVM *ſiue pes Leoninus.*
*Aduerſ. pag.* 202.





Herba cõtuſa, oleo macerata & cocta, occiduæ Angliæ plebs ad linores, concuſſiones, cęſa & verbera vtitur feliciter. menſes ſupprimit. *lege candore, ſpecioſoque lin. 28. pag. 201.*

Plin. lib. *24. cap.* 19. Herba impia vocatur, incana, Roriſmarini aſpectu, thyrſi modo veſtita atque capitata. Inde alij ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes; ob id Impiam appellauere, quoniam liberi ſuper parentem excellant. Alij potius ita appellatam, quòd nullum animal eum attingat, exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet; præcipuo aduerſus anginas ſucco, lacte & vino admixto. In Anglico Gnaphalio. pag. 202. *lege pediculis & paulò pòſt* radiceque capillacea. Item lin. 10. verticillatim. mirumq́; traditur: nunquam ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaque & ſuibus dari: quæque id medicamentum noluerint haurire, eo morbo interire.

GNAPHALIVM *montanum. Aduerſ. pag.* 202.
*Lagopus & piloſella Tragi.*
*Germ.* Meuſzoglin *&* Haſenphatlin.

HOSTEOCOLON *Bononienſium.*

Tomentoſa herba Gnaphalio congener: binis foliorum ordinibus, maioribus, tomento incanis. In ſurculis exilibus, floſculi lutei. Hanc aridam vidi in ſportulis Hermetis Clerici D. Medici doctiſſimi Tornacenſis, cui acceptam refero. *lege ſingulatis globulus.*

LEON-

LEONTOPODIVM *paruum.*



CHRYSOCOME *aureáue coma. Amaranthus luteus Fuchſ. & Tragi: & perperam Heliochryſos. Linaria aurea. Tinearca. Germ.* Reinblumen, *quòd in regionibus Rheno conterminis potiſsimùm oriatur. Ital.* Amarantho giallo.



Altera Dioſcoridi & neotericis præterita huic effigie habituque toto conuenit, ſingulari dodrantali cauliculo, & folio Gnaphalij montani denſa lanugine incanis: floſculis ſummo caule lúteo pallentibus Gnafalij montani, exili ligneaque radice.

CHRYSOCOME.

DIOSC. *Radix calfacit & adſtringit; hepaticis & peripneumonicis vtilis. Sumitur cum hydromelite decocta ad vteri purgationes.*

Flores vino incocti aut infuſi lumbricos nuperorum experimento; ex lixiuio autem pediculos, expellunt, enecant. Farctus pulmonum, hepatis & viſcerum reſerare aſſeruntur.

CHRYSOCOME *Germanica. Pſeudoleontopodium Matth. & Heliochryſos ſyl. Tragi.*

Varietas. Tomentoſo Gnaphalij vulgaris æmulo folio, floſculis pallidis & ſemine iuxta alas, in Germania & Brabantino agro, ipſiſque Antuerpianis pomœrijs cis ædes Domini de Berchem, ſabuloſo ſolo variat.

POLIVM *montanum. Adverſ. 206. & 207.*



POLIVM *luteum capitulis quàm Polij montani aut marini longioribus ex luteo viridantibus, Adverſ. 207.*



POLIVM *montanum purpureum.*
*Polium repens ſupinum Cluſij.*



Reptat Polij marini aut Serpilli modo numeroſis ſurculis è radice lignoſa: folijs cauliculos veſtientibus, leuiuſculis ambitu exſtantibus denticellis, viſu vix diſcernendis, tomento craſſo adeò incanis, Polio marino minoribus. Capitula item non diuerſa, ſed minora, floſculis purpureis ornantur. Oritur ſponte arenoſo ſolo Murciani regni inter Lorca & Velez vnà cum ſocio congenere & ſimillimo Polio, mox ſubdendo, ſed maiore.

Polium quintum Cluſij, ſuperiori purpureo congener. Martio floſculis albis ſtipat cineritia ant candida lanugo denſiſſima vtruraque: & odoris ſuauitate reliqua genera ſuperant, vt auctor fidus eſt C. Cluſius, cui hæc duo Polij genera debentur.

POLIVM. *Ital. & Hiſp.* Polio. *Angl. etiam* Polp.
*Aduerſ. pag. 207.*

DIOSC. *Potum ferue factis iue auxiliatur ſerpentium ictibus, hydropicis, morbo regio; & lienoſis ex aceto. Stomachum male habet. caput doloribus afficit. Aluum & menſes ciet. ſubſtratum ſuffitúmue ſerpentes abigit. Illitum * vulnera † conglutinat. Siccum cacoethe ſiue praua vulnera ſanat.*

*viride fa[illegible] cit †telephi[illegible] ut mala ulnera.

POLIVM MONTANVM *ſupinum minimum.**



POLIVM LAVENDVLÆ *folio, fœmina recentiorum. Aduerſ. pag. 207.*



*Montano vulgato Polio per omnia ſimile, ſed quadruplo minus. Allobrogum collibus & Delphi[illegible]us Galliæ prou[illegible]nit.

ALEXANDER ... VALENTINUS FERDINANDUS ... REX ARAGONUM

AGERA-TVM mi-nus. Aduerſ.208.





AGERATVM floribus can-didis.

AGERATVM Septentrionalium Aduerſ. 208. Coſtus minor hortenſis Geſneri & Dod. Mentha corymbifera minor Cordi.



AGERATVM floribus candidis.
Aduerſ.pag.208.

DIOSC. Vis decocti feruens: Huius vſtæ nidor vrinam cit, & vuluæ duritias emollit.

TEVCRIVM pratenſe officinarum.



TEVCRIVM pratenſe officinarum. Hierabotane mas Dod. & quorundam, perperam Chamædrys Fuchſij, Germanorum & Officinarum. Aduerſ. 209.

TEVCRIVM. Aduerſ.pag.208.

DIOSC. Recens cum poſca, aut arida feruefacta ius, potu * lienem potenter abſumit: lienoſis cum aceto & ficis illinitur. item ſerpentium morſibus ex aceto ſolo, ſine ficis.

* Gal. quia incidendi & tenuium partium facultatis eſt: ponatq; ipſum quiſpiam in tertio exſiccātium, ſecundo verò calfacientium ordine.

TEVCRIVM pratenſe alterum: Sacra herba, ſiue Verbenaca ſupina fœmina Dod.

Aliud à ſupradicto non eſt, niſi quia foliorum magnitudine vincitur. Hoc tamen pluribus foliolis & cauliculis donatur, vmbroſis: itidem marginibus ſyluoſiſq; gaudens.

TEVCRIVM *paruum ſupinum.*

E Teucrij familia eſſe docent flores cærulei ſpicatim prodeuntes, & foliola; ſed anguſtiora, longiora minuſq; ſerrata; Polio montano paria, atrouirentia, in cauliculis dodrantalibus humi fuſis. oritur in Friſia iuxta Deuentriam & Oueriſſel.

CHAMAEDRYS *Hiſp.* Chamedreos. *Aduerſ. pag. 209.*

CHAMAEDRYS *montana durior. Aduerſ. 209. Ceruitaria Geſneri quorundam. Ital.* Chioma di Ioue. *Sic dicta à floris ſimilitudine; qui è foliolis ſericeo vellere in latam cæſariem tortilibus crinibus explicatur.*





*Chamædryos varietates.* { *vulgatior minor.* [ Folio obtuſiore & mucronato. / *Maior* [ Hirſutior & minus hirta.

DIOSC. *Recens viridis in aqua decocta & pota, conuulſis, tuſſientibus, lieni indurato, vrina difficultatibus, hydropicis inter initia auxiliatur. Cit menſes † partuſq; extrahit. Lienem ex aceto pota minuit. Aduerſus venenata, cum vino pota & illita efficax eſt. Trita ad prædicta in pilulas conformatur: cum melle vetera vlcera purgat. Cum oleo trita inuncta & illita, oculorum caliginem diſcutit.* Ex Theoph. Plin.

† ob id hydropicis incipientibus efficax manualibus ſcopis eius decoctis in aqua vſque ad tertias, in tribus heminis aquæ.

Gal. Ex tertio ordine calfacientium & ſiccantium, vincentem amaram qualitatem habet, & eſt quodammodo acris: quocirca meritò lienem colliquat, vrinam & menſes mouet, craſſitudinem humorum incidit, & viſcerum obſtructiones expurgat.

Pli. ſubdit. Item ſtomacho, tuſſi vetuſtæ, pituitæ in gula conereſcenti, ruptis, cõuulſis, lateris doloribus. Fit & vinum ex ea pectoris vitijs.

APVL. Ad ruptos: herba Chamædrys contuſa de ligno in lignum, adiecto vino & potui data, cum mira celeritate ſanat. Ad iſchiam: herba Trixago ſeruefacta, ac tritico potui data, iſchiaticum mirificè ſanat. Ad podagram: herba Chamædrys ſi in puluerem molliſſimum redacta eſt, cum aqua calida potui data, mirificè paregoriam præſtat.

ZEMERA-

EVPHRASIA. Aduerſ. 210.



EVPRASIA 2ª Dod. ſiue Crataegonum alterum quorundam deſcriptū ſuperius Obſeruationum pag. 22.



SCORDEVM. Hiſp. Camedreos de arroyos Aduerſ. pag. 210.



SCORDION.

DIOSC. Herba vim excalfactoriam habet. vrinam cit. cocta recens aridáue cum vino, aduerſus venenatos ſerpentium morſus bibitur. ad ſtomachi quoque roſiones, dyſenteriam, & vrinæ difficultatem, binis drachmis cum hydromelite. craſſamen purulentum pectore expellit. facit arida farina ad veterem tuſſim, rupta, conuulſa, ſi cum naſturtio, melle, & reſina miſceatur in ecligmate. inflammata modicè præcordia, cerato excepta, recreat. cum aceto acri aut aqua, podagris conuenienter illinitur. menſes ſuppoſita mouet. vulnera conglutinat. vetera vlcera purgat, & ex melle ad cicatricem perducit. ſicca excreſcentias in carne cohibet. Succus ad eadem vitia bibitur. Inter prima efficax Ponticum natione, Creticúmque. ſine ſurculo-lis.

Aegin. & Gal. Scordium varium exiſtit, vt quod amarum, acerbum & acre ſit. purgat igitur ſimul & calfacit viſcera. † vrinas & menſtrua cit. refrigerata omnia recalfacit: aridum illitum cicatricem inducit.

SCOR-

SCORDION *alterum Plinij.*
*Aduerſ. pag. 210.*
*Scorodiana Cordi. Sphacelus Theoph. Dodonæo.*

ORIGANVM *Heracleoticum.*
*Aduerſ. pag. 211.*





Scordio viribus proximum; fætus mortuos, menſes & ſecundas pellit. facultates & dotes rubiæ habet ad ſanguinis grumos diſſipãdum, per vrinas materiam deriuando. Collectionibus, tumoribus, percuſſis, liuoribus, ruptis & internis vulneribus ſauciatis ferrumini eſt. Sunt qui Bieris inſerant, Hormini modo.

ORIGANVM *Heracleoticum.*

DIOSC. *Excalfacit. vnde decoctum cum vino potum, demorſis à ſerpente conuenit. ſi cicutam aut meconium hauſerunt, ex paſſo: ſi gypſum aut ephemeron, ex aceto mulſo propinatur. ruptis, conuulſis, hydropicis, cum fico eſui datur. aridum acetabuli menſura potum in aqua mulſa, atros humores per aluum extrahit. menſes ciet, & tuſſi cum melle linctum medetur. ad pruriginem, pſoras, regiumq́ morbum, decoctionis in balneis prodeſt. Succus virentis tonſillas, vuam, & oris vlcera ſanat. & per nares, ex oleo irino infuſum, trahit. aurium dolores cum lacte mulcet. conficiuntur ex eo, & cepis, & rhois frutice quo ad obſonia vtuntur, vomitorium medicamentum, his omnibus in cupreo vaſe per dies bis vicenos inſolatis, dum canicula ſydus flagrat. herba autem ſubſtrata ſerpentes fugantur.*

Gal. & Aegin. calfaciunt & exſiccant ordine tertio.

Agriorig anvm, ſiue Onitis maior.
Aduerſ. pag. 211.



Tragoriganvm alterum. Martini Cortuſ. & Matth. Aduerſ. pag. 211.



Diosc. *Quæ Onitis appellatur, candidiore eſt folio, & hyſſopo ſimilior. Semen veluti contunctos corymbos habet. Vis ei Origani Heraclei, ſed multo ineſſicacior.*

Sylueſtre Origanvm. *Hyſſopum Dioſcor. Cilicium Anguil. Ital.* Oregano bianco.
*Aduerſ. pag. 211.*

Diosc. *Sylueſtre Origanum, aliqui Panaces Heraclion, alij Cunilam vocant, ex quibus eſt Nicander Colophonius. folijs eſt origani, ramis tenuibus, dodrantem altis, in quibus vmbella aneſthi inſunt. flores candidi. radix tenuis, ſuperuacua. Peculiariter percuſſis à ſerpente, folia & flores ex vino poti auxiliantur.* Sylueſtre virumque valentius Galeno.

Tragoriganvm.

Diosc. *Optimum eſt Cilicium, & Cretenſe, & Smyrnæum, & in Chio Coóq; prouenienſ. Omnia excalfaciunt, vrinam cient. aluo accommodantur. decocto poto bilem deijciunt. ileoſis ex aceto bibere prodeſt. contra pota ixia venena in vino bibuntur. menſes trahunt. peripneumonicis, tuſsientibus, ex melle in eclegmate dantur. grata ac mitis eorum potio eſt, quare cibum faſtidientibus, & ſtomacho acida ructanti, imbecilloq; traditur. item ſi à maritima iactatione nauſea, & æſtus præcordiorum excitetur. tumores verò cum polenta illita diſcutiunt.*

Tra-

TRAGORIGANVM *flore albo Cluſij.*



*Genuina Græcorum* HYSSOPVS *folio Origani vmbellato flore. Aduerſ. 212.*



Non diuerſa huius figura, ſed duntaxat tota minor, folijs longioribus tenuioribus, & odore minus iucundis. per verticillos flores galericulati, ſed albi. ſolo Valentino agro Cluſio obſeruata.

*Genuina Græcorum* HYSSOPVS.

DIOSC. *Vim habet extenuandi & calfaciendi. decoctum cum ficis, aqua, melle, & ruta, potúmq; peripneumonicis, diuturna tuſſi, ſuſpirioſis, deſtillationibus, & orthopnoicis auxiliatur. tineas enecat. idem facit, ſi cum melle delingatur. craſſum humorem per aluum extrahit, decoctum ex aceto mulſo epotum. ad ſubducendam aluum cum ficis viridibus detritis manditur. vehementius, addita iri, cardamomo, aut irione, deijcit. colorem in corpore fouet. lieni, & aqua inter cutem, cum fico nitróque: inflammationibus quoque ex vino illinitur. cum feruẽte aqua impoſitum, ſugillata diſcutit. cũ decocto ficorum,* * *optimè anginis gargarizatur. decoctum cum aceto, dentium dolorem in colluſione ſedat. inflationes auricularum vaporis ſuffitu diſcutit.*

Gal. deſiccat & excalfacit ordine tertio, ſed & tenuium eſt partium.

* Hyſſopo Arabum ad eadem hodie vtuntur medici.

SAMPSVCHVS, *ſiue Maiorana.*
*Aduerſ. pag. 213.*

*Sampſuchus repens pri-mum Ieroſo-lymis delata à quodam [illegible].*



ANARACTE TENVIOR. Maiorana tenuifolia, delicatior, Aduerſ. 215.



MARVM. Aduerſ. 213. An Helenij ſecundum [illegible] Theoph.



MARVM SY-RIACVM, gracilioribus ſarmentis, minoribus capitulis & folijs Aduerſ. pag. 213.





ALEXANDER PP VI ... VALENTINUS FERDINAND...

SAMPSVCHVS. *Aduerſ. pag. 215.*

DIOSC. *Vi eius excalfaciens: ſuccus decocti potus conuenit incipientibus hydropicis, & iis quos vrina difficultas, aut tormina excruciant. illita ex melle arida folia, ſugillata tollunt. menſes ſubdita in peſſo trahunt. contra ſcorpionis ictum ex aceto & ſale illinuntur. Luxatis tumoribuſque, cerato excepta imponuntur. aduerſus oculorum inflammationes, tumoreſque cum polline polentæ illini prodeſt. acopis malagmatiſque, calfaciendi gratia, commiſcetur.*

MAIORANA capiti, cerebro, cordi, ventriculo peramica. Succus errhinis additus, caput à frigidis humoribus purgat: menſes vti Sampſuchus euocat.

MARVM.

DIOSC. *Vim habet Siſymbrio conſimilem. ſubſtringit enim & modicè calfacit: qua de cauſa illitu ſerpentia vlcera ſiſtit, & in calidas illitiones additur.*

*Varietates.* [ Hiſpania folio longè minore luteo virente nobis largitur.

MARVM *ſupinum.*

Aliud non abſimile in hortis noſtris alitur, ſed cauliculis repit.

PVLEGIVM *Regium vulgatum.*
*Aduerſ. pag. 214.*



DIOSC. *Extenuat, calfacit, & concoquit. Potum menſes, ſecundas & partus trahit cum melle, & aloe potum: ea quæ circa pulmonem ſunt, educit, & conuulſis auxiliatur. Nauſeas ſtomachiq; morſus cum poſca potum lenit. Atram bilem per aluum educit. Cum vino potum venenatorũ morſibus ſuccurrit. Defectos animo, cum aceto naribus obiectum recreat. Siccatum in puluerem tritum crematumq; gingiuas firmat. Illitum cum polenta inflammationes omnes ſedat. Podagris per ſe ſubuenit, impoſitum vſque dum rubeſcat locus. cum cerato varros extinguit. lienoſis cum ſale vtiliter illinitur. Decoctum eius ablutas prurigines mitigat. Conuerſas vuluas corrigit. Contra inflationes duritiaſque vuluæ in deſeſſiones conuenienter adiicitur. Vocant aliqui Blechona, quoniam dum floret, guſtatum à pecoribus, balatum concitat.*

Gal. eadem: Pulegium calfacere abundè magnum eſt teſtimonium, quòd illitum rubrificat, & quòd ſi quis diutius tolleret, exulceret. Extenuare verò ſatis indicat, quum humida, craſſa & lenta è thorace & pulmone excreatu facilia faciat, menſeſq; moueat.

Plin. Magna ſocietas cum Mentha ad recreandos defectos animo. Qua de cauſa dignior è Pulegio corona vertigini quàm è roſis, cubiculis noſtris pronunciata eſt; nam & capitis dolores impoſita dicitur leuare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorum æſtuſque iniurias, &c.

Dicta-

Δίκταμνον, DICTAMNVM. *Germ.* Diptam. *Ital.* Dittamo. *Hiſp.* Diptamo.
*Aduerſ. pag. 214.*

PSEVDODICTAMNVM *floribus verticillatis.*
*Aduerſ. pag. 215.*

Angli Frenſch diptammer, id eſt Gallicum aut Francum, non ſecus ac Germani Welſcher exoticas & raræ inuentionis plantas vocitant.





In Vireto D. Brancionis & D. Ioannis Boiſot hoc anno floruit.

DIOSC. *Præſtat omnia quæ ſatiuũ Pulegium, ſed efficacius multo, non potum modò ſed appoſitum quoque aut ſuffitum, defunctos partus eijcit. Produnt in Creta capras ſagittis percuſſas, huius herbæ paſtu, eas excutere. purgandi vim habet ſuccus illitus, vt cum polenta tritus. herba impactos pedibus reliquóue corpori aculeos, illitu refigit. ad lienis dolorem efficax habetur, ſiquidem ipſum imminuit. Metunt æſtate & autumno. Radix eius guſtu calfacit. partus accelerat. ſuccus cum vino potus, contra ſerpentium morſus præſidio eſt. tanta herba facultas eſt, vt olfacta abigat beſtias, quæ venenato ictu ſæuiunt, appenſaq; contactu exanimet. vulneribus ferro illatis, & venenatis morſibus, infuſus ſuccus præſentaneo eſt remedio, ſi etiam ab inſtillatione ſtatim in potu aſſumatur.*

Gal. tenuiore eſſentia conſtat quàm Pulegium: cætera illi ſimile.

PSEVDODICTAMNVM.

DIOSC. *Quod Pſeudodictamnum vocant, multis in terris naſcitur, antè dicto ſimile, ſed minus quàm illud acre.* Iuxta Gal. *Eoſdem effectus præbet.* * *ſed inefficacius multo.*

DICTAMNVM *alterum Creticum Dioſcoridis.*

*Defertur à Creta alterum Dictamni genus, folijs ſiſymbrij; ramis maioribus: in quibus flores ſylueſtris Origani, nigri, molles. odor foliorum inter ſiſymbrium & ſaluiam iucundiſſimus. Efficax ad eadem, ſed minus nares ferit. miſcetur emplaſtris & medicaminibus quæ aduerſus ſerpentium iniurias confinguntur, theriaca vocant.*

Ocimvm medium vulgatius.
*Aduerſ. pag. 215.*



Ocimvm maximum Caryophyllatum ac Citreatum.
*Aduerſ. pag. 215.*



Diosc. *Copioſiore cibo oculorum aciem hebetat. aluum mollit. ſpiritum mouet. vrinam* [a] *pellit. lac euocat. ægrè tamen conficitur. illitum cum polline polentæ, aceto & roſaceo, pulmonum inflammationibus auxilio eſt. draconis marini & ſcorpionis ictibus per ſe prodeſt: & cum vino Chio, oculorum doloribus. Succus viſus caliginem* [b] *abſtergit. deſtillationes exiccat. Semen potum conuenit atram bilem gignentibus, difficili vrinæ, inflatiſq;. naribus hauſtum ſubinde mouet* [c] *ſternutamenta. quod idem herba efficit. ſed oculos premi neceſſum eſt, cùm ſternutamentum vrget. Sunt qui in cibis abdicandum cenſeant: quandoquidem manducatum, & in ſole poſitum, vermiculos* [d] *creat. Aphri autem adijciunt, ſi feriantur à ſcorpione, qui ocimum ederint, nullo conflictari dolore.*

a Idem Pl...
b Idem Pl...
c Eadem
Plin.
d infeſtat...

Gal. Ocimum excrementitiam humiditatem habet, proinde nec commodum eſt quod in corpus ſumatur. Cæterùm foris illitum, ad digerendum & concoquendum vtile eſt. Plerique hoc etiam vt obſonio vtuntur, ex oleo & garo offerentes: vitioſioris autem ſucci eſt, ſtomacho inimicum, & concoctu pertinax olus.

Plin. Ocimum Chryſippus grauiter increpuit, inutile eſſe dicens ſtomacho, vrinæ, oculorum quoque claritati: præterea inſaniam facere, & lethargos, & iecinoris vitia, ideoque capras id aſpernari: hominibus quoque fugiendum cenſet. Afrj verò ſi eo die feriatur quiſpiam à ſcorpione, quo ederit ocimum, ſanari non poſſe, &c. Secuta ætas acriter defendit, nam id eſſe capras. nec minus quàm Menthã & Rutam ſcorpionum terreſtrium ictibus, marinorumque venenis mederi cum vino, addito aceto exiguo. Vſu quoque compertum deficientibus ex aceto odoratum, ſalutare eſſe.

*Semen potum.* ] cardiacis affectibus ſuccurrit Simeoni Sethi; animiq; mœrorem ex atra bile ortum, in hilaritatem mutat.

Oci-

OCIMVM *minimum Amaraci figura Caryophyllatum. Aduerſ. pag. 215.*



ACINOS *Aduerſ. pag. 215. 216.*
*Betonica Pauli quorundam, an Clinopodium Lacunæ?*
*Germ.* Wild baſilie. *Belg.* Wilde baſilicon. *Gal.* Baſilic ſauuage. *Angl.* Wild baſill. *Hiſp.* Albahaca ſaluage.*



lege quemadmodum 216

*DIOSC. *Ocimo ſimilis, odorata, ſed hirſutior. Menſes & aluum pota ſiſtit. Illita panos ignemque ſacrum ſanat.*

Corcoros Plinij. Molochia Serapionis quorundam.



ERINVS. *Hiſp.* Albahaca de arroyos. *ocimum aquaticum. Aduerſ. pag. 216.*

DIOSC. *Semen drachmis duabus in quatuor mellis cyathis, oblitum, oculorum fluxiones cohibet. Succus cum ſulphure & nitro inſtillatus aurium dolores ſedat.* lege quorum cauei.

CORCOROS *Plinij.*

Folijs eſt Ocimi in ſeſquipalmaribus & dodrantalibus cauliculis. Floſculi iuxta pediculos lutei. Semen in longis corniculis Aſclepiadis gracilioribus. Hiſpano ſemine in penſilibus Adonidiſque hortis alebat illuſtris vir Ioannes Brancionus, & Corcorum Plinianum faciebat.

lege

an CALAMINTHA aquatica Belgarum ſit POLYCNEMVM, quaſi multitibia aut multicruria.
Pulegium agreſte Officinarum. Nepeta agreſtis Tragi.
Germ. Ackernept. Aduerſ. 217.



CLINOPODIVM vulgare odore Pulegio iucundiore.
Germ. Widerkirch Klop. Aduerſ. 217.
Ocimum ſyl. ſiue Acinus Dod. perperam Calamintha montana Tragi.



DIOSC. Foliis origani: caule vt pulegij geniculis multis interſepto, ſine vmbella, tenui tamen in cacumine corymbo, boni odoris & acris. Vulneribus agglutinandis recens, aut aridum cum aqua, efficaciter illinitur, ſed quinto die ſolui debet: ad vrinæ ſtillicidium, ruptaq;, cum vino bibitur. les mulsi-tam

## CLINOPODIVM.

DIOSC. Bibitur herba & ſucci eius decoctum ad conuulſa, rupta, ſtrangurias, ſerpentium ictus. Menſes & partus pellit, & penſiles verrucas, quas acrochordonas vocant, eijcit aliquot diebus potum. Aluum ſiſtit decoctum ad tertias, potumq;, ſi febrium ſentiunt, ex aqua: alioquin ex vino.

MENTHA ſylueſtris ſe- cunda, rotun- diore folio, Pulegij flore rotundo. Mentha ſatiuæ tertia Dod. Gal. Mente cre- ſpue. Germ. Krumment. [illegible]



MENTHA rotundifolia altera, flore ſpicato: ſiue CRVCIATA MENTHA. Mentha ſecunda Dod. Germ. krauſz beymẽt, krauſz muntz & krauſzbalſam. Gal. Baume creſpu.



MENTHA Romana Officinarũ, ſiue præſtantior, anguſtifolia. Mentha tertia Dod. & prima Matt. Gal. Mente de noſtre dame & Romaine. Belg. Roomſche munte & Balſem munte.



Romana anguſtifolia ſiue Cardiaca MENTHA. quarta Dod. ſecũda Matt. Belg. Hertz munte.



*Mentha ſpicata varietates quinque.*

- Romana longifolia anguſtifoliáue deſcripta *Aduerſ.* 218,
- Altera perſimilis folio nigriore, & rigidiore.
- Tertia latiore folio.
- Quarta rotundo criſpo folio.
- Quinta folio minus acuto.

SISYMBRIA MENTHA *agreſtis ſatiua Cruciata Mentha congener aut eadem. Ital. etiam* Balſamita, *ſeu* Mentha Creſpa. *Siſymbrium ſatiuum Matth.*



σισύμβριον. AQVATICA *ſiue* SISYMBRIA *Mentha, rubro folio, & flore nigra Mentha. Balſamine Officinarũ. Ger.* Waſſer müntz. *Gal. Mente aquatique. Belg.* Root water muntz. *Ital.* Balſamita. *Aduerſ.* 219.



D I O S C. *Calfaciendi, adſtringendi, atq; exſiccandi vim habet. proinde ſanguinem ſiſtit ſuccus eius cum aceto potus. Lumbricos rotundos enecat. Venerem concitat. Singultus, vomitiones, choleramq; ſedant duo aut terni ſurculi cum acidi granati ſucco poti. Suppurationes diſcutit, ſi cum polenta illinatur. Impoſita fronti, capitis dolores mulcet. Mammas ſi tendantur, aut lacte turgeant, compeſcit. Cum ſale canum morſibus illinitur. aurium doloribus cum aqua mulſa ſubuenit. vulua ante coitum admota, conceptioni reſiſtit. Linguæ ſcabritiem confricta læuigat. Coire lac, denſariq; in caſeum non patitur, ſi folia potionibus lactis immergantur. In ſumma ſtomacho vtilis eſt, & in condimentis peculiarem gratiam habet.*

Menthaſtrum minus ad ſanorum vſus expetitur.

Gal. Menthæ ſatiua ad venerem mediocriter excitat. Id quod omnibus commune eſt quæ humiditate ſemicocta & flatuoſa participant. Ob talem ipſius herbæ temperaturam in abſceſſibus aliqui eam cum polenta miſta vtuntur. Habet etiam quiddam amarum in ſe & acerbum; illo quidem lumbricos interficit: acerbitate verò, ſi cum oxycrato bibatur, recentes ſanguinis reiectiones reprimit. Subſtantia eſt, vt ſi qua alia herba, tenuium partium.

Aetius addit, potum eius decoctum tribus ſeriatim diebus, cholicos omnino ſanare.



Plin. Menthæ hortenſis odor animum excitat, & ſapor auiditatem in cibis: ideò in mammarum mixtura familiares ipſæ acceſſere, vt coire denſarique lac non patiantur. quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu ſtrangulentur. Data in aqua & mulſo, eadem vi reſiſtere & generationi creditur, cohibendo genitalia denſari.

MENTASTRVM. *Aduerſ. pag. 219.*

*Gal.* Mente ſauuage. *Angl. etiam* wilde Mynte. *Germ.* wild Muntz. *Hiſp.* Maſtrantos. *Luſit.* Meſtrantos. *Ital.* Menta ſaluatica.

MENTASTRI *varietates.*

Perſimile Mentaſtro deſcripto pag. 218 ſed folia nigriora, longiora, minuſque incana & hiſpida, flos item ſpicatus. In agro Friſio ſecus Campé & Zvvolen oritur.

MENTASTRVM *niueum Anglicum.*
*Aduerſ. pag. 219.*





MENTASTRVM *minus ſpicatum.*

Odore mitius minuſq; graue; folio Heliotropij tricocci.

*Mentaſtri folia aquatica hirſuta* CALAMINTHA *tertia Dioſc. Aduerſ. pag.* 219.

Tertia Dioſc. Calamintha Mentaſtro cognata, cùm primum erumpit, folio exit Catariæ Menthæ longiore & rubente Mentaſtri ſitu & poſitu: caule Mentaſtro maiore proceriore, multis alis diuiſo, in quibus flores ſpicati cærulei Catariæ modo digeſti.

Καλαμίνθη, CALAMINTHA *montana præſtantior.*
*Aduerſ. pag. 219.*
*Gal.* Calament. *Hiſp. & Ital.* Calamento.

CALAMINTHA *montana vulgaris.* *

Floribus quauis Calamintha maioribus, aſpectúque hilarioribus.





* Media odoris ſuauitate & magnitudine inter ſuauiorem Calaminthan & Nepetam hæc. Quadrato quippe cubitali & ampliore alarum multis ramulis concauo caule fruticat; foliis rotundioribus, nigrioribus Nepetæ ſimilibus, ſed maioribus, hirtis, nitidioribus, & iucundioris odoris fragrantia. floſculis non diſparibus. Cliuoſis itẽ Angliæ, Germaniæ, Galliæ, & Italiæ ſponte oritur, vnde in viretis noſtris hæc vt plurimum alitur ad vſus medicos.

CALAMINTHA *montana.*

DIOSCOR. *Omnium folia admodum feruentia* [1] *& acria. Radix inutilis. Pota aut illita demorſis à ſerpente opitulatur. Decoctum eius potum vrinas & menſes expellit. Ruptis, conuulſis, orthopnœa, torminibus, cholera, rigoribúſq; auxiliatur. Præſumpta in vino venenis reſiſtit. tineas cæteráq; interaneorum animalia, cum ſale & melle pota, enecat. nec ſecus cocta crudáue, ſi teratur. elephanticos eſitata adiuuat, ſi poſtea ſerum lactis ebibatur. Folia detrita ſi in vellere ſubiiciantur, menſes* [2] *extrahunt, & partus enecant. accenſa aut ſubſtrata ſerpentes fugant. nigris cicatricibus candorem reddunt, in vino cocta & illita. ſugillata tollunt. Calamintha* [3] *iſchiadicis imponitur, vt ex alto humores euocet, ſummam cutem exurens.* [4] *vermes necat ſuccus auribus inſtillatus.*

[1] Gal. Calfacit & ſudorem ciet, omnéque corpus tum digerit, tum exſiccat; ea ratione ducti quidam ipſam contra rigores per circuitum repetentes adhibuerunt.

Diſcutit frigora in aqua decocta Plin. [2] eadem Gal. [3] eadem Gal.

[4] eadem Gal. ſubditque: Potum etiam elephanticorum remedium, non eo tantum quòd ſtrenuè tenues humores digerat, verumetiam quia extenuet & incidat valenter craſſos quales ſunt qui hunc morbum procreant. ſic & cicatricibus atris candorem reddit, & ſugillata digerit. Sed ad talia recentem magis quàm arentem adhibere præſtat. quippe areſacta vehementior redditur & ad vrendum promptior.

Pota

Porrò talis cùm ſit, ad venenatarum beſtiarum morſus aſſumitur, velut etiam cauteria, & quæcunque medicamenta calida ſunt, & acria, tenuiumq; partiũ, quæq; facilè ex alto ad ſe ſe circumiacentem omnem humiditatem poſſunt attrahere.

*Vermes necat.* ] Gal. Cæterùm quæ illi ineſt amaritudo planè exigua eſt, verùm ad quædam ita efficaciter agit, vt quæ valentiſſima eſt, nimirum cum coniuncta ſit vehementi calori cum tenui eſſentia: quare & aſcaridas & lumbricos ſuccus eius infuſus aut potus enecat: Eadem ratione aurium vermes, aut ſi alicubi in parte corporis ſinuoſa aut implicata quę putredine tentetur, talis prouenerit affectus. Sic & conceptum ſeu pota, ſeu admota interimit & eiicit. Igitur incidendi quidem ei vis adeſt propter calorem eius, tenuitatem, & amaritudinem: abſtergendi verò propter vnicam amaritudinem. Itaque aſthmaticis ad omnia antedicta prodeſt. Ictericis verò potiſſimum ob amaritudinẽ, ſicut alia ferè omnia amara, vtpote abſtergentia & expurgantia in iecinore prouenientes obſtructiones. Ad omnia iam dicta efficacior eſt montana. Ictericis proſunt omnia amara.

Plin. Tuſa ægilopis imponitur & capitis doloribus recẽs cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus eius inſtillatus naribus ſupinis profluuiũ ſanguinis ſiſtit. Item radix cum myrthi ſemine in paſſo tepido gargarizata, anginis medetur.

CALAMINTHA *altera odore graui Pulegij, foliis maculoſis. Aduerſ. pag. 219. Nepeta Dioſc. Angl.* Calamint. *Ital.* Nepotella montana.



CALAMINTHA *ſecunda incana.**



*Huius alterã ſpeciem ex Italiæ collibus attuli, guſtu Pulegij, foliis Maioranæ duplo minoribus, candicantibus, vti tota planta, in cubitalibus & pedalibus ſurculis. exiliores floſculi Calaminthæ ſiue Dioſcoridis Nepetæ odoris grauis Pulegij. Cautibus Linguagotticis calidarumq́ue regionum oriunda. Varietas.

*Varietas.* Floribus albis ex collibus Picardiæ & Gallobelgij tranſmiſit ad nos Calaminthem ſecundam D. Carolus de Houchin literatiſſimus, & harum ſi quis alius ſtrenuus & peritiſſimus indagator.

m 2 MENTHA

ALEXANDER

MENTHA Cataria.



MENTHA anguſtifolia.



MENTHA CATARIA. *Nepeta Tragi.*
*Aduerſ. pag. 220.*
Hiſp. yerua Gatera.

*Mentha* CATARIA *duplex peregrina, latifolia & anguſtifolia.*



Huius duas ſpecies primùm videndi copia fuit in horto amœniſſimo ſtirpiumq; ditiſſimo Ioannis Moutoni Neruienſis myropolæ in hac palæſtra bene verſati. Folia anguſtiora Cretici Marrubij proxima, incana. Flores candidi, copioſi, Catariæ vulgaris verticillatim prodeunt; caulem itidem quadratum ambiẽtes, multis concauum alis, eiuſque ſummum decorantes. Magiſq; intenſus odor, grauior, vires etiam acriores quàm Catariæ.

Altera duntaxat anguſtioribus, minoribuſque foliis variat; cæteroquin reapſe vna. vtraque Hiſpano ſemine ſata.

Apia.

APIASTRVM *ſiue* MELISSOPHYLLON *Gal. etiam* poncyrade. *Germ.* Honigbluem. *Hiſp.* Torongil. *Luſit.* yerua Cidreira, *Ital.* Meliſſa, Cedronella, & Aranciata, Allegracuore.



MELISSOPHYLLON *Fuchſ. Cordi, & Tragi. Herba ſacra Agrippa, & Lamium Plin. quibuſdam.*



*Varietas.* Latiore folio & hirſuto, odore ſuauiori, in Belgio variat.

DIOSCOR. *Folia cum vino pota aut illita, contra ſcorpionum, phalangiorum, canumq́ morſus proſunt. Decoctum eorundē, ſi eo perfundatur, idem poteſt. In inſeſſionibus ad ducendos menſes vtile eſt. Dentes eodē in dolore colluuntur. Dyſentericis*[1] *iniectum prodeſt. Fungorum*[2] *ſtrangulationibus, folia cum nitro pota ſuccurrunt. Torminibus auxiliantur. Dantur in eclegmate*[3] *orthopnoicis. Illita cum ſale*[4] *ſtrumas diſcutit. Vlcera purgant. Articulorum dolores mitigant*[5].

[1] Plin. eadem. [2] Plin. Vuluarum habet. [3] Idem Plin. [4] Idem Plin. [5] Plin. eadem.

Gal. Marrubio facultate ſimile eſt, ſed plurimum ab eo vincitur: quamobrem nec vtitur illo quiſpiam. Superuacaneum ſiquidem foret præſente Marrubio (cuius tantus eſt vbique terrarum prouentus) velle vti Meliſſophyllo. Plin. Caligines oculorum ſucco cum melle inungi eximium habetur.

Sethus. Ad ſtomachi morſus ex frigiditate. & à nigra bile triſtitias & tumores qui ſine ratione ex illa fiunt, confert. Hilaritatem efficit, & ad melancholicum ac pituitoſum humorem prodeſt. fertur quòd induſtriam afferat, & quòd ante ſomnum ſumptum, bona ſomnia faciat, contraria ratione cum braſſica. quæ mala inſomnia affert. Bubones lædit.

Suffocationi matricis auxiliatur Dodonæo. Recentia vulnera impoſita glutinare potis eſt.

*Extractum Meliſſæ Chymicum.*

Meliſſa minutim inciditur, inditurque ampullæ vitreæ; & vino ſtillatitio, quod duos digitos ſupereemineat, perfunditur: deinde illa cæco operculo occluſa, maceratur in balneo, vel in ſole, vel iuxta fornacem diebus aliquot; poſtea eximitur & ſub prælo validè exprimitur, fæcibuſque reiectis, recens herba in idem vinum ponitur, maceratur, exprimiturque vt prius: iſque labor ter quaterq́; repetitur, prout extractum efficax deſiderauerimus. Tandem vinum illud in balneo ex ampulla extillatur, dum extracti ſpiſſitudo in fundo mellis inſtar appareat, vel vini ſpiritu euocato aquoſum effluat.

MELISSOPHYLLON *Fuchſij, &c.*

Folio Meliſſophylli lōgiore, aut Menthę arrouirente, in cauliculo quadrato pedali: flos rubellus dilutè purpuraſcēs oblongior, amœnus Lamij lutei. In vallibus Germaniæ & Narbonēſis Galliæ orianda.

CARDIACA



Ca[illegible]



MARRV-
BIVM album.



MARRV-
BIVM candidum alterum Hispanicum.



CARDIACA. *Aduerſ. pag. 221. Gal. etiam* Creneuſe *à crenatis foliis.* Leg. pa 221. dedere.

Decoctis cordi amicis ſæpe miſcet doctiſſimus & experientiſſimus D. Zigerus Cobelgiers Antuerpianus medicus impoſita vulnera ferruminat.

CARDIACA *Melica. Aduerſ. pag. 221. Molucca minus aſpera. Maſeiut Turcarum eſt Molucca aſpera.*

MARRVBIVM *album. Hiſp.* Marruuio blanco. *Ital.* Marrubio bianco.

MARRVBII *candidi varietates.*

Foliis longioribus magiſque carnoſis, hirtis, albis & ſuauius redolentibus in Belgij hortis variat Hiſpano ſemine.

MARRVBIVM *Aduerſ. pag. 222.*

DIOSCOR. *Huius folia ſicca, cum ſemine decocta in aqua, aut viridium ſuccus datur cum melle ſuſpirioſis, tuſſientibus, & ad tabitudinem redactis. craſſam è pectore pituitam, cum ſicca iri eiicit. mulieribus à partu non purgatis datur, vt menſtrua & ſecundas extrahat. item in difficili partu, & his qui venena hauſerunt, aut à ſerpentibus demorſi ſunt. veſicam renéſq; lædit. Folia cum melle illinuntur ſordidis vlceribus purgandis. pterygia nomasq; ſiſtunt. laterum dolores mitigant. Succus foliis contuſis expreſſus, & ſole coactus ad eadem pollet. cum vino & melle illitus,* * *oculorum claritatem adiuuat. naribus* † *regium morbum expurgat. aurium doloribus conuenienter inſtillatur, per ſe aut cũ roſaceo.* * eadẽ Gal. † Idem Gal.

Gal. Praſſium vt guſtu amarum eſt, ita ſi quis vtatur, conuenientem huic ſapori actionem habet, iecur ac lienem obſtructione liberans, & thoracem pulmonemq; expurgans, ac menſes promouens. Sed & illitum detergit ac digerit. Eadem ferè Plin.

BALLOTE, *ſiue* MARRVBIVM *nigrum. Aduerſ. pag. 222.*
*Germ.* Schwartz andorn. *Gal.* Marrubin noir. *Hiſp.* Marruuio baſtardo. *Luſit.* Marruuio negro. *Ital.* Marrubio baſtardo.



MARRVBIVM *Hiſpanicum odore Stœchadis: Fortè Ocymaſtrum Valentinum Cluſij.* *



DIOSCOR. *Ballotes vis efficax aduerſus canis morſus, foliis ex ſale illitis. Feruenti cinere flacceſcunt folia, vt condylomata reprimant. purgant & ſordida vlcera cum melle.*

* Æmulo ſed oblongiore Marrubij nigri folio, pſeudodictamno propiore & concolori: flos item ſecundum ramulos, pulegij ritu, purpuraſcens. Hiſpano ſemine natum ſtudioſè alitur à Ioanne Mutono Neruienſi Myropola doctiſſimo in fictilibus. Videtur ſanè idem aut congener cum Ocymaſtro Valentino Cluſij, icone & his verbis expreſſo. Pedali eſt altitudine, ramis quadrangulis hirſutis; foliis per ſingula genicula ex aduerſo ſitis, ocymi magnitudine & forma, guſtu adſtringẽtibus: circa ſummos ramos flores prouenniunt orbiculatim compoſiti Marrubij modo, candidi, ocimi floribus ſimiles in vaſculis pungentibus; ſemine Marrubij nigro: radix Vrticæ aut Lamij æmula. Prouenit copioſè circa riuos ex flumine ductos ad vrbem Valenciam in Hiſpaniis: vbi Aprilis initio floret & ſemine prægnat.

GALIOPSIS.

*GALEOPSIS, ſiue Vrtica non mordax.*
*Aduerſ. pag. 222. Lamium Anguil.*
*Purpurea Galeopſis Heraclea Plin. Tragi.*
*Germ.* Waldneſſel.



*LAMIVM, ſiue Archangelica flore albo.*
*Aduerſ. pag. 223.*
*Perperam Galeopſis herbariorum Matth. Lacuna.*
*Hiſp.* hortiga muerte. *Ital.* ortica morte.



DIOSCOR. *Folia, caules, ſemen, ſuccuſq́ue, duritias & carcinomata diſsipant, ſtrumas, panos & parotidas diſcutiunt. oportet bis die tepidum ex aceto cataplaſma imponere, & eius decocto fouere. ad putreſcentia, gangrenas, & nomas, cum ſale efficaciter illinuntur.*

## LAMIVM.

Abſceſſus & duros tumores digerendo abſumit.

## VRTICÆ.

DIOSCOR. *Duo vrticæ genera. ſyluestris, aſperior, latioribus, nigrioribusq́ue foliis: ſemine lini, ſed minore. altera non aquè aſpera, minuto ſemine. Folia vtriuſque illita, canis morſibus, addito ſale, medentur: gangrenas,* carcinomata, ſordida vlcera, & quæ cacoëthe vocantur, item luxata, panos, tubercula, parotidas, ſuppurationesq́ue ſanant: dicuoſis cum cerato imponuntur. faciunt ad profluuia narium, cum ſucco trita, & naribus indita. menſes ciunt, eadem detrita cum myrrha, & impoſita. procidentes vuluas, recentia contactu reſilire cogunt. ſemen potum ex paſſo, venerem ſtimulat. vuluæ ora patefacit. cum melle delinctum; orthopnœæ, lateris & pulmonum inflammationibus, prodeſt, thoracem expurgat. erodentibus medicamentis admiſcetur. Cocta cum conchis folia, aluum emolliunt. vrinas mouent, inflationes diſcutiunt. decocta cum priſana, vitia pectoris extrahunt. mulierum menſes euocant. cum myrrha modice pota. Inflammatione turgentem vuam, gargarizatus ſuccus reprimit.*

*eadem Gal. & Plin.

RAGONIM · ALEXANDER · FERDINANDVS · DEI G

VRTICA *ſylueſtris aſperior. Ital.* Ortica volgare. *Hiſp.* Hortiga.
*Aduerſ. pag.* 223.



VRTICA *Romana, Germ.* Welſchneſſel. *Belg.* Roomſche netelen. *Gal.* Ortie Romaine.
*Aduerſ. pag.* 223.



Gal: Herbæ ſemen & folia, nam hæc potiſſimum in vſum adhibentur, digerentis ſunt facultatis, adeo vt tubercula & parotidas ſanent. Sed & quiddam flatuoſum obtinent, quo & venerem * extimulant. Porrò quòd non vehementer calefaciat, ſed admodum tenuium ſit partium, teſtatur craſſorum viſcoſorumque humorum ex thorace & pulmone eductio, tum quòd partes quas contigerit, pruriant. Cæterum flatuoſum eius, cuius particeps eſſe dicta eſt, dum concoquitur, naſcitur, non enim actu flatuoſa eſt, ſed potentia. Ventrem autem mediocriter ſubducit ipſa duntaxat abſterſione, ac veluti titillatione, non purgatione. Eadem Gal. & Plin.

GAL. *Gangrænas.*] Gangrænoſa & cancroſa, & in totum quæ exiccari citra mordacitatem poſtulant, ea conuenienter ſanat.

Plin. Articularibus * morbis & podagricis plurimi cum oleo vetere aut folia cum vrſino adipe trita imponunt. Et ad eadem radix tuſa cum aceto non minus vtilis. Eadem pſilothrum exiccat.

* Et iſchiaticis hodie expetitur.

VRTICA *minor acrior. Germ.* Brennessel & Haberneßel. *Belg.* Heeten netelen.

TETRAHIT *Adverſ. pag. 224.*
*Heraclea ſyderitis Dioſcoridis Cordo, Cluſio, & alijs.* *

Rege quidam.





TETRAHIT *herbariorum varietates.*

*Segetibus noſtris æſtiuum eſt floribus ex luteo purpurantibus, caule pedali & maiore.
Aliud longè minus in ſegetibus item naſcitur floribus albis aut rubentibus.

DIOSC. *Illita folia, ſuapte vi, vulnera ſine inflammationis periculo iungunt.*

Gal. Sideritis habet quippiam etiam abſtergendi quandam facultatem, ſed plurima eius pars humida eſt & mediocriter frigida; paucula verò ineſt adſtrictio: quare phlegmonem ſedat & glutinat.

TETRAHIT *quorundam.*

Flos Natticis Plinianæ dictæ, vel Ononidis; folijs oleæ, Phylli theligoni in palmaribus & ſeſquipalmaribus cauliculis. In Italiæ ſyluoſis Bononienſis agri lecta ſedula manu & induſtria D. Dauidis van Mauden.

ALYS.

ALYSSON *Galeni Cluſio & Herbarijs.*



MARRVBIVM *aquaticum vulgi. Syderitis ſecunda Matth. Aduerſ. pag. 224.*



## ALYSSON.

Propter vultum, ortum, flores & pungentes verticillos haud ita diſpares Syderitidi ſiue Tetrahit ſubdendum fuit Alyſſon Galeni dictum. Folia tamen latiora, in pedalibus quadratis cauliculis rotundiora, diuiſuris & effigie Buguiæ, carnoſa, hirta & tomentoſa, vti tota planta. Radix lignoſa, fibroſa. flos è verticillis Marrubij cæruleo purpureis. Hanc ſtirpē mihi communicarunt præclarus D. Ioannes Dilſius & Ioannes Mutonus, ſtirpium & naturæ miraculorum ſummi admiratores, qui hiſpano ſemine plantam nacti ſunt.

Gal. Alyſſon lib. 11, de antidot. Marrubio perſimilis herbula, ſed aſperior & magis ſpinoſa circa orbiculos flore ad cæruleum vergente. Plura ſuperius in Alyſſo Dioſcorideo.

SYDERITIS *Monſpelliaca Scordioides floribus luteis. Aduerſ. 225. Tragoriganum praſſoides Franciſci Pennini.*

CANNABIS. *Aduerſ.* 226. *Germ.* Hemerhanff. *Belg.* Hemp. *Ital.* Canape. *Hiſp.* Caña no domeſtico. *Gal.* Chambre. *Ang.* Hemp & Hemp.



CANNABIS *erratica paludoſa ſyl. Ital.* Canape ſiluatico. *Hiſp.* Cañamo ſaluage. *Aduerſ. pag.* 227.



legi Bismalue.

DIOSC. *Cannabis ſatiua largiore cibo geniturum extinguit. Succus ex ea recente conuenienter aurium* doloribus † inſtillatur.* *Idem Plin.

† ab obſtructione, vt videtur Galeno.

*Syl.* CANNABIS *Dioſcoridis, eſt Alcea maior Matthioli flore Lychnidis ſubrubro, ſemine & radice Althea.*

DIOSC. *Decocta radix illitu inflammationes mulcet, tumores diſcutit, tophos articulorum diſſipat.*

Gal. Semen flatus extinguit, adeoq; deſiccat, vt ſi pluſculum edatur, geniturum exiccet. Semen etiam difficulter concoquitur. Stomacho & capiti aduerſatur, prauoſque humores creat. Admodum excalfacit, ideoq; caput æſtuoſo, ac medicamentoſo halitu ſurſum miſſo tentat.

Ideò ſomnum conciliat vt Iris, quo ſæpè abutuntur medicaſtri & clinicæ.

Plin. Radix contractos articulos emollit in aqua coctaitem podagras & ſimiles impetus. Ambuſtis cruda illinitur, ſed ſæpius mutatur priuſquam areſcat.

Simeoni Setho Semen largius ſumptum idem nocumentum quod Coriandrum adfert, deliriumque facit; deſiccat ſemen genitale, vt Caphura.

*Cannabina aquatica planta* EVPATORIVM *dicta. Aduerſ. pag.* 227. *Officinis Galliæ Eupatorium Cannabinum Auicennæ. Pſeudohepatorium* [illegible] *Dod. editionis vernacula. Offic. Belgij perperam Eupatorium Græcorum. Germ.* [illegible], [illegible]. *Belg.* [illegible]

*legi* [illegible]

Στάχυς. STACHYS *Dioſcoridis, Scordotis Plin. lib.* [illegible] *cap.* [illegible] *Marrubium agreſte Tragi. Pſeudoſtachys Matth. Germ.* [illegible] *Aduerſ.* 226.

DIOSC. *Vim habet excalfactoriam & acrem: foliorum decoctum* [illegible] *menſtrua & ſecundas.*

Sta-

[illegible]



CRISTA GALLI her-bariorum. Adverſ. 227. Germ. Geel Rodele. Belg. Ratte-len & geele Ratels & hanecam-mekens. i. Criſtam gal-li à flori ſi-militudine; vulgò; non dipſaci, vt Plinius ha-bet.



ALLIARIA. Adverſ. 228. Ruca Maria Angli. Ger. Knob-lauchs kraut & Saſzkraut. Gall. alli-aire & her-be aux aul-lx ou ails. Belg. Loock ſonder Loock. Ital. Aliaria.



Στάχυς. STACHYS Dioſcoridis, Scordotis Plinij.



STACHYS ſpuria Flandrorum. Aduerſ. 229. Sphacelus Guilandino.

Dorſ ſicco aqueo.



STACHYS *Luſitanica quorundam.*



Herba venti Rondel. an OTHONNA? Aduerſ. 229. Parietaria Cordi Monſpel. Syderitis genus Daleſc. Ital. Verbaſci ſyl. ſpecies.

[illegible]



BETONICA. *Ital. & Hiſp.* Betonica. *Aduerſ. pag. 229.*



STACHYS *Luſitanica quorundam.*

Repticem Gnaphalij folijs & cauliculis ſeſquipalmaribus herbulam, candida lanugine ſtipatis & tomentoſis verticillis concoloribus perexiguis ſub foliolis cinctis viſum effugientibus, ſuauè ſpirantibus, vti planta vniuerſa, Stachyn dixere Herbariorum quidam non imperiti, nonnulla de facie & viribus ſimilitudine ducti.

OTHONNA.

DIOSC. *Extractus ſuccus oculorum medicamentis adijcitur, vbi expurgare eſt opus; mordet enim & abſtergit omnem caliginem quæ oculis offunditur.*

BETONICA.

DIOSC. *Betonicæ radices ex hydromelite in potu, pituitoſam vomitionem euocant. Folia dari debent ruptis, con-*
*uulſis, mulieribus vulua malo opportunis, & ad laxandos vteri ſtrangulatus, denarij pondere cum hydromelite: tres*
*in vini ſextario drachmæ, contra ſerpentium morſus ebibuntur. Herba magna vtilitate illatis à ſerpente vulneribus*
*illinitur: aduerſus etiam venena drachma ex vino pota conuenit. præſumpta ea, ſi venenum * hauriatur, nihil noce-* * Eadē Gal.
*bit: vrinam ciet: aluum ſubducit: medetur comitialibus & inſanis, pota ex aqua: & iocinoris lieniſque vitijs, drach-*
*mæ pondere in aceto mulſo. concoctionem adiuuat, ſi quis eam fabæ magnitudine ſecundum cœnam cum melle cocto*
*deuorarit: modo conſimili acida ructantibus propinatur. Stomachicis eam manducare & ſuccum deuorare proderit,*
*ſi poſtea dilutum vinum ſorbeatur. Datur ſanguinem excreantibus, tribus obolis, cum diluti vini egelidi cyatho: †iſchia-* † Eadē Plin.
*dicis, renum & veſicæ doloribus, ex aqua: aqua inter cutem binis drachmis ex hydromelite, ſi febricitant: ſin aliter,*
*ex mulſo: regio morbo laborantes recreat. menſes * pellit, drachmæ pondere cum vino pota: aluum purgant drachmæ* * Eadem Gal. & Plin.
*quattuor potæ, in hydromelitis decem cyathis. facit cum melle ad tabem & purulentam excreationem. Folia ſicca fi-*
*ctilíque fictili vaſe reconduntur.* Plura ſubdit Antonius Muſa.

Animas hominum & corpora cuſtodit, & nocturnas ambulationes à maleficijs & periculis, & loca ſancta & buſta etiam à viſibus metuendis tuetur & defendit, & omni rei ſancta eſt. Ad capitis fracturam: herba Vetonica contuſa, & ſuper capitis ictum impoſita, vulnus mira celeritate conglutinat & ſanat. Eo quoq; efficacius, ſi tertio die refectam, hoc eſt, recentiorem frequentius impoſueris donec ſaneſcat. Eius poteſtas tantam fertur habere vtilitatem, vt oſſa quoq; fracta vi ſua extrahat. Ad dolores oculorum: Vetonicæ herbæ radices ex aqua ad tertias coquito, & ex ea aqua oculos foueto: ipſa autem folia eius trita ſupra frontem & oculos imponito. Ad dolores aurium: herbæ Vetonicæ recẽtis folia vel per ſe aut in aqua madefacta perterito, ſuccumq; eorũ excipito, deinde adiecta roſa liquida tepefacito, & in aures ſtillato, lanaq; ſpiſſato, mirè proficere creditur. Ad caligines oculorum: Vetonicæ drachmã vnam, aquæ calidæ cyathos quatuor ieiunus bibat, deducit ad inferiorem partem eum ſanguinem qui caliginem oculorum facit. Ad lachrymoſos oculos: Vetonica manducata aciem oculorum clariorem facit. Ad ſanguinem de naribus profluentem: herbæ Vetonicæ contritæ paululum ſalis adijcito digitis duobus & pollice medio quantum tolli poterit, & ſubactũ formato rotundulam: quam ſi naribus inſerueris, ſanguinem ſiſtet. herba Vetonica ex vino veteri aut aceto ad tertias decocta & gargarizata, dolorem dentium diſcutit. Ad vomicos & ſuſpirioſos & thoracis dolorem: herbæ Vetonicæ drachmã vnã, & ſumptis ex aqua tepida cyathis duobus, bibendum ſi dederis, iuuat. Idem ſuſpirioſis prodeſſe creditur. Ad phthiſicos & eos qui purulentum reijciunt: Vetonicæ drachmas tres in puluerẽ redactas dato cum melle, & gluriat ieiunus cottidie, auxiliatur. Ad ſtomachi dolorem: Vetonicæ drachmas quatuor dato manducare per triduum, vel in aqua frigida cyathis quatuor dabis bibere, miraberis bonum effectum. Ad lateris dolorem: Vetonicæ drachmas tres ex vino veteri cyathis tribus, & piperis grana vigintiſeptẽ cõtrita & calefacta ieiunus bibat, curabitur. Ad lumborũ dolorẽ: Vetonicæ drachmas tres ex vino Amineo cyathis tribus, piperis grana decem & ſeptẽ contrita & calefacta ieiunus bibat. Ad ventris dolorem: herbæ Vetonicæ drachmam vnam in aqua calida cyathis duobus bibendum da. His autẽ duntaxat hæc apta erit cõpoſitio, quorũ non ex cruditate inteſtina torquẽtur. Ad colum: Vetonica cũ vino auſtero æque proficit. Ad tuſſim: herbæ Vetonicæ vncias duas ex melle accipiat per dies nouẽ. Ad quotidianas: herbæ Vetonicæ drachmas duas, arnogloſſæ drachmã vnã, ex aqua calida cyathis quatuor dato, bibat ſub acceſſione. Ad tertianas: Vetonicę & Pulegij drachmas ſingulas, aquæ calidæ cyathos tres ſub ipſa acceſſione dato bibere, ſanabitur. Ad quartanas: herbæ Vetonicæ drachmas tres, mellis Attici vnciam vnam, aquæ calidæ cyathos tres in vnum miſcebis, & ante acceſſionem da bibat, mirè ſanabitur. Ad veſicæ dolorem: herbæ Vetonicæ drachmas quatuor, apij radicis ſcrupulos tres. Decoque apij radices in ſextario aquæ ad medias, quum decoctæ fuerint, tum demum Vetonicam permiſcebis, & dabis bibere, dolorem in perpetuum ſanabit. Ad calculum: Vetonicæ drachmas tres ex aceto ſcyllitico, & mellis vnciam vnam & aquæ calidæ cyathos nouem bibat, confert. Vetonicæ drachmas duas ex aquæ calidæ cyathis duobus, & vini auſteri cyathis duobus ſub acceſſione dato bibere. Ne fias ebrius: Vetonicã prius ſumas. Ad carbunculũ: Vetonicæ drachmã vnã, aquæ calidæ cyathos duos bibat. Qui perfrictionibus laborãt: Vetonicæ vnciã ex vino cyathis quatuor bibat triduo. Laſſis ex itinere: Vetonicę drachmã vnã ex oxymelitos cyathis tribus potui dato. Ad eos qui cibũ nõ poſſunt continere: Vetonicę drachmas tres, mellis vnciam vnam cõcoquito, donec induteſcat, & paſtillos ex his facito quatuor, & ex ipſis cum aquæ calidæ cyathis duobus vnum per ſingulos dies deglutiat & bibat. His qui venenum ſumpſerunt: Vetonicæ drachmas tres ex vini cyathis tribus ſtatim dato bibat, & reijciet. Ad fiſtulas: Vetonica contuſa & trita ex hac rotundulas facito, & pau-

& pauxillum ſalis inſerito, & fiſtulā obligato, expurgat & ſanat. Ad podagram: Vetonicæ radices cum folijs decoctas ad tertias in aqua potui datas, ipſamq; per ſe tritam & impoſitam, mirè dolorem lenire experti adfirmant.

Gal. Vim habet incidendi, vt guſtus indicat, amariuſcula enim eſt & ſubacris ipſa herba, id quod & particulatim edita oſtendit actio: nam conſiſtentes in renibus lapides rumpit, & pulmonem & thoracem & iecur expurgat abſtergitque.

Plin. Faciles præſtat vomitiones radix eius Ellebori modo quatuor drachmis eiuſdem in paſſo aut mulſo. Hyſſopum tritum cum melle vtilius præſumpto Naſturtio aut Irione. Molemonium denarij pondere. Eſt & Pſyllibus lacteus ſuccus, qui denſatus in Gummi ſumitur cum melle ſupradicto pendere; præcipueque bilem trahit. Rurſus ſiſtunt vomitionem Cyminum ſylueſtre, Betonicæ farina ex aqua mulſa; plantago decocta caulium modo.

*E floris colore differentia.* { In Mutoni apud Neruios paradiſo ditiſſimo, floribus candidis Betonicam legiſſe memini; & in ſyluis ſæpius legit Carolus de Houchin D. de Longaſtre.

BETONICA *aquatica Septentrionalium an* CLYMENVM *Dioſc.? Galeopſis ſiue Scrophularia altera Dod. vernaculæ editionis. Clymenon Turneri. Seſamoides minus forte Solimano. Terpẽtaria D. I. Dilſij à Terebinthinæ dote ſimili. Ocimaſtrum alterum Tragi. Belg.* Beechleupm crupt *&* S. Antuenis crupt. *Aduerſ. 230.*

SERRATVLA. *Aduerſ. 231.*





*Varietas.* { Huius quadruplo minorem ſpeciem alebant Londini eruditiſſimus D. Thomas Pennent, & Mutonus Belga Turnaci.

Tragus. Semen tritum, melle mixtum, ac emplaſtri modo impoſitum fronti, fluxiones oculorum cohibet. Succus herbæ cum ſulphure ac nitro temperatus, auribusque inditus, dolorem illarum ſinit.

## CLYMENVM.

DIOSC. E frutice toto cum radice ſuccus exprimitur: qui ad ſanguinis reiectiones, in potu efficax eſt; ructus rubraq, fœminarum profluuia refrigerando infrenat: ſanguinem naribus erumpentem ſupprimit. Trita folia aut ſiliqua recentibus vulneribus impoſita, ea ad cicatricem perducunt. Eadem ſiſe Plin.

SCROPHVLARIA maior. Aduerſ. 230. Galiopſis Fuſch. Cordi & Dod. Germ. etiam ſauwurtz & groz feigwartzenkraut. lege Belg. Speencrupt & helmcrupt, à galericulatis floſculis. Ital. Scrofolaria.

Περιστερεών, ἢ ἱερὰ βοτάνη, VERBENA Dioſcor. Germ. Eiſernkraut, Eiſernhart. Belg. Verbene, Iſercrupt, & Iſerhere. Gal. Verueine. Angl. Veruayne. Ital. Verminacola, Berbena & Berbenaca. Hiſp. Verbena. Aduerſ. 231.





## VERBENA.

DIOSC. Folia cum radice in vino pota, illitáue, aduerſus ſerpentes pollent. eadem drachmæ pondere cum thuris obolis tribus, in vini veteris hemina, quadragenis diebus, ieiuno ore, contra regium morbum bibuntur. veteres tumores & inflammationes mitigant. ſordida vlcera purgant. Tota in vino decocta, tonſillarum cruſtas abrumpit. oris nomas gargarizatu cohibet. Aiunt, ſi aqua ſpargatur triclinium, qua maduerit, lætiores* conuictus fieri. Datur potandum in tertianis febribus, tertium à terra geniculum, cum folijs circundantibus: quartanis, quartum. Sacram vocant herbam, quoniam multum ad amuleta, expiationéſq; commendetur. *Eadē Plin.

Gal. Vim habet adeò deſiccantem, vt vulnera glutinet.

Aetius. Verbenaca recta ad capitis dolores ſummo præſidio eſſe teſtatur Archigenes, ſi ea coronetur patiens, aut ſi teratur cum aceto & roſaceo, & illinatur, aut oleo decoquatur & foueatur caput. Nec tantum capitis dolores ſedat, ſed capillos quoque fluẽtes compeſcit. Radicis decoctum calidum ore retentum dentium dolores mitigat, ac mobiles firmat, oriſque vlceribus medetur. Ad colicos radices ſemicontuſas in aqua ad dimidiam decoquito, & diebus quinque decoctum potandum dato. efficaciſſimum id eſſe experientia compertum eſt. facit & ad calculos atque ad inchoantem elephantiaſin ſi cũ melle propinetur. vtere itidẽ ad epilepticos, & ad quotidiana, quartanáue febre laborãtes. Ad podragricos verò & coxendicũ morbo affectos, vino decocta exhibetur.

Plin. lib. 26. cap. 7. Verbenaca verò omnibus viſceribus medetur, lateribus, pulmonibus, iocinoribus, thoraci, peculiariter autem pulmonibus, & quos ab ijs phthiſis tentat. Eadem Simeon Sethus.

Sacra

SACRA VERBENA *Hiſpanica minor.*
*an Dioſc. Periſtereon?*
*Verbenaca ſupina Cluſij.*

SCABIOSA *minor, Aduerſ. 232.*





*Sacra* VERBENA *minor.*

Complures fundit cauliculos, graciles, procumbentes, dodrantales & pedales in Belgij hortis, Ioannis Muloni, vbi à me primum viſa, deinde Antuerpiæ P. Coldenbergij peritiſſimorum pharmacopœorum, ſtirpiumque exploratorum, vulgatæ Verbenæ facie haud ita diſpari, ſed altioribus lacinijs inciſuriſue, floſculis item ſimilibus, cætera tota minor: multoque minora folia & flores. Hiſpano ſemine ex agro Salamanticenſi Belgij inquilina facta C. Cluſij opera. vbi quotannis rediuiuo ſemine iterum repullulat ſponte in prædictis hortis.

APVL. Ad ſtrumas: Verbenacæ radix in collo ligata, ſummè proficit. vlcera & parotidas Verbenaca tuſa & impoſita, mirificè ſanat. Ad eos qui induratas venas habent, & cibos non recipiunt: herbæ Verbenacæ ſuccum mixtum cum vino, melle & aqua. & poſtea coctum, des bibere, & ſtatim ſanat. Ad hepatis dolorem: herba Verbenaca ſolſtitio lecta, & in puluerem redacta, & potui ſumpta, mirè proficere creditur: robuſto autem cochlearia quinque ex vino quàm optimo cyathis tribus, & cæteris pro cuiuſque viribus ſic dabis. Ad calculoſos: radix contuſa ex mulſo optimo tepido data, incredibiliter calculoſis ſuccurrit: nec ſolum ipſis calculoſis, ſed & quicquid eſt quod vrinam impedit, celeriter educit. Herbæ verbenacæ corona facta & capiti impoſita, dolorem capitis tollit. Ad morſum rabidi canis & hydrophobon: herbam Verbenacam in vulnus apponito, tritici quoque grana integra indito vulneri donec humore remollita expleant: ſanatumida, proijcito illa gallinæ; ſi non appetit, ſimili modo alia grana proijcito; ſi ſic eſſe cœperit, periculi ſublati ſignum erit. Ad vulnera recentia: herba contrita cum butyro vulneri imponatur. Ad morſum ſerpentis: herbæ Verbenacæ ramuli ex vino decocti & contriti, ſi cæca erit plaga cum tumore, impoſiti adaperiunt primum, exulcerantque deinde, poſtea crudi cum melle contriti & vlceri inſerti donec ad ſanitatem, quod celeriter fit, perducant, imponuntur. Ad ictericos: herbæ Verbenacæ drachma vna & nardi oboli tres, lactucæ nigræ foliorum expreſſus ſuccus & paululum myrrhæ contritæ ex aqua cyathis tribus potui data, expellere morbum creditur.

SCABIOSA *minor. Aduerſ. 232.*

Tineam abluunt lixiuio in quo maduerit aut decocta fuerit Scabioſa. Succo vtitur Tragus.

SCA-

Scabioſa ... flor ſuo ...



*Montana* SCABIOSA *calidarum regionum.*
*Aduerſ. pag. 233.*



SCABIOSA *media.*



SCABIOSA *maior ſatorum. Hiſp.* Scabioſa.
*Aduerſ. pag. 232.*

Ad eadem quæ ſuperior efficaciſſima; cordi, hepati & viſceribus peramica; vt cuius ſucci epori ternûm & quaternûm vnciarum pondere cum Methridatij, aut Theriaces ℈ ij. ſudorem mouẽdo febres exitiales & peſtiferæ etiam abiguntur. Omnes cutis fœditates, illita, abſtergit.

...ge leniutq;.

...ge flores al-
bos non pur-
pureos Sca-
bioſæ.

SCABIOSA *media flore globulariæ.*
*Aphyllantis genus quorundam.*
Albis floribus variat agro Louanienſ.

Scabioſa maior Hi-ſpanica.



Scabioſa peregri-na.



Iacea ni-gra vulga-tior.



Iacea ma-ior.



**SCABIOSA** *maior Hiſpanica floribus albis. Aduerſ. 223.*

Paſſim huius ſemen reperitur & aduehitur ex Hiſpania in Belgium vnà cum vua paſſa Damaſcenæ. ibidem loci æſtiua eſt. apud Salmanticenſes vinetis, & marginibus agrorum familiaris.

**SCABIOSA PEREGRINA.**

Neutiquam poſthabenda & hæc raræ & peregrinæ elegantiæ Scabioſa, nullidum hactenus literis prodita: infrequens enim eſt, nec niſi horti longè amœniſſimi rariſq; ſtirpibus ditiſſimi clariſ. & doctiſſ. viri D. Ioannis Boiſot inquilinam factam vidimus, cuius beneuolentia eam florentem cum ſurculis legimus, quos iam enatos habemus in horto Guil. Drieſch peritiſſimi & fidiſſimi pharmacopœi Antuerpiani; facie & virgultis Valerianæ Rubræ vocatæ; ſed floribus & ſemine Scabioſæ Hiſpanicæ.

**SCABIOSA** *æſtiua minor.*

Folio laciniato Scabioſæ aut Erucæ; flore cæruleo vulgaris Scabioſæ, ſpinulis longiuſculis virentibus ſeſquiuncialibus, roſarum gratia ſtellę modo radiato. Semẽ membraneis inuolucris argutis implicatur Scabioſæ maioris Hiſpanicæ ritu. Vnde hæc apud nos oritur rediuiuo ſingulis annis ſemine. Muronus noſter primus hanc mecum communicauit.

**IACEA** *nigra vulgaris. Hyoſiris Plin. Anguillara. Aduerſ. 234.*
*Medium Dioſc. Murono: folio Seridis ſylueſtris, flore purpureo rotundo, ſemine cnici minuto; radice dodrantali, craſſitudine baculi, guſtu acerbo.*

Gargarizata oris, faucium, laryngum vlcera, & quæuis vitia emendat: apoſtematibus & vulnere ſauciatis medetur.

**IACEAE** *maioris folio multum lacinioſi varietas. Aduerſ. 234.*

Num Cyanoides flos Dod. eadem? an non potius congener?

Nonnunquam Mechliniæ in hortis floribus albis & capitulis ſpinoſis viſitur.

IACEA MONTANA *Narbonenſis.*



STOEBE *Salamantica maior Brancionis. Stœbe Salamantica prior Cluſij, vulgò* Cabecuela, *i. capitulum.*



IACEA MONTANA *Narbonenſis.*

Hanc nouam ſubdere viſum fuit, propter nonnullam inter ſe ſimilitudinem. Cautibus & collibus Caſtri noui conterminis Monſpellienſis agri nonnuſquam à me reperta. Cauliculo riget dodrantali & pedem alto, rotundo, folia Iaceæ luteæ & Chamæleonis læuis Theoph. media edente, altera parte incana, glauca, tantillum hirta. flores Iaceæ aut Cirſij, ſed minores. radix ſeſquipalmaris, gracilis, minuſque fibrata, guſtu cyaneo amaricat.

STOEBE *Salamantica maior.*

Ima folia Scabioſæ Hiſpanicæ & Sequanorum Cirſij media habet. Radix oblõga nonnihil fibroſa. E cubitalibus & duorum pedum caulibus in longioribus petiolis & ſquammoſo capitulo flos Cyani purpureus. Semen Cnici ſed minus. vniuerſa planta guſtanti peramara, præſicca, adſtringens.

STOEBE *argentea* SALAMANTICA *minor.*
*Stoebe Salamantica altera Cluſij.*



*Puſilla incana* IACEA *altera folio Oleæ.*
PTARMICAE *ſpecies.*



Folio minutius diuiſo Cyani minimi ſparteis viticulis Monſpelliaci deſcripti æmula, Hiſpano ſemine in D. Brancionis vireto inquilina facta; vbi tamen ſtrigoſior tota. Flos purpureus & ſemen Cyaneo non abſimilia in confertis argenteis ſquamoſis Ocimoidis paruæ capitulis. Caulis cubitalis & ſeſquicubitalis, multis alis diuiſus. Salamanticenſis agri marginibus gaudent.

Huius generis ſecunda Stœbe Cluſij eſt Cyanus noſter minimus, viticulis ſparteis, perpuſillis coliculis; qui humenti ſolo Belgico longè maior conſpicitur.

STOEBE ARGENTEA *incana Aldroandi.*

Varietas. Et aliam vidimus Stœben opera D. Hermetis le Clerc medici Neruienſis doctiſſimi, etiam folijs & caule argenteæ Stœbes, ſed delicatioribus virgultis, & folijs tomento craſſo incanis.

STOEBE *Aduerſ. pag. 41.*

† sine acrimonia Gal. DIOSC. *Stœbe vulgaris notitia, cuius ſemen & folia † adſtringunt: propter decoctum dyſentericis infunditur, [illegible] auribus quoque purulentis inſtillatur. Illita folia oculis ab ictu cruentis proſunt, & erumpentis ſanguinis impetus cohibet.*

Eadem ferè Gal. Aegin. Stœbes ſemen & folia adſtrictoria facultate donata deſiccat in tertio exceſſu. Quæ carione [illegible] vulnera peringentia conglutinant, eorumque decoctum [illegible] inteſtinorum torminibus, ſanguinis † eruptionibus & auribus purulentis auxiliatur. oculos ex ictu ſanguinis ſuffuſos illita iuuant.

*Puſilla incana* IACEA *altera folio Oleæ.*

Huic per omnia ſimilis capitulis & floribus exotica *Syriaca* plantula: ſed cauliculus minus diuiſus palmaris & ſeſquipalmaris: folia maiora, oleæ, magiſq; incana, minimè ſerrata. capitula item, habitiora, nitidis argenteis ſquamis, guſtu inſipido, minimè amaro. Incana Iacea altera Aduerſ. 235. eſt Ptarmica vulgaris Herbariorū.

PTARMICA AVSTRIACA.
*Ptarmica Matth.*



MORSVS *Diaboli.*
*Aduerſ. 235.*



Ptarmicę vulgari cognata eſt illa peregrinæ venuſtatis Auſtriaca Ptarmica Herbarijs noſtris vocata, qui eam in hortis alunt propter elegantis effigiaturæ floris gratiam, ſimilimæ & concoloris Seſamoidi paruæ, ſed aſpectu hilarioris, è capitulis ſquamulis lucidis argenteis compactis, ſibi imbricatim incumbentibus. Folia Oleæ incana; coliculi ſeſquipedales. radix, & cætera non abſimilia. Huius ſemé in Belgium Vienna Auſtriæ hoc anno ad amicos miſit Cluſius noſter, vnde miræ venuſtatis planta feliciter adoleuit.

MORSVS *Diaboli.*

Omnes eaſdem dotes quas Scabioſis referunt. Sanguinem ictu concretum diſſoluit Dod.

CYANVS *vulgaris Aduerſ. 236.*
*Baptiſecula Tragi.*

*Vulgo Botiſoſere pro Blatiſoſere, id eſt Segetum Seris: num ſit Condrilla ſpecies aut Cyanus? Blatum enim ſiue Bladum barbaris idem eſt cum Gallorum* bled, *id eſt, tritico.*

Condrillis & Scabioſis congenerem, affineſq; facultates & temperiem Cyano ineſſe crediderunt aui noſtri; eoque non tanta infelicitate Syrupo è Cichorio Guilielmi Placentini ad æſtus viſcerum & iecoris immiſcere ſoliti: qua vi refrigerandi, nonnihilq; repellendi inflammationibus oculorum prodeſt. Aſtringendo, ſiccandoq; plantaginis ritu refrigerant. Contagioſis febribus, ruptis, vulſiſque auxiliatur.

CYANVS

Cyanvs volgaris. Adverſ. 236.



Cyanvs maior. Adverſ. 236. Verbaſc.ug Tragi.



Cyanvs peramarus ſupinus capitulis ſquarroſis Seſamoidis parui. pag. 236.



Cyanvs repens am

Superiori non abſimilis ſed crebrioribus mi foliolis & candicantibu capitu argentei tectis.



ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA REX

SESAMOIDES *parua Dioſc. Aduerſ. 227. Condrilla ſpecies Dodonæ, cuius tamen ſemen in capitulis Seſamo & Pha aridi propius eſt, vt vult Dioſc.*

DIOSC. *Semen Seſamæ, fuluum, amarum. Detrahit bilem pituitasq́, ex aqua mulſa potum dimidio acetabulo. Illitum ex aqua, tumores ac tubercula diſcutit.*

TRAGOPOGON. *Germ.* Bocbart. *Belg.* Bocbaert & Josephs blommen. *Hiſp.* Barba cabruna & Barba de cabron. *Gal.* Barbe de bouc. *Angl.* Buckes bearde.



TRAGOPOGON *luteum.*



Quòd flores in pappos barbulas imitantes abeant, Barba hirci vocata; quo etiam nomine hodie officinis notiſſima. Cyanis, Condrillis aut ſeſamoidi minori reddenda, quibus figura & facultatibus haud ita abſimilis. Folia phalangij, Seſamoidis paruæ longiora habet ab vna radice Dentis Leonis. Æſtatis initio flores lutei, alias obſoletè purpuraſcentes Dentis Leonis aut Seſamoidis paruæ ſummo cubitali & ſeſquicubitali caule in papposam cæſariem dehiſcentes. Calidarum & frigidarum regionum pratis gaudet. In hortos tranſlata ſpecioſa floris fœtura variat. Lacteo ſucco turget, quem dum vulneratur fundit.

DIOSC. *Edendo eſt & cruda & cocta.* ] tenella à noſtris holitoribus acetarijs miſcetur.

Facultatibus Condrillis adſtipulatur, lancinationibus æſtuantibus, iecori, ſtomacho, renibus & thoraci auxilio eſt.

TRAGOPOGON *paruum flore Condrillæ purpureocæruleo.*

Spithamea puſilla planta nulla ſui parte à Tragopogis diſſidet. Flos Condrillæ ex luteo tantillū purpuraſcit. folia graminea palmum longa. In Hetruria & agro Romano obuia.

SCOR-



SCORSONERA, *Viperaria.*
*Hiſp.* Scorſonero.

Tragopogis congeneres plantes Itali & Hiſpani Scorſoneram vocant, quarum alteram mihi primus oſtendit præceptor Aſſatius Monſpelienſis cis lacum è regione mõtis Ceti Frontignanæ inter maritimas ſyl. Irides, folijs Tragopogi latioribus, rigidis, carnoſis. Caulis pedem & ſeſquipedem altus, ſemine & flore luteolo: cuiuſmodi Tragopogi: craſſiore radice. Gallis, Belgis & Anglis Hiſpano ſemine propagatur.

*Varietas.* Bohemicam ab hac variam facit Matthiolus.

Scorzoneræ humilis nuperrimè ſemen miſit Vienna Cluſius; cuius flos rubet aut purpuraſcit ni labat memoria.

Alia anguſtioribus folijs alitur in hortis noſtris.

Pota fertur viperarum morſibus mederi, venenis & peſti præſtantiſſimũ antipharmacum. Cardialgias, epilepſias, vertiginem, & melancholiá, radix aſſumpta iuuat. Succus lacteus Glaucij, vel Dentis leonis modo, oculorum medicamentis commodè miſcetur.

CHRYSANTHEMVM. CALTHA *Poetarum. fortè Gröpheus Plin. Gallis* Souſy, *Gallobelgis* Goude, *detorto vocabulo Flandria* Goudt. *i. aurum & aureum à colore, Aduerſ.* 157.

CHRYSANTHEMVM ſegetum.





ſeſdian- ta.

CHRYSANTHEMVM *ſegetum folio multiſciſſo. Germ.* Genſzblum. *Belg.* Geel gante bloemen & boterlaet. *Aduerſ. pag. 237.*

*perperam quorundam Bellis lutea.*

*Varietas.*] In ſegetibus Gallobelgij folijs minus laciniatis conſpicitur. lege Buphthalmum. 243. & 345.

CALTHA *Poëtarum ſiue Chryſanthemum Dioſcoridis.*

DIOSC. *Caules oleris modo eduntur, flores cum cerato triti, ſteatomata diſcutere dicuntur. Ipſa herba pota in balneis poſt exitum de ſolio, regio morbo correptis, breui bonum colorem inducit.*

Stillatitius liquor, non ſecus ac Cardui benedicti & Scabioſæ ad peſtiferos morbos bibitur. Cordiamica. lege multiſciſſo, & Bellidis.

SALVIA *maior. Aduerſ. pag. 239.*



SALVIA *minor pinnata. Aduerſ. 240.*



*Varietates.* { Luteolis folijs in Belgarum hortis variat.
{ Nonnũquã & Spicæ lauẽdulæ folijs viſitur cõcoloribus, ſed latioribus, & grauioris odoris.

DIOSC. *Foliorum ramorumque decoctum potum vrinam cit, menſes fœtuſque extrahit. Paſtinacæ marinæ ictibus auxiliatur. capillos denigrat. vulneribus † herba vtilis eſt, ſanguinemq; compeſcit. Ferina veteraq; vlcera purgat. Pudendorum pruritus foliorum & ramorum decoctum, cum vino, ſi eo abluantur, ſedat. Calfacit, * adſtringit, ſiccat.*

Eadem ferè Plin. † vulnera glutinat ſiccando. * Eadem Gal.



HORMINVM. *Aduerſ. pag. 240.*

DIOSC. *Ad venerem ſtimulandam, cum vino bibi volunt. purgat cum melle argemas albugineſq;. illitum ex aqua tumores diſcutit. eo etiam extrahuntur aculei ex corpore, idem effectus eſt illita herba. Syluestre magis viribus pollet, quare vnguentis, præſertim gleucino, permiſcetur.*

SCARLEA; *an Alecterolophos Plin.?*
*Herba S. Ioannis vulgi.*
*Aduerſ. 240.*

Syluestre HORMINVM. Aduerſ. 240.





COLVS IO-
VIS in Or-
[illegible]
[illegible] Hor-
minum syl-
uestre [illegible]
[illegible]
[illegible] folio,
odorato
Aduerſ. 44?



VERBASCVM Syluestre, folijs Saluiæ tenuifoliæ.





PHLOMOS, Lychnitis.



ALEXANDER ... FERDINANDI ... (library stamp)

[Huius effigies inſcriptio facie præced. male in loco Phlomi lychnitis irrepſit, & econtra quas repones.]

VERBASCVM *Syluestre folijs Saluiæ tenuifolia cum flore, an* PHLOMOS *Dioſcoridis?*
*Hiſp.* Candilera.
*Flores Aduerſ. pag. 241. quia emarcuerant pictor minus animaduertit & omiſit.*
*Non modò Narbonenſis planta, ſed Hiſpaniæ, Syriæ, & Illyriæ indigena.*

PHLOMOS *Lychnitis altera Syriaca.*

Etiam hanc nouam plantam nec minus ſpecioſam hiſce interſerere viſum fuit. à ſuperiore diſſidet florum ortu & modo: ſunt enim Lychnidis ſyl. vel Chalcedonicæ, coloris flaui. Folijs item anguſtis & virgulis quadratis tomento craſſo incanis, & radice lignea.

VERBASCVM *ſyl. Saluifolium exoticum.* *



VERBASCVM *Saluifolium fruticoſum luteo flore.*
*Verbaſcum* 4^m. *Matth. Aduerſ.* 241.



*Hæc folijs rotundioribus, candidioribus, denſioribuſq;, minus tamen lanugine canis, ſed Saluiæ æmula concretione; alioquin lignoſa fibrataq; radice, caule & facie non ita diſſimilis: ijſdem gaudet *Syriæ* natalitijs, quibus ſuperior. flores videre non contigit, quia marcidi.

VERBASCVM *Saluifolium fruticoſ.*
*Varietas.* Quod Syria mittit, folio eſt carnoſiore, rigidiore, latiore & hirſutiore.

VERBASCVM *nigrum Saluifolium, Saluia ſyl. Tragi aduiterina, Aduerſ. 241.*

VERBASCVM *nigrum Saluifolium purpureo flore, 5^m. Matthioli.*
*Aduerſ. pag. 241.*

VERBASCVM *ſyl. Saluiforum laciniatum. Verbaſcum ſimile Matth. Aduerſ. 242.*

VER-

*Aduerſ. pag. 242. lin. 1ª. inſcribe*
VERBASCVM *purpureum Erucafolium; & deme Sylueſtre Saluifolium fruticoſum, lignoſum.*

VERBASCVM *Mas & Candela regia.*
*Hiſp.* Gordolobo. *Angl. etiam* ſtallier *&* mullen. *Aduerſ. 242.* *Ital.* Taſſo barbaſſo.



VERBASCVM *Fœmina.*
*Aduerſ. 242.*



DIOSC. *Radix priorum duarum adſtringit, quare quod magnitudine Iudicrum talum æquet, in alui profluuio, conuenienter ex vino datur. decoctum ruptis, conuulſis, fractis, antiqua tuſſi, auxiliatur. Dentium dolorem* colluſione mitigat. Verbaſcum cui flos aureus, capillos tingit. & quocunque abijciatur, blattas*** in ſe contrahit. Cocta in aqua folia, aduerſus tumores, inflammationes oculorum, ſyderata vlcera, ex vino & melle illinuntur. cum aceto quoque vulneribus medentur. contra † ſcorpionum ictus, ſunt auxilio. Sylueſtris folia ambuſtis igni, ſunt cataplaſmata. Aiunt in folijs eius, quam fœminam dicimus, aridos ficus omnino non putreſcere.* lege [illegible]

* Gal. eadem. folia tamen digerendi vim habent. Sic etiam aliorum folia, potiſſimum autem eius quæ aureos flores obtinet.

† Idem Plin. cum Ruta radix bibitur.

** BLATTARIA. { VERBASCVM fœmina floribus albis, & caule ſummo alis multifido, nū ſit Blattaria Pliniana? Hoc enim mirè capiuntur & in eo viſitant Blattæ. *Muronis.*

*Varietas.* Floribus luteis duntaxat ab hoc diuerſum viſitur.

Radix eius perennat in Brabantia, vti Blattariæ vulgaris.

Oleum è florum Verbaſci multiplici infuſione efficaciſſimum eſt ad ſedandos arthritidis hæmorrhoidarumque ſæuos cruciatus.

*Adſtringit.*

*Adſtringit.*] Gal. radix acerba eſt, & fluxionis affectibus prodeſt.

*Dentium dolorem.*] Plin. tonſillis ex aqua potum medetur.

*Antiqua tuſſi.*] Plin. contra pectoris vitia & purulẽta excreantibus tanta huic vis eſt, vt iumẽtis etiam non tuſsientibus modò, ſed ilia trahentibus auxilietur potus. Panos ſanat cum ſua radice tuſum, vino aſperſum, & ita cinere calfactum, vt imponatur calidum. Semen in vino decoctum & contritum luxatis medetur, dolorem & tumorem tollens. Radicis medulla collyrij tenuitate in fiſtulam additur. Contuſis, euerſis, & ſi febris ſit, potatur in aqua verbaſcum, cuius flos auro ſimilis eſt. Folia ex aceto imponuntur in ſtruma. Semine ac folijs decoctis in vino ac tritis omnia corpori infixa *extrahuntur.

*Infixa.*] eoque equorum vngulis ex clauo inter calceandum profundius ac par erat adacto vulneratis, recenti oribus & Matthiolo commendatur.

ÆTHIOPIS. *Aduerſ. pag. 242.*

BLATTARIA. *Aduerſ. pag. 243. Verbaſcum leptophyllum Cordi. Germ.* Goltknopfflin. *vulgaris Blattaria annua planta eſt, folio quercus inſtar laciniata. Cærulea perennat, folio nigriore minuſque ſerrato; quemadmodum & Phœnicea.* Differentia.





ÆTHIOPIS.

DIOSC. *Auxiliatur purulentis excreationibus, iſchiadicis, pleuriticis, arteriæ ſcabritijs, decocta radix & pota. quin & cum melle, eclegmatis vicem præbet.*

*Varietas.* Latiore folio in hortis Belgij conſpicua differentia cernitur.

## PRIMVLÆ Veriflora, an antiquorum PHLOMIDES?

PRIMVLA *pratenſis. Aduerſ. pag. 243. copioſis umbellatis floribus odoratis.* Angl. Primroſen.



PRIMVLA hortenſis Anglica omnium maxima, & ſerotina floribus plenis. Aduerſ. 244.



pratenſis. Dict. Angl. Cowſlyppe.

PRIMVLA pratenſis inodora lutea. Aduerſ. 244. 245.



Sylueſtrium PRIMVLA. Aduerſ. 254. Ang. Cowſlyppe.



*Syluarum* PRIMVLA *floribus obſcurè virentibus fimbriatis.*
*Aduerſ. 244.*



*Paralytica Alpina* SANICVLA *ſiue* AVRICVLA VRSI *lutea. Aduerſ. 244.*
*Lunaria Arthritica Geſneri: Britannica Anguillaræ.*



PRIMVLÆ *veris:* VERBASCVLA *Fuchſio.*

Radicis decocto veſicæ renumq; obſtructiones ſoluuntur Fuchſio. Ius herbæ propinatur & illinitur aduerſus rupta, luxata & liuentia. Quod verò hæc eadem poſſint, temperamentum eorundem palam docet: parum enim adſtringunt, ſi guſtaueris; amara & modicè acria ſunt: vt hoc nomine deſiccandi, & detergendi facultatem habere, nemo dubitare debeat. Et mulieres formæ ſtudentes, ſucco è floribus illorum expreſſo faciem illinunt, quòd maculas, rugaſque & alia eiuſdem vitia mirificè detergeant.

*Paralytica Alpina.*

Ad enterocelas, thoracisque vulnera commendatur Matthiolo.

*Alpina* SANICVLÆ *lutea ſiue Primula varietates.* — Quemadmodũ Primulę veris occaſione loci & ſoli in Anglia folia & flores coloratiores, maiores & minores, ſic in mõtibus arduis calidarum regionum cauliculos & folia emittit maiora Auricula vrſina dicta: & interdum longè minora; ſpecie tamen aut natura minimè, diuerſa.

*Varietas.* — Luteo pallentis itidem Saniculæ eadem eſt ratio, puta maioris & minoris. Hæ omnes aluntur in horto generoſi viri D. Ioannis Dilſij materiæ Medicæ peritiſſimi & amantiſſimi.

*Paralytica Alpina* SANICVLA *anguſtifolia maior floribus rubore & candore confuſis. Primula veris florib. rubris.* *



SANICVLA *Alpina minor, ſiue media.*



*Saniculæ purpureæ Varietates.* — * Qui maiorẽ Paralyticã Saniculam tantillum fimbriatis folijs Adverſ. pag. 144. memoratã viderit, has mox ſubdendas non poteſt non noſſe. Hæc quæ maior, folia Gnaphalij montani longiora promit. flores multiplici fœtu vmbellæ inſtar in pedalibus & dodrantalibus mollioribus pediculis purpurantes aut ex roſeo & albo confuſis micantes, viſumq; oblectãtes. Vienna Auſtriæ à Cluſio noſtro D. Brancioni tranſmiſſa.

*Sanicula Alpina minor.*

Media folio eſt minore tantillum crenato: floribus non diſparibus in cauliculo palmari & dodrantali. Radix multum fibrata.



SANICVLA *Alpina minima.*

Omnium minima vix vnciam & ſeſquiunciam æquat; folijs item carnoſis, ſedifolij Cotyledonis minoribus, ſummis oris fimbriatis & denticulatis. Flos purpuraſcit.

DIGITALIS *purpurea. Aduerſ. pag. 245.**



BACCHARIS *Monſpellienſium. Aduerſ. 245. perperam Conyzæ maior Matth. & Dod. Conyza Helenitis Cord.*



*Sommerſeti Angliæ ruſtica turba huius decocto febricantibus purgationes & interdum ſuperpurgationes & vomitiones humidioribus aluo, molitur. Amarore abſtergit pituitoſa, biliosa purgat, obſtructiones reſerando.

*Varietates.*
- Nihil prorſum diſſimilem caule, folijs & ſemine, duntaxat candido flore diuerſam, aiunt amicorum horti in Belgio.
- Sed quæ giluo flore, aliâs ferrugineo, anguſtiore calatho ſpectatur, folia promit Gentianæ cruciatæ maiora, iiſdem viretis atrouirentia.

Varia hęc cõſpicitur Louanij floribus ſuaue rubentibus pallore & rubore confuſis in viridario amœniſſimo D. Ioannis de Limoges, aliâs Nonnij.

BACCHARIS *Monſpellienſium.*

DIOSC. *Radix in aqua decocta ruptis, vulſis, ex alto præcipitatis, ſpirandi difficultati, ſalutaris; item diuturnæ tuſſi & vrinæ difficili. menſes pellit: contra ſerpentium morſus vtiliſſimè datur in vino. recens radix impoſita, partum extrahit. puerperis eius decoctum in deſeſſionibus prodeſt. in diapaſmata vtiliter inſeritur, iucundi odoris gratia. folia, vt pote quæ aſtringant, capitis doloribus illitu proſunt. oculorum inflammationibus, mammis tumentibus à partu, ægilopijs incipientibus, ignibuſq; ſacris auxiliantur. odor ſomnum gignit.*

HELENIVM. *Hiſp.* Raiz del alla. *Aduerſ.* 146. *Panax Chironium Anguillara.*



BVGLOSSVM *latifolium ſiue* BORRAGO. *Aduerſ.* 246. *Perperam Lycopſis Anguillara.*



DIOSC. *Radicis Helenij decoctum potum, vrinam & menſes ducit. Ipſa deniq; in eclegmate cum melle ſumpta, tuſſi, orthopnœæ, rupturis, conuulſionibus, inflationibus,* * *venenatorum morſibus prodeſt, calefaciendi vi quam in vniuerſum habet. folia eius in vino cocta, iſchiadicis vtiliter illinuntur. Radix etiam Helenij in paſſo condita, ſtomacho vtilis eſt. Siquidem ſalgamarij paululum ſiccatam eam, mox decoctam, frigida aqua demergunt, poſtremo in defrutum coniectam ad vſum recondunt. Eatrita & pota ſanguinem excreantibus auxiliatur.*

* Eadem Plin.

GAL. Rubrificant radice ea partes frigidis & diuturnis vexatas affectibus, cuiuſmodi ſunt nonnullæ coxarum paſſiones, iſchiadas vocant, & exiguæ aſſiduæque quorundam articulorum præ humiditate luxationes.

Herba trita ex vino pota mirificè morſus viperæ ſanat Apuleio, & venenum diſcutit.

Plin. ſubdit. Radicis ſuccus decoctæ tineas pellit & lumbricos.
Radix recens & ſucco adhuc madida farctui pulmonum vtiliſſima, & efficaciſſima, eadem qua in Eryſimo diximus, ratione, abſtergit enim, concoquit, & incidit.

BVGLOSSVM *latifolium ſiue* BORRAGO.

DIOSC. *In vinum deiectum animi voluptates auget.*

BVGLOSSVM *anguſtifolium. Aduerſ. 246.*
*Cirſium Italicum Fuchſ. Germ.* Welſch Ochſenzung.



*Echij facie* BVGLOSSVM *minimum flore rubente.*



BVGLOSSI *vulgaris varietas.*
{ Altera folio habitiore, flore cæruleo, rarius albo.
Altera ſtrigoſior, folio anguſto, flore purpureo rubello. } hortenſes.

BVGLOSSVM *minimum.*
Belgis hortenſe eſt; radice & folijs anguſtifolij Bugloſſi, ſed exilioribus Echij paribus. Flos ex rubello violaceo nitet. Semen Bugloſſo haud abſimile. Saporis, odoris & vires non diſparis.

Sym.



SYMPHYTVM *pumilum repens Borraginis facie.*
BORRAGO *minima herbariorum.*

Specioſam hanc plantã alit illuſtriſſ. Princeps de Chymay D. Carolus de Croy, cæteriq; peritiores ſtirpium exploratores Belgij; folijs Borraginis aut Pulmonariæ minoribus: floribus item cæruleopurpureis borraginis; ſed radix pulla Vlmariæ aut Caryophyllatæ fibris implexa. Floret hyeme in penſilibus hortis: Vere etiamq; Auguſto in hortis. Guſtanti cum muccoſitate nonnullam acrimoniã exhibet, quod Borragini aut Bugloſſo negatum eſt. Quænam ſit hæc antiquis, adhuc ignoramus.

BVGLOSSI *peregrini radice multifida varietas.*
*Aduerſ.* 247.

Eandem aut perſimilem videndi copiam fecit Ioannes Mutonus perbonus & induſtrius Neruienſis pharmacopœus, in ſuo ſtirpium ditiſſimo & amœniſſimo paradiſo; eius tamen folia conſperſa non ulis Pulmonariæ ritu erant: flores needum videre licuit.

ANCHVSA. Hiſp. Ancuſa.
*Aduerſ. pag.* 247. 248.

DIOSC. *Radix manus inficit ſanguineo colore. læto ſolo naſcitur. Radix adſtringit. ad ambuſta & vetera vlcera, ex oleo & cera efficax eſt. igni ſacro cum polenta medetur. lepris & vitiliginibus illinitur ex aceto. partum extrahit, vulua indita. cum decoctum renum vitijs, lieni, & bile ſuffuſis datur: & ſi febris ſit, ex aqua mulſa. Siſtunt aluum folia in vino pota. Radice pigmentarij vtuntur ad vnguentorum ſpiſſamenta.*

ALCIBIADION.

DIOSC. *Eſt & altera, quam aliqui Alcibiadion, aut Onochiles appellarunt. hæc à priore diſtat, quòd minora habeat folia, ſed ſimili modo aſpera: ramulos exiles: florem purpureum in puniceum vergentem: radices rubras, oblongas. quæ meſſibus ſanguineum ſuccum fundunt. in ſabuloſis naſcitur. vis ei foliiſque ineſt, quæ contra virus cùm reliquorum ſerpentium, tum maximè viperarum, auxilietur, ſiue cibo, ſiue potu, ſiue alligatu. nam ſi quiſquam mandens, in ſerpentis os inſpuat, eum necabit.*

*Eſt & alia huic haud diſſimilis, ſemine puniceo, minore. Cuius ſemen manducatum, ſi in ſerpentis fauces inſpuatur, eam interficiet. radix acetabuli menſura cũ hyſſopo* † *& naſturtio pota, latas ventris tineas excutit.* † Eadem Gal.

Gal. Anchuſæ quadruplex ſpecies eſt. Quarum Onoclea quidem radicem habet admodũ refrigerantẽ & deſiccantẽ, tũ adſtringentẽ, & ſubamarã, tũ quæ ſufficiat extenuandis & extergendis humoribus biliosis, corporibuſq; condenſandis. Cæterùm folia habet imbecilliora quidem radice; adſtringũt tamen & ipſa & deſiccant.

Porro LYCOPSOS cognominata refrigerat & deſiccat, magiſq; quã ONOCLEA adſtringit. At ONOCLEOS calidior eſt, & magis medicata. Nam pluſculum habet & guſtu ipſo protinus acrimoniæ. Hac verò etiam calidior eſt parua, quæ eſt amarior, & magis etiam medicata eſt.

Anchuſæ nõ omnes eaſdẽ vires obtinẽt: Nam Onoclea quã vocãt, radicem ſimul habet adſtringẽtem & ſubamaram, corporibus condenſandis & modicè extenuandis idoneã; tũ abſtergẽdis quoq; & abluẽdis biliosis & ſalſis ſuccis. Dictũ enim ſupra eſt quo qualitas acerba miſta amaritudini ea præſtare queat. Sic ſanè aurugini & lienoſis vtilis eſt. Sed & refrigerare idonea eſt. Et ſanè cum polenta illita iuuat eryſipelata: & abſtergit non modò epota, ſed & foris impoſita. Proinde vitiligines & lepras ſanat cum aceto. Ac radicis quidẽ hæc opera ſunt & operum facultates quas diximus. At folia ipſius herbæ, radice quidem ſunt imbecilliora; non tamen aliena ſunt à reſiccatione & adſtrictione. Itaq; etiam profluuium ſiſtũt pota cum vino. Et quæ LYCOPSOS nominatur, eodẽ modo eryſipelatis congruit, & radicem habet quã Onoclea magis adſtringentem. At ONOCLEÆ & ALCIBIADII cognominatæ vis magis eſt medicata: Nam & guſtu protinus maiorem habet acrimoniam, & eos qui à viperis morſi ſunt, admodum iuuat, tum illita, tum ſuſpenſa, tum eſa. Reliqua verò, nempe quarta, quæ parua eſt, & ferè nomine caret, ex illis ſola Alcibiadio quidẽ perſimilis eſt, verũ & amarior & magis medicamentoſa; ac proinde ad latos lumbricos idonea oxybaphi menſura cũ Hyſſopo & Naſturtio epota.

Ax-

*Varietas.* Anchuſam latifoliam Buglosſo anguſtifolio parem, radice cruento inficiente & flore albo habuit Muronus noſter.

Anchvsa *lutea minima.*

Et hanc Monſpellienſis ager ſponte dat, ſed rarius multo. Floribus luteis in puſillis pediculis in ſe conuolutis Echij ritu caudam Scorpionis aliquantum æmulantibus; cuiuſmodi ſcitè meminit fidus teſtis doctus & induſtrius pharmacopœus Franciſcus Penninus Antuerpianus.

Lycopsis *altera Anglica.*
*Aduerſ. pag. 249.*
*Perperam Cynogloſſum Matthiolo.*



Echivm *floribus purpurantibus, rubellis.*
*Aduerſ. pag. 249.*



Diosc *Radice rubra & adſtringente. Cum oleo illita vulneribus medetur; & cum farina hordeacea ignibus ſacris, ſudores perunctamouet, adiecto oleo.*

Echivm.

Diosc. *Radix non modo à ſerpentibus percuſſis in vino prodeſt, ſed eos qui eam ante biberint, feriri non patitur. Folia & ſemen idem præſtant munus. Lumborum dolores ſedat, in vino aut ſorbitione ſumpta, lac extrahit.*

Onosma. *Aduerſ. pag. 249.*

Diosc. *Folia in vino pota partus extrahunt: prægnans ſi eam ſuperegreſſa fuerit, abortum facere dicitur.*

Cynoglossum *Vulgare ſine flore. Lycopſis Lacunæ. Adverſ. 250.*

Cynoglossum *vulgare cum flore. Angl. etiam* Doggés tonge. *Ital.* Cinogloſſa. *Adverſ. 250.*





*lege axungia. lin. 33.*

Cynoglossum *maximum.*

*Varietas.* [ Folijs, floribus, ſemine, omnique ſui parte duplo maius occurrit in hortis Belgicis.

Diosc. *Folia cum ſuillo adipe veteri, medetur morſibus canum, alopecijs, & ambuſtis. Emollit aluum decoctum herbæ ex vino potum. Subdita peſſo hæmorrhoidas ſanare fertur.*

Cirsii *varietates.*

In Belgarum amicorum hortis Cirſij plures è folijs & capitulis conſpiciuntur differentiæ, præter genera dudum memorata. vni caules quaternûm & quinûm cubitorum, foliaq; incana Bugloſſo hortẽſi anguſtifolio altero tanto maiora & longiora, oris & ambitu laciniosis & ſpinoſa. Flos purpureus, alterius Cirſij, ſingulæ cymæ ſingulus, papposus in duplo maiore ſquamulis loricato capitulo, minus ſpinulis horrido.

Quarto caules cubitum & ſeſquicubitum æquant, ſpinulis delicatioribus ſerratæ folia, & echinata capitula duplo minora.

Minus adhuc alterum compactis item ſquamulis echinatis rotundis capitulis, ſtaminibus purpureorum florum refertis: laciniata ſpinuliſq; horrida foliola. Inſtar teli pinnati aut alati ſinuati & ſpinulis ornati cauliculi.

CIRSIVM
Dioſcor.
Aduerſ.251.

CIRSII
differentiæ
Cynaceis
affines &
congeneres.
Aduerſ.252.





CIRSI

CIRSIVM
maius ſin-
gularibus
capitulis.





CIRSIV
Anglicu

CIRSIVM *Anglicum*.

Videtur hoc Spinam albam adumbrare, ſpithameo caule, & folijs Cirſij, cui referri commodè poteſt flos ſingularis Cardui bulboſi. Radix Bellidis aut Hellebori nigri modo fibroſa. Prouenit in pratis C. viri D. Nicolai Pointz equitis præfecturæ Gloſtrienſis in villa vernaculè Acton nomine: Guſtu adſtringente, præſicco, moderatè calido.

DIOSC. *Radicem huius loco laboranti adalligatam, dolores varicum ſedare Andreas ſcripſit.*

SYMPHYTVM *Alum, ſeu Alus. Offic. Conſolida maior.* *Germ.* Walwurtz, ſchwartzwurtz, Schantwurtz, Schmeerwurtz. *Belg.* Walwortel. *Aduerſ.* 251.



SYMPHYTVM *tuberoſum*.



DIOSC. *Radices tritæ & potæ cruentis excreationibus, ruptiſq; proſiciunt. Recentia vulnera illitæ conglutinant, carnes quoq; ſi coquantur, vna cogunt. Inflammationibus ſedis potiſſimum, cum Senecionis folijs vtiliter illinuntur.*

Gal. Symphytum magnum ſimilem Petræo facultatem habet, non tamen guſtantibus dulce, neque odorantibus odoratum apparet, ſed ijs ſanè ab illo diuerſum. Cæterùm quatenus viſcoſitatem quandam & mordacitatem obtinet, Scillæ ſimile eſt. Vtitur eo ad omnia quæ Petræo. *lege petræpoſitũ & lin. 40. Symphytũ.*

Subdit Plin. Oſſibus quoque fractis medetur.

SYMPHYTVM *tuberoſum*.

A ſuperioribus non ita diuerſum ortu & facie, ſed ſpecioſius quod ex Italia delatum in D. Ioannis Brancionis amicorumque viretis in, Belgio viſitur ſola tuberoſa radice diſſidens; floribus ex luteo pallentibus, caule item & folijs non diſparibus, vulgare Symphytum æmulantibus.

*Indorum ſana* SANCTA, *ſiue* NICOTIANA *Gallorum, Petum Cluſij & Recentiorum.*
*Hyoſcyamus Peruuianus Dod. Aduerſ. 252.*

Guſtu mordet & feruet in ore: calida & ſicca ordine ſecundo intenſo, minimè frigida, ſtupefaciẽs, vt vult Dod. tenuium partium, quemadmodum aliqua calida ſunt & craſſarum partium, vel frigida tenuium partium, frigida lenta, vel craſſa. Quæ verò λεπτομερῆ ſunt, citiſſimè exerũtur: vel calfaciẽdo vel refrigerãdo, ſoluẽdo aut adſtringendo: quia ſine negotio altiùs vis eius permeat. Ideoq; calidiora quàm ſunt, vulgò creduntur. Hoc in alumine ſatis cõſpicuum, quod ſtipticum à facultate adſtrictoria dicitur, quæ in terrea ſubſtantia conſiſtere videtur. Illud tamen ſciſſile, vulgo [*De pluma*] vocatũ efficacius ob partium tenuitatem habetur. Secundum locum ſibi vendicat στρογγύλον ſiue rotundum, vel Saccharinum. Hæc tria adſtringunt. Porro quibus naturâ aptior adſtrictio eſt, potentius adſtringunt. Quæ tamen tenuitate partium, ſubſtantia minus conueniente, minorique adſtrictione, quia citius id efficiunt, vel etiam quia abditiſſimas quaſuis corporis partes permeant; tanquam validiora habentur & præferuntur. Ideo à quibuſdam, qui guſtu calorem metiuntur, & explorant, calidiſſima, aut frigidiſſima dicuntur. Nicotiana calida & ſicca in ſecundo intenſo ordine. Sed quia ob partium tenuitatem mordet linguam, calidior quibuſdam credita.

Ad gangrænas, vlcera ſordida, ſtrumas, & quoſlibet morbos doloreſue abigendos, Panacis olim decantatiſſimæ more, ſuccus hodie melle excipitur. Dentibus attrita folia copioſam pituitam alliciunt, cerebrum expurgant. in ventriculum illapſa & deglutita etiam famem & ſitim ſedare creditur. Dentium dolores mulcet, à frigido ortos. Syrupus è ſucco, vel Stillatitia aqua cochlearis menſura aſthmaticis orthopnœiſue medetur.

HERBA *ſancta, ſiue* TABACVM *minus*.



*Sana Sancta, ſiue* TABACVM *minimum*.



Herba *ſancta.*

Quæ minor habetur, folia promit Hyoſcyami lutei, mucronata, anguſtiora, pediculo inhærentia. Flores minores aliquantò, non abſimiles, ſaturiores, purpurantéſue.

*Sana Sancta ſiue* TABACVM *minimum.*

Alia minima dodrantalis herba facie non diuerſa, eodem item feruido vrentique guſtu. Floſculi Hyoſcyami lutei multo minores ex flauo herbacei. Folia Doronici aut Plantaginis anguſtifoliæ minora, & anguſtiora Pulmonariæ. Radix puſilla fibrata; qualem hoc autumno Mechliniæ in hortulo Ioannis de Vroede rizotomi notiſſimi vidimus.

*Maculoſa* PVLMONARIA. *Aduerſ. 252.253.*
*In horto Mutoni variat floribus albis.*



PVLMONARIA *Gallorum, flore Hieracij.*
*Auricula muris maior Tragi.*



PVLMONARIA *alba exotica.*

Huc meritò & hæc inferenda figuræ cognatione, quam alebat Petrus Coldenbergius pharmacenticus & ſimplicium peritiſſimus. Foliis Britannicæ aut Aliſmatis humi proſtratis. Floribus Solano proximis exilioribus, muſcoſis.

…anum, *Aduerſ.* 253.
…inor Galeni.

PERSONATA. *Aduerſ. pag.* 253.





*Montanum* ARCTION.

…gliæ tribus à Bathonia miliaribus, ſecus ædes generoſi viri D. Ioãnis Cokes,
…pæ minoris genus reperi folijs & caule gracilioribus ſubtus incanis; capitulis
…ioris; ſed mollicellis & multò delicatioribus, vt Cumini ſylueſtris. Flos pur-
… & bicubitales, graciliores & molliores quàm Bardanæ. Radix longa, edendo
….

…*ſemine radix in vino, dentium dolorem mulcet, ſi contineatur ore decoctum, ambuſta … bibitur ad coxendicum dolores & ſtranguriam, è vino.*

…odum tenuium partium, & ob id exſiccantis, [extergentiſq;] tamen modicè.
…men eius cocta cum vino quadamtenus dolores dentium mitigant. Porro
… horum modo decoctum perfuſum, ſed & caules teneriores ſanare poſſunt.

PER-



ARCTION *Mont…*
LAPPA *mi…*



In agro Sommerſeti A…
in moroſis & ſyluoſis Lap…
quadamtenus Lappæ ma…
parens; caules cubitales …
apta, intus alba, vt Lappæ…

DIOSC. *Decocta ſem…*
*pernioneſq;, fouentur eodem …*

Gal. Facultatis eſt adm…
Quamobrem radix ac ſe…
ambuſta & chimetla non…

## PERSONATA.

DIOSC. *Radix drachmæ pondere cum pueris nucibus pota, ſanguinem & purulenta extreantibus auxiliatur. Articulorum quoque dolores, qui ex membrorum fractionibus colliſionibuſue fiunt, trita & illita ſedat. Quinetiam folia vetuſtis vlceribus vtiliter illinuntur.*

Gal. Diſcutit ſimul & deſiccat, ſed & aſtringit mediocriter; quamobrem folia eius veteribus vlceribus mederi poſſunt.

Radix & ſemina vrinas & calculos eijciunt practicantium experimento.

APVL. Succus herbæ cum vino veteri in potionem datus omnes ſerpentium morſus mirificè ſanat. vulnus etiam ſi cancer erit, cum aqua decoctionis foliorum eius foueto: deinde ipſam cum nitro & axungia, cum aceto tere, & in panno inducito & imponito. Ad canum rabidorum morſus, radix cum modico ſale trita imponitur morſui, & ſtatim æger liberabitur. Succus foliorum eius cum melle potui datus, vrinam prouocat, & veſicæ dolorem tollit. Puluis ſeminis eius cum vino optimo per quadraginta dies datus, iſchiadicos mirabiliter ſanat. Folia trita cum albumine oui & impoſita, ambuſta mirificè curant.

## XANTHIVM. *Aduerſ. pag. 254.*



DIOSC. *Fructus antè collectus quàm perfectè ſiccefcat, tunditur, & fictili vaſe reconditur. Flauos autem facit capillos, ſi acetabuli inſtar tepida aqua madeſcat; mox caput, nitro ante perfricatum illinunt. Alij in vino tundunt, & ita aſſeruant. Semen aptiſſimè tumoribus imponitur.*

Gal. Fructus diſcutiendi vim obtinet.

Tyr.

TVSSILAGINIS *flores. Angl. etiam* Horſe houe. *Ital.* Vnghia cauallina. *Hiſp.* Farfara & vngle caualluca. *Aduerſ.* 254.



TVSSILAGINIS *folia.* *Aduerſ.* 254.



TVSSILAGO.

An Chamæleuce Plinij, Farſanum & Farfrugum ſecus fluuios naſcens folio Populi, ſed ampliore? cuius radix imponitur carbonibus Cupreſſi: atque is nidor per infundibulum inpelitur in tuſſi veteri.

DIOSC. *Folia ex melle trita igni ſacro & omnibus inflammationibus* † *illita medentur. arida fumus per infundibulum hiantiore raptus, hos ſanat qui ſicca tuſſi* ⁎ *atque orthopnæa infeſtantur. pectoris vomicas rumpit. Eundem effectum præbet ſuffita radix. decocta in hydromelite, & pota, emortuos partus eijcit.*

† Gal. propter aqueæ humiditatis admiſtionem, qua omnia virētia tenera, alia plus, alia minus participant: nam ſicca folia acriora ſunt, quàm vt inflammatione laborantibus partibus conueniant.

⁎ Eadem Plin. & Gal. eſt autem modicè acris, vt ſine moleſtia noxaſue omnes thoracis abſceſſus credita ſit rumpere.

TVSSI-

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS DEI GRA

TVSSILAGO *montana minima.*



Se ipſa prodit radicum & foliorum indice, à quibus figura nihil, ſed magnitudine tantum diſcerni videtur. Siquidem tuſſilagini noſtrati facie proxima foliola in pediculis binûm & ternûm digitorum Soldonellæ alpinæ paria, ſimilibuſq; lateribus, pariterque auerſa incana, tomentoſa, & carnoſa. Hanc cum rariſſimis plantis Vienna Cluſius miſit in Belgium præclaro D. Brâcioni, penes quem flores videre necdum licuit.

PETASITES. *Ital.* Cappellazi. *Hiſp.* Sombrerera.
*Tuſsilago maior Matth.*



PETASITES *ſine flore, Aduerſ. pag. 254.*
*An Perſoluta & Perſonata Plinij?*



Caca.

Dioc. *Capita phagedænas, & vlcera quæ cacoëthe vocant, efficaciter illinitur.*
Idem Gal. & Ægin.

CACALIA. *Aduerſ. pag. 255.*

Diosc. *Radix † in vino madefacta, vt tragacantha, delinctu aut manducata per ſe tuſsibus, ſcabritijs * arteria medetur. Grana quæ poſt excuſſum florem innaſcuntur, trita & cum cerato illita faciem erugant, & cutem extendunt.*

† Gal. quia radix facultatem habet mordacitatis expertem, & modicè exſiccantem, eſſentiam craſſam & emplaſticam.

* ſimiliter vt Glycyrrhiza Gal.

SOLIS FLOS *Peruuianus, ſiue* SOL *Indianus.*
*Chryſanthemum Peruuianum Dod.*
*Luſitanicè* Gigante *à proceritate ſtirpis.*



SOLIS FLOS *minor.*



Solis peramœnus flos, quos vnquam vidi, maximus, Chryſanthemi vel Chamæleonis albi aureo micans fulgore, orbiculatus, diſcum pedalis & nonnunquam ſeſquipedalis latitudinis ſuperat, ſpecioſiſque radiantibus luteis folijs ambitu circumcinctis. Caulem edit rectum quindecim, 18. & 20. pedes proceram Maluæ arboreæ. Folia perampla Cacaliæ, Bardanæ, Sydæ Theoph. maiora, carnoſa, atrouirentia. Radix aliquantum tuberoſa. Semen compreſſum ferulaceum. Multis hodie Belgij hortis in delitijs eſt; vbi tamen rarò maturitatem adipiſcitur: quia ſerotina planta hyemis ſæuitia emoritur. Huius vſus hactenus [illegible].

SOLIS *Flos minor.*

Alter minor caulealis brachiato, folijs ſimilibus, & florem minorem folijs in ſtellæ morem cingentibus.

CHELIDONIVM *minus.*
*Aduerſ. 256.*



CALTHA *Paluſtris Geſneri & recentiorum. Caltha Virgilij Tragi. Tuſſilago altera Matth. Chelidonium minus paluſtre Cordi, & Dilſij. Chamaeleuce Plin. Anguil. Germ.* Matztenblumen. Geel wiſz blumen. *Aduerſ. 256.*



DIOSC. *Vis ei acris, & anemones modo, ſummam cutem exulcerat. pſoras & ſcabros vngues eximit. ſuccus* † *radicibus expreſſus ad purgandum caput naribus infunditur. decoctum eius cum melle gargarizatum, magnificè id præſtat. & omnia pectoris vitia extrahit.* †Eadē Gal.

Gal. cùm acrius ſit maiore, illitum confeſtim cutem exulcerat vnguesq; ſcabros eijcit.

Ideò hæmorrhoidibus, ſtrumis, exterendiſque ficubus illinitur, ſub cineribus cocta in folio ficulneo aut Betæ.

NYMPHAEA *alba.*

DIOSC. *Radix ſicca cum vino pota cœliacis, dyſentericiſq; auxiliatur: lienem abſumit. Radix ſtomachi ac veſicæ doloribus illinitur. vitiligines ex aqua emendat impoſita cum pice, alopecijs medetur. eadem contra Veneris inſomnia* † *bibitur. ſiquidem ea prorſus adimit, pota aſſiduè aliquot diebus, genitale infirmat. Idem ſemen potū efficit. Nymphæa nomen ſibi vendicaſſe videtur, quoniam aquoſa amet.*

† Eadem Gal. Cæterùm Nymphæa quæ candidam radicem habet, potentioris eſt facultatis, vt & muliebri profluuio medeatur. Verùm & hæc, & ea quoq; quæ atram habet radicem, ex vino nigro auſtero bibitur. Porro nonnullam etiam abſtergendi vim obtinet, ita vt aphthos & alopecias ſanent. Ad aphthos verò macerantur aqua, ad alopecias pice liquida. Sed ad hæc aptior eſt ea cuius radix nigra eſt, ſicut ad alia, cuius alba.

NYMPHAEA *lutea.*

DIOSC. *Huius ſemen & radix contra fœminarum profluuia efficaciter ex vino nigro bibuntur.*

Subdit Plin. Teneſmo radix ex vino bibitur. Dolores veſicæ ſedat ex vino. Manantia ſanat vlcera. Maculas omnes emendat. Trita plagis imponitur. Vlceribus priuatim ijs quæ calceamēto facta ſunt, prodeſt arida inſricata.

Nymphæa albæ. Aduerſ. pag. 257.





Nymphæ lutea. Ad uerſ. 25

Ranae Morſus. Aduerſ. 258.





Tribul aquatic Aduerſ. 25

TRIBVLVS *aquaticus.*

DIOSC. *Vterque refrigerantis & inſpiſſantis eſt naturæ. ideò inflammationes omneis cataplaſmate adiuuat, vlcera in ore erumpentia, putredines, gingiuas, tonſillaſq; perſanat. Succus ex his colligitur, ad oculorum medicinas. Semen dum recens bibitur, calculoſis iuuamentum affert. Drachma terreſtris tribuli pota, illitáue, ictos à vipera recreat. contra venena cum vino aptiſſimè bibitur. decoctum eius sparſum pulices necat. Thraces qui ad Strymona amnē habitant, virenti tribulo equos ſaginant, & è dulci ſemine & eſculento panem, quo veſcuntur, faciunt.*

Gal. Tribulus ex humida eſſentia modicè frigida & ſicca, non mediocriter & ipſa frigida componitur. In terreſtri tamen ſuperat terreum, frigidum, quod & adſtringens oſtendimus: in aquatico verò aqueum. Propter vtrumque itaque, & contra phlegmonarum generationes, & omnino contra omnes influxus congruunt.

COLOCASSIÆ, *ſiue Fabæ Aegyptiæ ſpecies.*
ARVM *Aegyptium Dod. & Recentiorum.*
*Hiſp.* Manta de nueſtra Señora.
*Aduerſ. pag. 259.*

ARVM, *ἄρον, Officin. Iarus & Pesvituli. Belg.* Calfsvoet. *Gallis* Pied de veau. *Germ.* Phaffen pint. *Ital.* Gigaro. *Hiſp.* yaro. *Ang.* Cockowpynt.
*Aduerſ. pag. 260.*





DIOSC. *Caulem habet cubitalem, digiti craſſitudine: florē † roſeum, dupla papaueris amplitudine: & vbi flore exuitur, fert folliculos veſparum fauis ſimiles, in quibus faba ſupra operculum, bullantis ampullæ modo, prominet. Ciborium aut Cibotium. i. arculam ideo nominant, quoniam ſeratur ipſa humenti glebæ mandata, & ita in aquam demiſſa. Radice firmatur arundine craſſiore quæ cruda coctáve eſtur. Colocaſiæ faba adſtringendi facultatem obtinet, & ſtomacho vtilem: dyſentericis, cœliacíſq; prodeſt, inſparſo polentæ vice, lomento. Datur quoq; in pulte. Cortices in vino mulſo decocti ſi terni inde cyathi bibantur, magis proficient. Facit ad aurium dolorem, quod in earum medio viride ſpectatur; guſtu amarum, ſi tritum, & cum roſaceo coctum inſtilletur.*

† Bellonius etiam negat illi florem aut fructum.

Gal. Sicuti noſtratem fabam magnitudine longè præcellit, ita & naturam humidiorem, magiſque excrementitiam ſortita eſt.

X 3    ARVM

## Arvm.

Diosc. *Radix decocta eſtur, vtpote cùm minus acris ſit, folia ad eſum recondiuntur, & arida per ſe decocta manduntur. Radix, ſemen & folia Dracunculi vires habent. Priuatim radix e ximo bubulo podagris illinitur, & dracunculi more reponitur. In totum ob mitiorem eius acrimoniam, in cibum expetitur.*

Gal. Terrena & ipſum eſſentia conſtat, ſed calida: proinde extergendi vim poſſidet: verùm non valenter ſicut Dracontium. Eſt itaq; in exſiccando & calfaciendo primi ordinis. Radices eius maximè ſunt vtiles: ſiquidem comeſæ craſſitiem humorum mediocriter incidunt, adeò vt & excreationibus ex pectore idoneæ ſint: ſed magis tamen aptum eſt Dracontium.

### Arvm *maius Veronenſe, perperam Ariſarum. Aduerſ. 260. videtur idem cum Dracunculo altero ſeu Helicophyllo Cordi.*

Tanti diſcriminis relationi quorundam acquieſcere, quantę fraudis, imaginibus argutiſue picturis credere. Quibus radicibus olim nos donauit Franciſcus Calceolarius Veronenſis ſedulus & harum peritiſſimus pharmacarius; temporis progreſſu eam aſſequutę ſunt magnitudinem, vt meritò & affabrè Aron maius, vel Dracunculum minorem quidam ſtatuerint. Aro ſiquidem per omnia ſimilis: ſed folia maiora intercurſantibus venis & notulis albis variata, in hyemem perſtāt. Racemus item & radix Ari, quæ pluribus bulbillis adnatis propagatur.

### Arisarvm *Hiſpanicum congener cum Ariſaro latifolio Cluſij. 2m. Ariſarum Cluſij.*

D. Brācionis Adonidis penſilibuſq; hortis nuper inquilinum Hiſpania delatū radice tuberoſa anemones, folio hederæ aut violæ nigræ oblongiore: neque ſemen neque florem cernere hactenus datū.

Diosc. *Radix oliua magnitudine maioris quàm Aron acrimonia. Vnde illitu nomas ſiſtit, fiunt collyria ex ea, ad fiſtulas efficacia. Illitu radicis, genitale animalis cuiuſcumque in perniciem agitur.* Eadem Cl.

Arisarvm *latifolium Cluſij, num idem cum Narbonenſi? Hiſp. Iaro & frailillos. i. fraterculi, Cluſio interprete. Aduerſ. pag. 260.*



Arisarvm *anguſtifolium cum fructu racemoſo albo, & corniculo purpuraſcente. Aduerſ. pag. 261.*



In Ariſar. Narbonenſi lege Aaron.

lege [illegible]

ARISARVM *latifolium.*

Ternis aut quaternis folijs Smilacis, ſatis carnoſis, mollibus, viridibus, & acribus, oblongo pediculo fultis, lunata falcataúe baſi. flos Ariſtolochiæ longæ extrema parte nigricans in ſeſquivnciali pediculo, notulis rubris vario. radix rotunda Aro minor. Sponte oritur ad margines agrorũ Luſitaniæ in collibus & dumetis. ex Cluſio.

ARISARVM *anguſtifolium.*

*Varietas.* [ Mechliniæ in horto Georgij Ryenſis rei herbariæ perquã ſtudioſi folio aliquanto latiore & corniculo virenti à ſuperiori diuerſum viſitur.

ANGVINA DRACONTIA. *Hiſp.* T gon… *Ital.* Serpentina. *Gall.* Serpentine grande. Serpentaria Colubr… *Germ.* Draken wurtz, Slangenkraut. *Belg.* Drakenwortele & Speerwortele. *Aduerſ.* 261.



DIOSC. *Seminis ſuccus cum oleo inſtillatus, aurium dolorem mitigat. Naribus etiam ex lana impoſitus polypum abſumit. Carcinomata illitu ſiſtit. triginta eius grana, ſi in poſca bibantur, abortus inferunt. Odore aiunt poſtquam flaccidi flores emarcuerint, conceptus adhuc teneros enecare. Radix excalfacit, orthopnœis, ruptis, vulſis, tuſsi, deſtillationibus, auxiliatur. humores pectoris excreatu faciles reddit, ſiue cocta toſtáque cum melle, aut per ſeſe edatur, ſiue farina eius ex melle delingatur. vrinam pellit, venerem excitat, cum vino pota. phagedænas vlcerũ, & quæ cacoëthe vocantur, trita cum melle & bryonia alba, expurgat, & ad cicatricem perducit. collyria ex ipſa ad fiſtulas & eijciendos partus fieri ſolent. qui radice ſuas manus perfricuerint, à viperis feriri negantur. illita ex aceto, vitiligines emaculat. Folia recentibus vulneribus, linamentorum vice, conuenienter imponuntur. decocta in vino pernionibus appoſuiſſe prodeſt. caſeus folijs inuolutus, à putredine defenditur. Succus radicis ad nubeculas, albugines, & oculorum caligines conuenit. Radix cruda coctáue, ad ſanorum vſus, pro olere recipitur. in Gymneſijs inſulis, quæ Baleares vocantur, coctam radicem cum melle multo, in conuiuijs placentarum loco offerunt. Radix meſſibus effoditur, lotáq; fruſtatim conciditur, & lino traiecta ſiccatur in vmbra, & ita reconditur.*

De altero Dracunculo inter notha Dioſcor.

DRACONTIVM, *ſiue* DRACVNCVLVS *Gal.*

Quiddam Aro perſimile obtinet, tum folijs tum radice: cæterùm illo tum acrius eſt, tum amarius, ac proinde calfactorium magis, & tenuioribus partibus. Habet etiam leuiculam quandam adſtrictionem, quæ quandoquidem cum comprehẽſis duabus qualitatibus acri ſcilicet & amara coniuncta eſt, medicamentum factum eſt, vt quæ maximè efficax. Nam radix viſcera omnia expurgat, craſſos potiſſimùm & lentos ſuccos extenuans: optimũq; remedium eſt contumacium vlcerum, quæ κακοήθη nuncupant. Expurgat quoque extergerɋ; ſtrenuè tum alia quæ extersionem deſiderant, tum vitiliginem cum aceto: tum folia item vtpote ſimilem facultatem habentia. Vlceribus, vulneribuſque recens inflictis accommoda ſunt. Et quantò minus fuerint ſicca, tanto magis conglutinant. Nam quæ ſicciora ſunt, viribus ſunt acrioribus; quã vt vulneribus conueniant. Creditum eſt quoq; caſeum humidum ſi illis foris tectus reponatur, ob temperaturæ illorum ſiccitatem à putredinẽ conſeruari. fructus valentior eſt non folijs tantum, ſed & radice: Itaq; & cancros & polypodas eliquare creditus eſt. Succus quoque eius vitia oculorum expurgat.

APVL. Ad omnium ſerpentium morſus & aſpidum: radix ex vino trita tepefacta potui data, venenum omne diſcutit. Radix cum axungia facta quaſi malagma & impoſita, mox oſſa fracta de corpore educit, & lapides extrahit.

Foliorum ſtillatitio liquore vtuntur Angli ad Peſtis contagia, vnà cum Draconis ſiue Tarcoonis aqua. Doſis ſingulorum ℥.j. & ſ. Theriaces ʒ.j. ſudorem copioſum eliciunt.

*Aquatica* ANGVINA, *ſiue* DRACVNCVLVS.
*Dracunculus arundinacea radice Plinij.*
*Germ.* Waſſer ſchlangen kraut. *Belg.* Water ſlangen cruyt. *Gall.* Serpentine d'eaue. *Aduerſ.* 261.

ASARVM. *Angl.* Folefote & Hazle wurte. *Aduerſ. pag.* 262.





Plin. *Lib* 24.*cap.*16. Eam ex aqua vel vino contra ſerpentes dabant.

ASARVM.

DIOSC. *Radices habet odoratas, excalfacientes, & quæ linguam vehementer mordent. Excalfactoriam vim habet. vrinam cit. hydropicis & vetuſto coxēdicum dolori prodeſt. Radices ſenis drachmis ex aqua mulſa pota, menſes trahunt, & veratri albi modo purgant. In vnguenta additur.*

Gal Radices facultate ſimiles radicibus Acori, intenſiores tamen. Itaque ex ijs, quæ de illis prodita ſunt, hic facienda coniectura.

Plin. Nardi viro habet Aſarum, quod & ipſum ſylueſtre Nardum aliqui appellant. Secundo ordine excalfaciunt & ſiccant tertio Aſari radices, Meſueo attenuant, reſerant, reſoluunt, & prouocant, adſtrictione tamen non vacant. Bibitum Aſarum non modò vomitione ciet, ſed & per aluū ducit.

MESVE. Tota planta eſt aromatica, & guſtum mordens, Radice præcipua, præſertim magna, odore tenui, ſapore acri, & parum ſtyptico. Calida ſicca ordine tertio, vel potiùs cum Dioſcoride calida ſecundo, ſicca tertio. Tenuat, reſoluit, obſtructa aperit, hepatis, lienis, & horum duritiem ſoluit, & affectus alios indè natos, febres putridas & diuturnas, icterum, hydropem, præſertim vino infuſum. Purgat vomitu & deiectione, & vrinis bilem, ſed pituitam manifeſtiùs, etiam ex ilibus, iſchio, & aliis articulis: ob id harum partium dolores mitigat, præſertim infuſum, vel aliter exhibitum.

Oleum aſari cum ladano ſpinæ illitum ſudores mouet, & rigorem febrilem inhibet. Vrinas mouet, ſemen auget. Valentiùs agit cum ſero lactis, ſpica & hydromelite. Muſtum his radicibus conditum poſt tertiam menſem hydropes & ſplenem ſanat. Mediocriter coqui & teri poteſt: & quò tenuiùs eſt tritum, eò magis vrinas mouet: minùs autem aluum ducit. Datur infuſo ab aureis duobus ad drach. quatuor: puluere autem à drach. vna ad aureos duos.

*Iſchiadicis & quartanarijs vomitione, vtilis.*

ASARINA *ſterilis Seuenæ Narbonenſis agri. Aduerſ. pag. 262.*
*Aſarina demerſa à Matthiolo qui florem Anthemidis eſſe ſcribit.*



SOLDANELLA. *Braſsica marina. Belg. Keetwinde: Hiſp.* Soldanela, *&* verça marina. *Aduerſ. 263.*



Folia & flores dilutè purpurantes Hederæ terreſtri conueniunt; ſed maiores, longiores. Rupibus & cautibus Veganio conterminis Seuenæ oriunda.

SOLDANELLA, *Braſsica marina.*

DIOSC. *Folijs pingui concretu, ſalſo guſtu, & aliquantulum amaro. tota herba ſtomacho incommoda eſt, acris: alvum maximè ſoluit in cibo cocta. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne.*

Tertio ordinis exceſſu, calida & ſicca cenſetur.

Tormina & flatus gignit, flauas hydropicorum aquas & pituitas educit.

Gal. Suprà quàm quòd ventrem deijciat, vt pote ſubſalſa & ſubamara guſtu, fuerit ſanè etiam ad externos corporis vſus & ad omnia ea ad quæ tales qualitates accommodantur, idonea.

GRAMEN

GRAMEN PARNASI. *Recentiorum Hederaceum. Hepatica alba Cordi. Germ. Robertſkraut, Aduerſ. 263.*



GRAMEN PARNASI *duplicatis floribus.*



DIOSC. *Denſius fruticat. Succus in vino cum melle pari, & Myrrha dimidio decoquitur. Adijcianturque piperis & thuris tertia portiones, probatiſſimum erit oculorum medicamentum. Id in aerea pyxide reconditur. Decoctum radicis, idem quod herba præſtat. Semen vehementius vrinam impellit; aluum, vomitioneſque ſiſtit.*

Gal. Semen eius vrinam ciet; & fluxus ventris & ſtomachi reſiccat. vis enim eius eſt exiccatoria, tenuium partium, & ſubacerba.

GRAMEN PARNASI *duplicatis floribus.*

*Varietas.* { Prorſum idem, vdis Brabantini agri etiam quò loci aliud vna ſponte oritur, legit ſedula manus D. Lucæ Eerſſel medici Louanienſis harum perquam ſtudioſi & peritiſſimi; ſed ſola florum ſpecioſa duplicatione varium.

CYCLAMEN *folio Hederæ. Rapum terræ. Arthanita.*
*Belg.* Verckens broot. *Aduerſ.* 264.



DIOSC. *Radix cum hydromelite pota, pituitam aquamq; detrahit, menſes potu appoſitúue ciet. Tradunt, ſi prægnans radicem tranſgrediatur, abortum fieri. partum appenſa accelerat. contra venena, præſertim leporis marini, ex vino bibitur. illita contra ſerpentium ictus remedio eſt. immiſta vino inebriat, regium † morbum diſcutit, tribus drachmis pota, cum paſſo aut diluto mulſo. Sed oportet eum qui ebibit, multis veſtibus contectum, loco calido, & à perfrictionibus tuto, recumbere, quò facilius exudet. eiecti autem ſudores fellei colore inueniuntur. Succus eius ad purgandum caput, naribus infunditur. ad deijcienda* Eadem Plin.
*quoque alui excrementa, in vellere ſedi ſubijcitur. illito vmbilico & imo ventre coxarum tenus, aluum emollit, & abortum * efficit. ſuffuſionibus, & retuſa oculorum aciei,* * eadẽ Gal.
*oblitus cum melle ſuccus prodeſt. medicamentis † abortum* † eadẽ Gal.
*inferentibus admiſcetur. ſuccus cum aceto illitus, procidentem ſedem reſtituit. Exprimitur tuſa radice ſuccus, & ad mellis craſſitudinem decoquitur. Radix cutem purgat. eruptiones papularum reprimit, vulneribus ex aceto per ſe aut cũ melle medetur. * lienem abſumit. vitia cutis in facie, &* * Gal. eadẽ.
*alopecias emendat. eius decocto lauata, podagras, & capitis vlcuſcula, pernionéſque fouere congruum eſt. ipſaque in oleo vetere ferueſacta, illito oleo, vlcera ad cicatricem perducit. Cauata radix oleo expletur, & cinere feruenti imponitur, adiecto interdum Tyrrhenica ceræ momento, vt ſtrigmenti craſſitudinem vnguentum contrahat, cum primis vtile pernionibus. Radix, ſcillæ modo, conciſa reponitur. Narrant, ad amatoria aſſumi contuſam, & in paſtillos diuiſam. Naſcitur in vmbroſis, maximè ſub arboribus.*

† Gal. eadem. & menſes ſiue pota, ſiue impoſita euocat. non modò viſcus purgans, ſed etiam quæ in toto corpore bilis fuerit, eam per ſudorem excernens, proinde à potione omnibus modis adiuuanda ſudoris prouocatio eſt.

MESVE. Calidus ſiccus initio tertii ordinis, incidit, tenuat, reſoluit, terget, expurgat, obſtructiones aperit, ſudorem copioſum mouet, cutem fœditate eius ablata omnium maximè expurgat. Pituitam lentam & craſſam ſumptus, & ſuppoſitus, atque adeò femori, ilibus, & vicinis partibus illitus purgat. Obſtructiones viſcerum, præcipuè ſplenis aperit, maximeque ex oxymelite, & ſumptus, & emplaſtri modo admotus colicum dolorem à pituita, aut ſtercore ſuppreſſo ſanat, caput & oculos inſigniter expurgat, præſertim errhino ex ipſo in nares recepto, præſertim poſt purgationem per Hieram, aut Theodoricon, aut campotia fœtida, aut ſimilia. Quapropter viſui imbecillo, & aquis in ipſum ruentibus, hemicraniæ, cephalalgiæ, torturæ, paralyſi, & ceteris cerebri affectibus frigidis confert, errhino, vt dixi, attractus. Icterum ſanat experientiâ certâ, præſertim ſucco cum oxymelite, vel œnomelite ſumpto, & operto deindè diligenter corpore. Nam ſic ſudore largo materia etiam in vaporem verſaillioſo excremento exonerabitur. Duro lieni confert quouis vtendi modo, & tumoribus aliis, vt etiam ſtrumas iuuet. Menſes mouet, ſumptus & ſuppoſitus hæmorrhoidas potentiſſimè aperit. Corrigitur vt dracunculus, & bryonia. ſucci huius drach. quatuor cum ſaccharo ſolutas, & ad tertiam coctas, manè ſumptas, icterum ſanare certiſſimum & expertiſſimum affirmat filius Serapionis.

GRAMEN PARNASI *Recentiorum Hederaceum. Hepatica alba Cordi. Germ. Robert ſmanteut. Aduerſ. 263.*



GRAMEN PARNASI *duplicatis floribus.*



DIOSC. *Denſius fruticat. Succus in vino cum melle pari, & Myrrhae dimidio decoquitur. Adijcianturque piperis & thuris tertia portiones, probatiſſimum erit oculorum medicamentum. Id in aerea pyxide reconditur. Decoctum radicis, idem quod herba praeſtat. Semen vehementius vrinam impellit; aluum, vomitioneſque ſiſtit.*

Gal. Semen eius vrinam ciet; & fluxus ventris & ſtomachi reſiccat. vis enim eius eſt exiccatoria, tenuium partium, & ſubacerba.

GRAMEN PARNASI *duplicatis floribus.*

*Varietas.* Prorſum idem, vdis Brabantini agri etiam quò loci aliud vna ſponte oritur, legit ſedula manus D. Lucae Eerſſel medici Louanienſis harum perquam ſtudioſi & peritiſſimi; ſed ſola florum ſpecioſa duplicatione varium.

CYCLA-

## CYCLAMEN *folio Hederæ. Rapum terræ. Arthanita.* *Belg.* Verckens broot. *Aduerſ.* 264.



DIOSC. *Radix cum hydromelite pota, pituitam aquamq́ detrahit. menſes potu appoſitúue ciet. Tradunt, ſi prægnans radicem tranſgrediatur, abortum fieri. partum appenſa accelerat. contra venena, præſertim leporis marini, ex vino bibitur. illita contra ſerpentium ictus remedio eſt. innixiſta vino inebriat. regium† morbum diſcutit, tribus drachmis pota, cum paſſo aut diluto mulſo. Sed oportet eum qui ebibit, multis veſtibus contectum, loco calido, & à perfrictionibus tuto, recumbere, quò facilius exudet. eiecti autem ſudores fellei colore inueniuntur. Succus eius ad purgandum caput, naribus infunditur. ad deijcienda quoque alui excrementa, in vellere ſedi ſubijcitur. illito vmbilico & imo ventre coxarum tenus, aluum emollit, & abortum* efficit. ſuffuſionibus, & retuſæ oculorum aciei, oblitus cum melle ſuccus prodeſt. medicamentis† abortum inferentibus admiſcetur. ſuccus cum aceto illitus, procidua ſedem reſtituit. Exprimitur tuſa radice ſuccus, & ad mellis craſsitudinem decoquitur. Radix cutem purgat, eruptiones papularum reprimit, vulneribus ex aceto per ſe aut cũ melle medetur. * lienem abſumit. vitia cutis in facie, & alopecias emendat. eius decocto lauata, podagræ, & capitis vlcuſcula, pernionésque foueri congruum eſt. ipſaque in oleo vetere feruefacta, illito oleo, vlcera ad cicatricem perducit. Cauata radix oleo expletur, & cinere feruenti imponitur, adiecto interdum Tyrrhenica cera momento, vt ſtrigmenti craſsitudinem vnguentum contrahat, cum primis vtile pernionibus. Radix, ſcillæ modo, conciſa reponitur. Narrant, ad amatoria aſſumi contuſam, & in paſtillos diuiſam. Naſcitur in vmbroſis, maximè ſub arboribus.*

Eadem Plin.

* eadẽ Gal.

† eadẽ Gal.

* Gal. eadẽ.

† Gal. eadem. & menſes ſiue pota, ſiue impoſita euocat. non modò viſcus purgans, ſed etiam quæ in toto corpore bilis fuerit, eam per ſudorem excernens, proinde à potione omnibus modis adiuuandi ſudoris prouocatio eſt.

MESVE. Calidus ſiccus initio tertii ordinis, incidit, tenuat, reſoluit, terget, expurgat, obſtructiones aperit, ſudorem copioſum mouet, cutem fœditate eius ablata omnium maximè expurgat. Pituitam lentam & craſſam ſumptus, & ſuppoſitus, atque adeò femori, ilibus, & vicinis partibus illitus purgat. Obſtructiones viſcerum, præcipuè ſplenis aperit, maximeque ex oxymelite, & ſumptus, & emplaſtri modo admotus colicum dolorem à pituita, aut ſtercore ſuppreſſo ſanat, caput & oculos inſigniter expurgat, præſertim errhino ex ipſo in nares recepto, præſertim poſt purgationem per Hieram, aut Theodoricon, aut catapotia fœtida, aut ſimilia. Quapropter viſui imbecillo, & aquis in ipſum ruentibus, hemicraniæ, cephalalgiæ, torturæ, paralyſi, & ceteris cerebri affectibus frigidis confert, errhino, vt dixi, attractus. Icterum ſanat experientiâ certâ, præſertim ſucco cum oxymelite, vel œnomelite ſumpto, & operto deindè diligenter corpore. Nam ſic ſudore largo materia etiam in vaporem verſa biliofo excremento exonerabitur. Duro lieni confert quouis vtendi modo, & tumoribus aliis, vt etiam ſtrumas iuuat. Menſes mouet, ſumptus & ſuppoſitus hæmorrhoidas potentiſſimè aperit. Corrigitur vt dracunculus, & bryonia. ſucci huius drach. quatuor cum ſaccharo ſolutas, & ad tertiam coctas, manè ſumptas, icterum ſanare certiſſimum & experiſſimum affirmat filius Serapionis.

Gal. Cyclaminus varias vires obtinet, nam & extergit, & incidit, & ora venarum aperit, & attrahit. Clarum verò id eſt ex particularibus operibus: nam ſuccus eius hęmorrhoidas reſerat, violenterque ad ſeceſſum prouocat in floccis appoſitus. Sic etiam medicamentis tubercula, ſtrumas, aliaſque durities diſcutientibus commiſcetur, ac ſuffuſis cum melle illitus competit. Ad hæc quoque per nares expurgat.

*Varietates.*
- Cyclamen vernum flore rubro Ferraria miſit D. Alfonſus Pancius, cui folia Martio erũpunt: Aprili & Maio flores. Semenque maturat initio Iunij.
- Belgij vireta folio hederaceo rotundiore tantillum crenato ſuſque deq; maculis variato colunt.
- Breuiori flore eſt illud quod fundit Romanus montanus ager.

ARISTOLOCHIÆ. *Gallis Ariſtologe & vulgo Saraſine.* *Ital.* Ariſtologia. *Hiſp.* Ariſtoloquia. *Germ.* Oſterlucey, *& perperam* Holwurtz. *Aduerſ. 264. 265.*

ARISTOLOCHIA ROTVNDA.



ARISTOLOCHIA *Clematitis noſtras, perperam longa Matthioli & Fuchſ. Aduerſ. 265.*



DIOSC. *Rotunda cæteris venenis reſiſtit. Longa verò aduerſus angues drachmæ pondere ex vino libita & illita auxiliatur. Pota cum pipere & Myrrha, menſes, partus, & omnia vuluarum onera ejicit: eadem efficit in peſſo ſubdita. Rotunda ad eadem pollet; inſuper ſingultientibus, ſuſpirijs, horroribus, lieni, conuulſis, lateris doloribus, [illegible] aqua ſingulariter auxiliatur. Aculeos & ſpicula extrahit. Oſſium ſquammas illita [illegible] putrida vlcera [illegible] & ſordida expurgat. caua cum Iride & melle explet. Extergit gingiuas & dentes. Creditur & Clematitis ad eadem præeſſe. viribus tamen inferior eſſe.*

Gal. Radix amara & ſubacris, ſed ex illis tenuiſſima eſt rotunda, & in omnibus efficacior. Aliarum verò duarum Clematitis vocata magis odorata eſt: itaque ea ad vnguenta vtuntur vnguentarij; ſed ad ſanationes infirmior. Longa verò minus quidem tenuis eſt, quàm rotunda; ſed nec ipſa inefficax: Verùm abſtergendi & calfaciendi facultatem poſſidet; minus tamen quàm rotunda abſtergit, atque digerit: ſed non minus calfacit, imò fortaſſis etiam plus. Itaque in quibus vſus eſt modicæ abſterſionis, commodior eſt longa; puta in carnis exulcerationibus, & vteri fomentationibus. In quibus autem craſſum humorem validius extenuare oportet, illic vſus eſt rotundæ. Proinde dolori ab obſtructione, aut craſſitie crudorum flatuum natos, magis curat rotunda, & ſpicula extrahit, & putredines ſanat, & ſordida vlcera repurgat, dentes, gingiuaſq; candidas efficit. Auxilio eſt aſthmaticis, ſingultientibus, comitialibus, podagricis cum aqua frigida pota. Ruptis etiam conuulſiſque, vt ſi quod aliud medicamentum, idonea eſt.

Apvl. Herba Ariſtolochia ſicca ſuffumigabis febricitantem, & hilariorem eum facies. Fugat & dæmonia. Frigore exuſtis, herba Ariſtolochia ex oleo vſque ad calefactionem vim habet cum axungia porcina. Si infans contriſtatus fuerit: herba Ariſtolochia ſuffumigabis infantem, hilarem facit, & conualeſcit infans, fugato dæmonio. Canceromata quæ in naribus naſcuntur, herba Ariſtolochia cum Cypero & Draconteæ ſemine trita & cum melle impoſita, emendat.

## Pistolochia & *Polyrrhizon Plin.*

*Aduerſ. pag. 265.*

Conuulſis, contuſis, ex alto pręcipitatis, radice pota ex aqua, vtiliſſima eſſe traditur: ſemine pleuriticos & neruos confirmare, excalfacere. putrida vlcera exeſt, vermeſq; extrahit, & cætera cuncta poteſt quæ ſuperiores. lege promiſcuè. lin. 32.

*Ariſtolochia* Clematitis *altera Hiſpanica.*



Candore, ſedulitate & induſtria D. C. Cluſij nobis Clematitis alterum genus innotuit; quod ex Hiſpaniis Bætica, & Hiſpalenſibus radicibus itinere Olyſſiponenſi in ſpatulis detectum D. Brancioni & amicis videndi copiam fecit. Senticetis & dumetis gaudet, flexuoſis, anfractuoſis, viticuloſis, ra-

moſis, gracilibuſque cauliculis arrepit & amplectitur vicina cremia. Radice reptrice, prælonga, anfractuoſa, geniculata, Smilacis aſperæ, & noſtratis Clematitis colore. Flores incurui nigricant ex purpura: lagenulæ, & folia Ariſtolochiæ Clematitis minora, rigida, leuia & tantillum acuminata. Facultatibus cæteris haud abſimilis creditur.

VIOLA MARTIA *purpurea, flore multiplici.* *Hiſp.* Violeta. *Ital.* Viola mammola & viola porporea. *Aduerſ. pag. 266.*

VIOLA MARTIA *ſurrectis cauliculis.* *Aduerſ. pag. 266.*

Flos Violæ Martiæ ſimple:





DIOSC. *Refrigerandi naturam habet. Folia per ſe & ex polenta illinuntur aptiſſimè ſtomacho æſtuanti, & oculorum inflammationibus, * ſedique procidenti.* * inflammationem, tenſionem & dolorem leniendo. Semen calculos veſicæ comminuit, vrinas ciet: exiccare, vti plantaginis, creditur.

MESVE. Violæ refrigerant & humectant ordine primo; cùm tamen ſiccæ minus refrigerent, & ſiccæ minus humectent. Humiditas quæ ſuperflua recentibus ineſt, aluum emolliendo ciet: verùm ſiccatæ, deiectoriæ ſunt facultatis, non quòd emolliant, ſed quòd diſſoluant. Violæ in ſumma ſoporiferæ ſunt, refrige-

refrigerant, capitis dolores mulcent, inflammationes extingunt, leniunt & ſoluunt. bilem educunt, eiuſque feruorem mitigant. Conferunt capitis doloribus, quos caliditas excitauerit. Pectoris & aſperæ arteriæ ſcabritiem leniunt. Medetur anginis & columellæ vitijs. Præcipuo autem ſunt auxilio pectoris, & lateris inflammationibus, ſitimque arcent. At quæ ſiccæ ſunt, iecoris obſtructiones reſerant, inflammationes diſcutiunt, & morbo regio laborantibus opitulantur.

*Cauliculis ramoſis Violæ martiæ è floris colore differentia.* { Hanc luteis floribus tranſmiſit ſtirpium ſummus explorator Cluſius noſter D. Iohanni Brancioni.

VIOLA *flammea coloris. Herba Trinitatis Fuchſ. à triplici floris colore. Iacea ſiue flos Trinitatis Matth. Viola tricolor Dod. Aduerſ. 266.*



SAXIFRAGIA *alba chelidonides, eiuſq; varietas. Aduerſ. pag. 267.*



Non ſecus ac Viola martia, guſtu ſubacris, tenuis ſubſtantiæ & incidentis facultatis, non ſine humido abſtergente, cuius beneficio craſſa pituita, citra exiccationem & calorem, inciditur, abſtergitur, & facilius educitur. Ideò nuperis ad aſthma, peripneumonias, febres, conuulſos, epileptias, materiam propellendo. Pruritus, pſoram & cutis vitia emendat. Vlcera quodam ſymphyti lentore conglutinat.

SAXIFRAGIA *alba.*

Æ folia magnitudine omni ſui parte ampliùs conſpicua differentia in Belgio.

ſoga

lege SAXIFRAGIA *aurea Lichenis facie & natalitijs, Eryſimi ſpecies Aldrouandi. Aduerſ. pag. 267.*



HVMILIS HEDERA *ſiue* CHAMÆCISSVS, *Corona terra. Terreſtris hedera. Germ.* Gundelreb. *Belg.* Onderhaue. *Gall.* Liere terreſtre. *Aduerſ. pag. 268.* *

Chamæclema Cordi, quaſi dicat humilis Clematis repens. Clemen autem teutonicè, eſt repere ſcanderéue.



Corymboſa HEDERA.

lege ſtimulatur. lin. 14.



* DIOSC. *Guſtu ſupra modum amara. Bibitur conuenientiſſimè iſchiadicis folia, tribus obolis in aquæ cyathis tribus, tricenis quadragenisue diebus, eodem pota modo, ſenis aut ſeptenis diebus, regium morbum purgant.*

Gal. Chamæciſſi flos cùm ſit admodum amarus, iecur obſtructione liberat, daturque ex coxêdicis laborantibus.

CHAMÆLEVCE. *Aduerſ. pag. 268.*
*Caltha paluſtris Geſneri.*
DIOSC. *Lumborum doloribus propitia eſt.*

Corymboſ.

*Corymboſa* HEDERA. *Hiſp. yedra. Ital.* Hedera. *Aduerſ. pag. 269.*

DIOSC. *Hedera omnis acris eſt, & adſtringens, neruos tentat. flos [a] trium digitorum carptu ſumptus ad dyſentericos, in vino bis die potus. ambuſtis cum cerato tritus illinitur. recentia folia [b] ex aceto cocta, aut cruda cum pane detrita, lienes ſanant. [c] foliorum & corymborum ſuccus, cum irino vnguento, melle aut nitro, [d] naribus infunditur. & contra veteres capitis dolores, caput eo cum aceto & roſaceo perfundi vtile eſt. purulentis auribus, aut dolentibus, cum oleo medetur. nigræ hederæ ſuccus, aut epoti corymbi, corpus infirmant, mentemq́; [e] turbant largius ſumpti. acini quinque triti, calfactique in punici mali cortice cum roſaceo, ſi inſtillentur à contraria aure, dolorem dentium mitigant. denigrant capillum illiti corymbi. [f] folia in vino decocta illinuntur omnium vlcerum generi, etiam ſi cacoëthe ſint. vitia cutis in facie & ambuſta ſanant, vti antea diximus, decocta. mouent menſes triti & ſubditi corymbi. ijdem poti, poſt purgationes fœminarum, drachmæ pondere, concipiendi ſpem adimunt. pediculus foliorum melle irrigatus, ac vuluæ inditus, menſtrua & partus extrahit. inſtillatus ſuccus putridæ tædia narium, graueolentiámque emendat, & ſanitati reſtituit. lachryma hederæ pſilothrum eſt: illitu pediculos enecat. ſuccus radicum, cum aceto potus, phalangiorum morſibus ſuccurrit.*

[a] [*Flos*] Gal. flores aũt quodammodo validiores ſunt, vt ad læuorem redacta cum cerato ambuſtis conueniant.

[b] eadem Gal. [c] eadem Gal. [d] Gal. capiti purgando idoneum exiſtit. [e] eadem Plin. [f] eadem Gal.

Hederæ omnes refrigerant Plinio. eodem tamen auctore decoquuntur contra horrores febrium, eruptioneſque pituitæ, aut in vino teruntur. Eadem quæ Dioſc. Plin. qui ſubdit:

Hederæ, quam Chryſocarpon appellauimus, baccis aurei coloris viginti, in vini ſextario tritis, ita vt terni cyathi potentur, aquam quæ cutem ſubierit, per vrinam educit Eraſiſtratus. Hederæ nigræ corymbos decoctis ſuis hydragogis præſcribebat Rondelletius. addidimus & nos ad vnciam vnam.

Plin. Radicis ſuccus, in aceto potus, contra phalangia prodeſt. Huius quoq; ligni vaſe ſpleneticos bibentes ſanari inuenio. Et acinos terunt; moxq; comburunt, & ita illinunt ambuſta, prius perfuſa aqua calida. Sunt qui & incidant ſucci gratia, eoq; vtantur ad dentes eroſos, frangique tradunt, proximis cera munitis ne lædantur.

Gummi etiam in hedera quærunt, quod ex aceto vtiliſſimum dentibus promittunt. Gummi Hederæ.

Folia vino infuſa calculos & vrinas pellunt. Fontanellis vulgo dictis imponuntur commodè. Humores alliciunt, inflammationes & putredines arcent.

HELIX *ſiue Prouoluta, ſterilis Hedera, Aduerſ. 269.*



CYMBALARIA *Italica hederaceo folio, Aduerſ. 269.*





HEDERACEVM THLASPI.

In Portlandiæ peninſula, Cornubiæ vicino portu Plimmouvve, alijſq; maritimis Anglię cautibus, repens herbula dodrantalibus & ſpithameis gracilibus cauliculis, ſtriatis, punicantibus, folijs ſinnoſis hederaceis, carnoſis. Floſculi candidi & ſemen exile in folliculis guſtu & habitu Thlaſpi exprimunt.

*De* NASTVRTIO *Indico ex Dod.* ✱

DOD. Speciem exhibet Cōnoluuli. folia eius lata angulosa, & pulchrè depinguntur virentia. flos luteus retro propendens habet corniculum inſtar floris regij, quem Delphinium appellant.

NASTVRTII *Indici gemina effigies.*

NASTVR-TIVM Indicum.





Hanc eandē Naſturtij plantā Neruij ſemine ſatā in penſilibus hortis anno elapſo alebat induſtrius & materiæ medicæ gnarus Iacobus Plateau; quę minus affabrè pictam Dodonęo miſſam delineatā, oſtendebat. Folia quippe peltata, ambitu circinato, & leuiter ſinuata, è quorum medio centro pediculi Cotyledonis ritu, caulis ternûm & quaternûm cubitorum multis conatus alis. Semina Betę quadam tenus, qualia mihi oſtēdit prædictus Plateau.

Cucula

Cuculo Indiano ferè paria afferebat D. de Brancion in ſiliqua admodum eleganti, qualem habeo è naucleris reducibus ex Peruuianis Indijs, tereti, rotúda, vnciali & duos digitos longa, coriacea, ſtrijs & rugis exarata, luteola, ſummo & imo ventrioſa, tantillum falcata. Apud nos florum rudimenta dũtaxat videre licuit. guſtus illi Naſturtio proximus, vnde nomen aſciuit.

*An* CYCLAMINOS *altera, hederaceis folijs planta.*



SMILAX ASPERA. *Aduerſ. pag. 270.*



CYCLAMINOS *altera.*

Si quid coniecturę captari poteſt, cuiuſmodi ſtirps fuerit Cyclaminos altera; cognata Hederæ & Cyclamini planta accipienda videtur. Hanc multæ adumbrare videntur, nulla autem explere, aut aſſeri poteſt. Cordo Dulcamara, alijs Bryonia nigra, & Periclymenon alterum, nõnullis ſtirpium venatoribus aliæ magis placent. In Italiæ collibus, quo loci & qua radice iam non occurrit, repertæ plantæ, in quę ſportulas coniectæ ſedulis veſtigatoribus iconem & deſcriptionem exhibeo. Herba eſt Hederæ folijs ſinuatis paribus in mollibus flexilibus cubito prolixioribus, ni labat memoria, cauliculis. flores oblongi, galericulati, ex purpura pallentes.

DIOSC. *Eſt & altera Cyclaminos folijs Hederæ, ſed minoribus: geniculatis caulibus, craſſiſq., circa vicinas arbores, capreolorum modo, ſe voluentibus; flore candido, odorato: acinis Hederæ mollibus, lenti guſtus aliquantulum acris. Radix ſuperuacua. Naſcitur in aſperis. Huius acini drachmæ vnius pondere poti, cum vini albi cyathis duobus, quadraginta diebus, lienem per vrinam & aluum abſumunt. Ad orthopnæam bibitur. Reliquias à partu purgat.*

SMILACIS ASPERAE *è ſpinis varietas.*

Folio non ſpinoſo & ſarmentoſis viticulis multò minus ſpinis refertam munere D. Brancionis alit amœniſſimus & ſtirpium ditiſſimus paradiſus Ioannis Mutoni, cæteroquin cætera cuncta ſimilima aut eadem, fructu nigro.

DIOSC. *Folia & acini, & antè & poſt epoti, venenorum antidota ſunt. Tradunt, ſi infantibus nuper in lucem editis, quid ex his tritum propinetur, nulla poſtmodum venena nocitura. Inditur etiam ad alexipharmaca, id eſt, ad ea medicamenta, quibus venena arcentur.*

*lege* SALSAPARILLA. *Aduerſ. 270.*

Radicum decoctum exſiccat: ſudores & vrinas cit: cutem euacuat, & quæ cutem ſubierunt educit. Folio Smilacis aſperæ ſpinoſo & ſarmentoſis implexis viticulis, ſpinis aduncis, horridis, & radice crebris implexa lotis, qualem ſuperius dedimus, alit Ioannes Mutonus.



σμίλαξ λεία. SMILAX lævis maior. *Germ.* Windenkraut. *Belg.* Winde & wrange. *Ital.* Vilucchio maggiore. *Hiſp.* Yedra Campana. *Gal.* Liſeron. *Angl.* Byndweedt & winde. *Malocociſſus Damocratis Anguillaræ. Aduerſ.* 271.

DIOSC. *Semine cum Dorycnio poto, ternis ſingulorum obolis, varia & tumultuoſa in ſomnis obuerſari traduntur.*

Gal. Hanc Smilacis aſperæ quodammodo ſimilem eſſe vult.

Nullius vſus Plinio.

SCAMMONIVM.
*Aduerſ.* 272.

CONVOLVVLVS minor purpureus. *Ital.* Vilucchio minore. Aduerſ. 272.





SCAM-

## SCAMMONIVM.

DIOSC. *Legitur ad hunc modum ſuccus. Capite exempto, radix in teſtudinis ſpeciem cultro excauatur: quo fit vt in cauum confluat ſuccus, qui conchis demum excipitur. Alij ſcrobes in terra concamerato ſinu fodiunt, in quos ſubiectis iuglandium folijs, profundunt ſuccum, ſiccatumq́; extrahunt. Laudatur autem Scammonium leue, nitidum, rarum, & colore quam ſimillimum taurino glutini, fungoſum, tenuibus fiſtulis, quale ex Myſia regione Aſiæ deportatur. Nec attendere ſolũ par eſt, ſi lingua tactu albeſcat (hoc enim euenit adulterato, quod admiſſo fit tithymali lacte) ſed longè magis ante narratis. item ſi non vehementer linguam exurat; id quod miſti tithymali argumentum eſt. natione aũt Syriacum, & Iudaicum deterrima habentur, grauia, denſa, erui farina & tithymalo vitiata. Succus drachmæ vnius aut quaternûm obolorum pondere hauſtus, ex aqua pura vel mulſa, per inferna bilem & pituitam extrahit. ad reſoluendam aluum binos obolos cum ſeſama, aliòue ſemine, ſumpſiſſe ſatis eſt. dantur efficacioris purgationis cauſa, ſucci tres oboli, cum duobus veratri nigri & aloës drachma vna. Fiunt purgatorij ſales, drachmis viginti ſucci ſcammoniæ, in ſenos ſalis cyathos adiectis. Horum modus proportione virium: integer quidem, tria cochlearia: medius, duo: minimus, vnum. Radicis drachma vna aut altera purgat, cum ijs quæ retulimus. Nonnulli decoctum radicis ebibunt. Coquitur in aceto, & cum hordeaceæ farina teritur, cataplaſmate iſchiadicis vtili. Partus enecat ſuccus, vulua in lana ſubditus. tubercula diſcutit cum melle aut oleo illitus. decocto in aceto perũctæ lepræ abiguntur. diuturni capitis dolores ex aceto & roſaceo perfunduntur.*

### SCAMMONII *Monſpeliaci Varietas.*

*Apocynos ſiue Periploca prior Dod. & Belgarum quorundam.*



Cognatæ figuræ & naturæ eſt cũ Scammonio Monſpelienſi, flore, ſucco, viticulis, & lõgo radicis reptatu ſubtus terrã hinc inde porrectæ, quæ adeo viuax eſt, vt ſemel in hortos aſcita, vix runcari deleriue queat, etiamque, fruſtillo tantillo relicto, repullulet; ſed folijs longioribus, ſiliquis verò & ſemine Vincetoxici, cuiuſmodi è littoreis Adriatici ſinus, & mediterranei maris in hortis noſtris alitur.

CONVOLVVLVS *minimus ſpica folius, ſed eius effigies minus ſcite expreſſa Aduerſ. pag. 274.*
*Scammonium tenue Plin. quorundam.*



ASVREVS *ſiue Cæruleus Conuoluulus. Campanula Laſura herbariorum. Aduerſ. 274.*
*Noctu florens Plenteuaria dicta.*



CONVOLVVLVS *peregrinus Cluſij.*

In Collibus iuxta Tagũ læto ſolo. Bætica, pluimiſq; Hiſpaniæ locis naſcentem peregrinæ elegãtiæ C. Cluſius Cõuoluulum folijs Altheæ minoribus vberi admodum prouentu inuenit, indidemq; in Belgium D. Brãcioni miſit apud quem excreuit; ſed tandem emortua hyemis iniuria flexilibus caducisq; viticulis cubitalibus, nonnihil hirtis. vicina quæuis arripit, folijs Althææ minoribus, criſtatis, fimbriatis, & nõnihil laciniatis oris: flores Martio purpurantes aut candicantes Conuoluuli æmuli, quinque itidẽ plicis complicati longiuſculis pediculis inſidẽtes. Radix longa, tenuis, pulla, ſummo ceſpite ſerpens, & hinc renaſcens.

DIOSC. *Follorum ſuccus potu deiicit aluum.*

Cauq

CONVOLVVLVS *peregrinus Cluſ. Conuoluulus Scammonij facie, an Helxine Cyſſampelos* Dioſc.? *Hiſp.* Campanilla. *Luſit.* Verdezilla. *Aduerſ. pag. 274.*



*Helxine* CISSAMPELOS *altera, Atriplicis effigie. Aduerſ. pag. 275. Conuoluulus niger, & Helxine Ciſſampelos Dod.*



VITIS ALBA. BRYONIA *Dioſc. Aduerſ.* 285. *Ital.* Zuccha ſaluatica. *Hiſp.* Nueza blanca & Norca blanca.



ALEXANDER ... SANTINUS FERDINANDUS DE ...

## VITIS ALBA, *Bryonia.*

DIOSC. [a] *Aſparagi decocti in cibo, aluum & vrinam cient. Folia, fructus, radix, acrem [b] vim ſortiuntur. itaq; vlcerum phagedanis, gangranis, chironijs, putrentium tibiarum tadio, efficaciter ex ſale illinuntur. Radix [c] corpus abſtergit, & cutem erugat. vitia cutis in facie, varóſque, lentigines, & cicatrices nigras emendat, cum eruo, creta Chia, & fœnograco. eodem effectu prodeſt decocta in oleo, vſque dum liqueſcat. ſugillata tollit. reduuias committit. inflammationes diſcutit illita ex vino. ſuppurationes rumpit. medicamento aptè immiſcetur, quod carnem exedit. infracta oſſa extrahit, trita & impoſita. datur comitialibus in potu drachma pondere, quotidie, anno toto. prodeſt attonitis, & [d] vertigine laborantibus, conſimiliter aſſumpta. contra [e] viperarum ictus pota drachmis duabus, auxiliatur. partum necat. mentem interdum ſubturbat. fœminarum locis appoſita, partus ſecundáſque morantes trahit. cit vrinam pota. eclegma ex ea fit cum melle, difficilè ſpirantibus, ſtrangulatu oppreſſis, tuſſientibus, vulſis, ruptis, & laterum doloribus. lienem ternis obolis pota ex aceto, triginta diebus, conſumit. illinitur ad eadem cum fico. ad mulíebres inſeſſus decoquitur: ſiquidem vuluas purgat, ſed abortum facit. Succus è radice vere exprimitur, qui trahit pituitam, cum aqua mulſa potus. [f] Ad pſoras & lepras, ſemen efficaciter illinitur. Lactis abundantiam facit ſuccus eius, ſi cum tritico decoctu ſorbeatur.*

[a] eadem Plin. & Gal. eo quòd aſtringat, ſtomacho gratum edulium: habent enim amaram & modicè acrem * adſtrictionem, quare vrinam moderatè mouent. Radix autem abſtergentem nõnullam, deſiccantem & tenuium partium, ac moderatè calidam vim obtinet, quamobrem & † lienes induratos liquefacit, tum epôta, tum foris cum ficubus impoſita.

* Contradicit Dodonæus.

† Plin. Splenem ternis obolis pota 30. diebus conſumit.

[b] Plin. folia & caules exulcerant corpus: vtique vlcerum phagedænis, & gangrænis, tibiarumque tædio cum ſale illinuntur. [c] eadem Plin. [d] Eadem Plin. ſubditque: & ipſa autem largior aliquãto, purgat ſenſus. [e] ſerpentium. Plin. eadem. [f] eadem Gal. & Plin.

Plin. illinitur eadem cum fico & pterygijs digitorum. Succus radicis colligi debet ante ſeminis maturitatem, qui illitus per ſe & cum eruo, lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizat corpora, ſerpentes fugat. Tunditur ipſa radix cum pingui fico, erugatq; corpus, ſi ſtatim bina ſtadia ambulentur; aliâs vrit, niſi frigida abluatur.

Bryonia bilem, pituitam & ſeroſa purgat. ventriculum ſubuertit, & naturæ vim infert. Hydropicis, coxendicis & diutnis capitis frigidiſque morbis vtilis.

## BRYONIA, *ſiue* VITIS *nigra.*

*lege* VITIS *ſiue* BRYONIA *ſilueſtris. Sigillum Mariæ. Aduerſ. pag. 275.*
*Tamus, & Bryonia ſyl. Dod.* Tamaro *Italis.*

Hic annectenda Bryonia nigra, quam ea beneuolentia & quo ſolitus candore eruditiſſimus Dodonæus, necnon alij Mechlinienſes herbarum cultores peritiſſimi ſignificarunt, Radice, viticulis, capreolis, folio, floribus & ſemine Bryoniæ albæ paribus, ſimilibuſque. Sed acini nigri dum maturi, nõ rubentes: & radix foris nigra, intus buxea, conſpiciũtur. Prouenit in VVeſtfalia, Heſſia, Saxonia; etiamque in Pomerania & Miſnia Cordo & Dodonæo teſtibus, qui meritò Vulgatũ Sigillũ Salomonis ſiue Bryoniam nigram, ſylueſtrem Bryoniã, Tamumúe ſtatuit.



DIOSC. *Viticulæ quæ primo germinum partu erũpunt, in olera recipiuntur. Menſes pellunt. vrinas cient. lienem abſumunt. vertiginoſis, comitialibus, neruorum reſolutione tentatis, proſunt. Radix eadem, quæ vitis albæ præſtat, ſed inefficacius. Folia cum vino exulceratis iumentorum ceruicibus commodiſſimè illinuntur. luxatis itidem imponuntur.*

Supradictæ ad omnia ſimilis Gal.

*Peruuiana* MECHOACÆ *prouinciæ planta Bryoniæ ſimilis.*



Perinde falluntur qui putant Bryoniam eſſe hanc, atque illi qui Laurum Cinamomum, & Smilacem Aſperam Salſam parillam, aliáſq; complures exoticas eaſdem ſpecie cum noſtratibus faciunt. Hanc mittit Inſula omnium quæ noſtræ ætati in Occiduis Indijs innotuerunt, auro, pecore, ſtirpibus ditiſſima, *Mechoacam* vocata, cui radicē cognominē fecerūt Indi, vſumq; docuerūt Hiſpanos primùm, ferè 20. abhinc annis, à quibus has acceptas pingēdas curauim⁹, & quarū ſeſquidrachmę & drachmarum duarum puluiſculo ſolo, ſed ex vino propinato, cōmodiſſimè qualibet die, hora, & ętate, nulla moleſtia aut incōmodo quinquies, ſexties, aut ſepties flauas Hydropicorum aquas eductas, pituitaſque quaſuis cōperimus. Reliquæ plātæ deſcriptionem & hiſtoriam debemus libro Hiſpanicè ſcripto, cuius copiam nobis fecit D. Hector Nonius magni nominis & peritiæ in Anglia Medicus Luſitanus, qui etiam huius radicis multam copiam habuit. Hanc non viſam qui cupit noſſe, intueatur Bryoniæ radicem: ſunt enim concolores cortice, rugis, & ferè magnitudine: ſed huius taleolæ, fruſtáve rotunda tranſuerſim ſecta, ſiccandi cauſa, intus multis circulis à centro ad ambitum parallelis, diſtinguuntur: mandendo ſapore farinaceo, nec acri, odoriſq; neutiquam ingrati eſt: cætero albida & friabilis, vt Bryonia, cui ſimilem faciunt ſarmentis pedamenta ſcandentibus, & racemis. Folia Smilacis aſperæ, cuiuſmodi tenellā adhuc & pullulantē plantulā creuiſſe in ſtirpium exoticarum ditiſſimo vireto Petri Coldenbergij meminiſſe iuuabit.

*Varietas.* [ Duplex tamē differēti in viretis noſtris aliquādo cōſpicitur, vbi oritur Hiſpano ſemine Cāpanillæ Laſureæ ſimili vel Scammonij, folio Bryoniæ ſylueſtris. Hyemis impatientiſſima emoritur.

VIORNA *vulgi. Vitis nigra Fuchſ. Clematis altera Matth. & Cord. Germ.* Walbreben & ober lynen. *Vitis alba Italorum.* *Aduerſ. pag. 278.*



CLEMATIS *peregrina cærulea & purpurea: An Pothos Theoph.? Clematis altera Dioſc. Dodonæo.*





CLEMATIS *altera vrens, vulgi* FLAMMVLA, *Aduerſ.* 276.

DIOSC. *Folium guſtu admodum acre, ac exulcerans. repit per arbores, vt Smilax. Semen tritum, pituitam bilémque detrahit, in aqua aut hydromelite potum. Folia eius illita, lepras * purgant. Cum Lepidio conditur ad cibos.*

* Gal. acrem & adurentem facultatem obtinet, adeo vt & lepras excoriet. Fuerit itaque in quarti ordinis excalfacientium initio.

FLAMMVLA *altera ſurrecta.*



CLEMATIS altera minor longifolia. Clymenum quorundam.



Folio vegetiore hæc, & grandiore, Iaſmini lutei, ad Viornam accedente. Caules ſurrecti, ternûm quaternumúe cubitorum, & nonnunquam hominis proceritatis nullis adminiculis egeni, è fibroſâ, depactâ radice, & pappoſo iuxta ſemen tomento, Viornæ aut vulgatæ Flammulæ ritu. Hanc etiam elapſo anno, Italo ſemine ſatâ, in paradiſis amæniſſimis & raris ſtirpibus ditiſſimis D. Alardi Ruerij medici Inſulani celeberrimi, & eruditiſſimi, et illius Iohânis Mutoni Neruiêſis materię medicę gnari florentê & inquilinam factam vidimus.

CLEMATIS *longifolia.*

Quadam inſuper Clematide nos donauit Iacobus Plateau Neruiêſis ſimplicium peritiſſimus, cui folia inſunt Flammulæ ſiue Clematidis albæ multò longiora, ex aduerſo bina: cubitales & bicubitales caulículos etiam humi ſpargit. Semen, radix, cęteráque facies non diuerſa à Clematide vulgari. Hanc quidam Clymenon arbitrabantur.

CLEM.

CLEMATIS Bætica Cluſij.



LVPVS ſalictarius, ſiue LVPVLVS. Ital. Lupulo. Hiſp. Hombrezillos. Aduerſ. 277.



...elin. 18. houblon vocata.

Affine nomine, & facie Clematidis alterum genus induſtria Cluſij aſſequuta eſt poſteritas. Folia quippe Clematidis alteræ, quibus capreoli ſubſunt, Viornæ ritu dêtata. In ſummis virgultis pulcherrimum lanitium tollit, tortilibus crinibus criſpatum, carminatum bombacis penſum oblongum, glomeratum, quaſi per torulos conflatum, Muſci terreſtris ritu, ſpicatamque comam referens.

LVPVS ſalictarius.

Poperingæ vrbeculæ Flandriæ maximo prouentu luxuriat, vbi pampinis & aſparagis vitis ritu ſpoliatur, ne tota vis & ſpes fiorum abeat in folia & caules.

MESVE. Flauam bilem detrahit, ſanguinem ab ea expurgat, & eius inflammationes extinguit. Sero caprino maceratus, valentior redditur. Succus cum ſaccharo decoctus ſyrupi modo, morbo regio laborantibus medetur. Sed profecto mirum eſt, quòd eo noſtræ ætatis medici, tam parcè vtantur, cùm tamen præſtantiſſimum ſit medicamentum. Quamobrem tum herba ipſa per ſe, tum etiam ſuccus polentæ admiſtus, capitis dolorem à caliditate contractum tollit, iecinoris & ventriculi æſtus mitigat. Syrupus ex ſaccharo & eius ſucco paratus vtiliſſimè exhibetur in febribus à bile, & ſanguine excitatis.

Vrinam ciet; obſtructiones & viſcerum farctus reſerat. flores caput opplent, maiore copia Bieris incocti.

E e Porro-

Vitis vinifera. *Aduerſ. pag. 277. Germ.* Weinreb. *Belg.* Wijngaert & wijnſtock. *Ital.* Vite. *Hiſp.* Vid. *Angl.* Weintre.



Diosc. *Folia vitium & triti capreoli, capitis dolores illitu mitigant, & inflammationem ſtomachi ardoremq́;, cum polenta: folia etiam per ſe, vt quæ refrigerent & adſtringant, imponi ſolent. Potus eorum ſuccus dyſentericis, ſanguinem excreantibus, ſtomachicis, & grauidarum malaciæ medetur. Eadem efficiunt madefacti in aqua capreoli & poti. Lacryma vitium, quæ veluti gummi in caudicibus concreſcit, ex vino pota calculos pellit: illita lichenas & pſoras lepráſque nitro prius perfrictas ſanat: eadem cum oleo ſæpius pilis illita, pſilothri effectum habet: maximeq́; ſanies, quam acceſa ſarmenta vitium viridia exudarũt: qua & peruncta verrucarum informicationes extrahuntur. Cinis ſarmentorum & vinaceorum, detractis in ſede condylomatis, & thymiis, illitus ex aceto medetur: prodeſt luxatis & viperarum morſibus: contra lienis inflammationem illinitur, cum roſaceo & ruta & aceto. Labruſca duorum generum eſt: alterius vua non matureſcit, ſed flore tenus œnanthen nominatam perducit. Altera ad frugem peruenit, paruis acinis, nigra, & adſtringens. Folia, caules, & claniculæ quibus repunt, vim habent cultæ viti ſimilem.*

Vva.

Diosc. *Vuæ recentes aluum turbant, & ſtomachum inflant: innocentiores, quæ decerptæ diu pependere, (ideo quòd in eis copia humoris exiccatur) vtiléſque ſiunt ſtomacho, ægrisq́;, atque cibi auiditatem excitãt. In vinaceis & ollis ſeruatæ, ori & ſtomacho gratæ ſunt: aluum ſiſtunt, (ſed veſicam & caput tentant) & ſanguinem excreãtibus conueniunt. Similéſque quæ in muſto fuere. Sapa aut paſſo conditæ, ſtomachum magis infeſtant. At quæ ſolem prius paſſæ in aqua cæleſti conduntur, minus vinoſæ ſunt, ſiticuloſis, ardentibus & longis febribus ſalubres. Reconditi vinacei inflammatis mammis, rigentibus ac præduris, cum ſale illinuntur: decoctura eorum dyſentericos, cœliacos, & fœminas fluxione vulua laborantes iuuat infuſa: ad deſeſſiones, ac fotus aſſumitur. Nuclei acinorum aſtringendi vim obtinent. ſtomacho vtiles ſunt: inſpergitur farina toſtorum, polentæ modo, dyſentericis, & cœliacis, & ſolutis ſtomacho. Vua paſſa alba adſtringentior eſt: prodeſt eſitata caro earum tuſſi, faucibus, renibus, ac veſicæ. Eſitur in dyſenteria per ſe cum nucleis: & decocta in patinis cum melle, admiſta milij ac hordei farina, & ouo, valet ad purgandum caput. eiuſdem gratia cum pipere commanducatur. Teſtium inflammationes ſedat, illita cum lomento fabarum, aut cumini farina. Fauos, epinyctidas, carbunculos, enatas in articulis putredines, & gangrænas, ſine nucleis trita, & cum ruta impoſita ſanat: podagra conuenienter cum panacis ſucco illinuntur: mobiles vngues illita, celerius extrahit.*

Oenanthe Dioſc.

*Oenanthe vocatur Vitis ſylueſtris fructus, cùm floret. Recondi debet fictili non picato, collectáque ſuſtrato linteo, in vmbra ſiccatur. Laudatiſſima in Syria & Cilicia & Phœnice. Vis ei adſtrictoria: quare pota ſtomacho accommoda vrinæ vtilis: aluum ſiſtit, ac ſanguinis excreationes: contra fastidia, & acorem ſtomachi, ſicca & illita efficax eſt: capitis doloribus tam viridis, quàm ſicca, ex aceto & roſaceo perfunditur: ſanguinolenta vulnera cataplaſmate, & incipientes ægilopas, oris vlcera, & genitalium nomas, trita cum melle, croco, myrrha, & roſaceo, ab inflammatione vindicat: paſſis miſcetur, ad ſiſtendum ſanguinem: contra oculorum delacrymationem, & ſtomachi ardores, cum polline polentæ & vino illinitur. Cinis cremata in teſta, ardentibus prunis, ſatis ad oculorum medicamenta reducitur & pterygia, abſcedentes gingiuas, cruentáſq́;, cum melle ſanat.*

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA

### Omphacium Dioſc.

Omphacion, ſuccus eſt acerbæ uuæ, nondum matureſcentis, è Thaſia uite aut Aminæa. Oportet autem ante Canis ortum, expreſſam melliginem in rubro ære, linteo cooperto, inſolare, vſque dum cogatur, ſemperq́; quod ceruici vaſis concretum hæſit, reliquo humori permiſcere: noctu à ſubdialibus locis in tectum referri: quandoquidem nocturni rores ipſum concreſcere non ſinunt. Eligendum eſt flauum, friabile, vehementer adſtringens, & linguam mordens. Sunt qui coquendo melliginem cogant. Prodeſt contra tonſillas, vuam, vlcera oris, humida gingiuarum vitia, purulentas aures, cum melle aut paſſo: item ad fiſtulas, vetera vlcera, nomasq́; ex aceto. Dyſentericis, & mulieribus fluxione vuluæ laborantibus clyſtere infunditur: oculorum claritati, & ſcabritiæ, & eroſionibus angulorum conuenit. Bibitur ad recentem ſanguinis excreationem, etiam ſi rupta parte aliqua cōtingat: ſed parco, & aquatiore eſt vtendum: valdo ſiquidem exurit.

### Vini natura Dioſc.

Vino vetere nerui læduntur & reliqui ſenſus, quod tamen guſtu ſuauius eſt: quare cauendum ijs qui inteſtinæ alicuius partis imbecillitatem ſentiunt. Attamen in ſecunda valetudine paucum, aqua dilutum, innoxiè ſumitur. Nouum inflat, ægrè coquitur, inſomnia parit grauia, & vrinam ciet. Aetate medium, vtraq́; vitia fugit: quare ad victus ſanorum ægrorumq́; vſurpatur. Album, tenue, ſtomacho vtile eſt, ac facilè in membra diſtribuitur. Nigrum verò, craſſum eſt, & concoctu difficile, carnem alit, & ebrietatem creat. Giluum, vtpote quod medium eſt, medias inter vtrunq́; vires habet: in ſecunda tamen & ſiniſtra valetudine, cū primis laudatur album. Quin & vina ſapore diſtant: ſiquidem dulce craſſis partibus conſtat, & difficilius à corpore expirat: ſtomachum inflat: aluum & interanea, vt muſtum, turbat: ſed minus inebriat, renibus, & veſicæ aptiſſimum. Auſterum, per vrinam celerius tranſit: ſed capita dolore tentat, & temulentiam gignit. Acerbum, ad ciborum per membra digeſtionem accommodatiſſimum: aluum, & cæteras fluxiones cohibet, minusq́; vrinam expellit, nouum neruos minus tentat. Vinum aqua marina factum, ſtomacho aduerſatur: ſitim ſtimulat, neruos infeſtat, aluo aptum, à valetudine ſe recolligentibus inutile. Paſſum, quod vuis ſole ſiccatis in area, aut in ſarmēto torrefactis exprimitur, Creticum cognomine, aut pramnion, aut protropon: & ſapa quæ ſit multo igni decocto, Græci ſirion aut hepſema appellāt: nigra quidē & quæ dicuntur melāpſithia, craſſa ſunt, & corpora multū alunt: candidū, tenuius: & heluola inter hæc media, medias ſortiuntur vires. Omnia tamē adſtringunt, & pulſus reuocant: faciunt aduerſus venena, quæ exulcerādo necāt, ex oleo pota, & vomitionibus reddita: contra cicutas, meconiū, pharicon, toxica & concretū in grumos lac: item contra renū, ac veſicæ pruritus, roſiones, exulcerationesq́;. Inflant tamen, & ſtomacho aduerſantur. Priuatim prodeſt melampſithiū, ſi venter rheumatiſmū ſentiat. Albū, magis cæteris emollit aluum. Gipſo conditum neruis officit, caput aggrauat, & incendit, ac veſicæ aduerſatur: contra venena cæteris aptius. Picata, aut reſinata, excalfaciunt, concoquunt: ſanguinem excreantibus inimica. Quæ verò aparabyta vocāt, vt quæ admiſſam ſapam recipiunt, caput implent, temulentiam gignunt, ægrius in halitum expirant, ſtomachum malè habent. Inter Italica vina Falernum principem locum obtinet, quod inueteratum perquàm facilè coquitur, pulſus exuſcitat, aluum aſtringit, ſtomacho vtile: ſed veſicæ nocet, atque ijs qui viſus hebetudinem ſentiunt, & ad potus crebros minimè idoneum. Albana craſſioribus conſtant partibus, dulcia: ſtomachum inflant, ventrem emolliunt (ſed concoctionem non æquè adiuuant,) & neruoſa minus infeſtant: vetuſtate, eadem auſterum ſaporem concipiunt. Cæcubum, cum ſit dulce, eſt & Albano craſſius: corpus & colorem alit: ægrè tamen coquitur. Surrentinum, valde auſterum eſt: quare inteſtinorum & ſtomachi fluxiones cohibet: & cum tenue ſit, caput minus tentat: inueteratum ſuauius redditur, & ſtomacho vtile. Adrianum & Mamertinum in Sicilia æquè craſſis partibus gignuntur: modicè adſtringūt, & ocyſſimè inueterātur, minusq́;, ob ſuam tenuitatem, neruos tentant. Paratypianum, quod ex Adriatico ſinu defertur, odoratum ac tenuius eſt: quare liberaliter epotum fallit, diu ſeruat ebrietatem, & ſoporem adfert. Iſtricum Paratypiano ſimile eſt, ſed vrinam vehementius pellit. Chium tamen antedictis mollius, & aptum potui eſt: bene alit, & minus inebriat, fluxiones cohibet, oculorum medicamentis vtile. Lesbium facilè membra ſubit, Chio leuius, & aluo idoneum. Epheſium eandem vim habet, quod Phygelites nominatur: verùm Aſianum è Tmolo monte, Meſogites appellatum, capitis dolores ciet, & neruos lædit. Coum verò & Clazomenium, quoniam multam ſibi maris aquam vēdicant, facilè corrumpuntur: flatus mouent, aluum turbant, neruis officiunt. Vinum omne (vt reliqua in commune dicantur) merum ac ſyncerum, & ſua natura auſterum, excalfacit, facilè in membra diſtribuitur, ſtomachum adiuuat, appetentiam ciborum inuitat, vires alit, ac robur auget: ſomnum conciliat, & commendat colorem. Potum liberalius auxilio eſt contra aſſumptam cicutam, coriandrum, pharicum, ixiam, meconium, argenti ſpumam, taxum, aconita, fungósve; contra ſerpentium morſus, & omnium ictus quæ refrigerando necant, aut ſtomachū in vomitiones effundunt. Facit ad longas inflationes, roſionesq́; præcordiorum, ac diſtentiones, ſtomachi reſolutionem, & ſi venter aut interanea rheumatiſmum ſentiant. Conueniunt ſudatoribus, & quibus corpus immodico ſudore digeritur, maximè alba, vetera, & odorata. Quæ tamen vetuſtate dulceſcunt, renibus ac veſicæ accommodatiora redduntur: vulneribus, inflammationibusq́; in ſuccida lana imponuntur: tetra vlcera, & phagedænicæ, & fluxionibus obnoxia, commodè perfunduntur. Quæ marinam non receperunt, auſtera & alba, ad ſanorum victus vſurpantur. In his præſtant Italica, Falernum, Surrentinum, Cæcubum, Signinum, & permulta Campaña, & Paratypianum ab Adriatico ſi-

*nu, & Siculum quod Mamertinum appellatur. Ex Græcis Chium, Leſbium, & Phygellites ex Epheſo. Craſſa verò & nigra, ſtomacho negotium exhibent: inflationem pariunt: corpus augent. Tenuia tamen & auſtera ſtomacho proſunt, & minus carnes alunt. Vetera valdè tenuia, & candida vehementius vrinam ciunt, & dolores capitis mouent, neruosq́; largius pota tentant. In media ætate, vt à ſeptimo anno, potui ſaluberrima ſunt. Modus autem pro ætate, & tempore anni, & conſuetudine, & qualitate vini definiatur. Non ſitire, & modicè cibos proluí, optimum eſt præceptum. Nocet ebrietas omnis, & maximè aſſidua: ſiquidem obſeſſos neruos quotidie remittit: largiorq́; potus, acutorum morborum adfert initia. Mediocris tamen vinolentia, aliquot diebus, maximè poſt aquæ potus, vtilis: nanq; modo quodam ex alto euocat, ſenſilesq́; expurgat excretus, & per cæca corporis ducit ſpiracula. Sed aquam poſt vinolentiam bibere oportet: ſiquidem valetudinis alicuius gratia facta temulentia remedium affert frigida.*

*Omphacites nomine, peculiariter fit in Leſbo, ſiccata ſole acri vua, paulò ante maturitatem decerpta, triduo aut quatriduo, donec racemi in rugas contrahantur, expreſſumq́; vinum cadis inſolatur. Vim adſtringendi habet: prodeſt diſſolutis ſtomacho, & ilei dolore laborantibus: item prægnantium malaciæ, & crudis: in peſtilentia quoque ſorptum auxiliari dicitur. Huiuſmodi vina non niſi poſt multos annos bibi poſſunt.*

*Lora, quam deuteriam, alij potimon appellant, fieri ſolet adiectis metretis tribus aquæ, in vinacea, quibus triginta vini metretæ extractæ fuerint: calcatis vinaceis, expreſſoq́; decocto ad tertias parteis, & additis in ſingulos congios modi eius qui remanſit, binis ſalis ſextarijs: poſt hyemem transfunditur in vaſa. Lora intra annum vtendum: etenim celeriter exoleſcit. Conuenit ægris quibus timemus noxam vini, coacti ſæpe deſiderijs eorum obtemperare: item à longa valetudine ſe recolligentibus. Fit & vinum quod adynamon vocant, loræ vires habens, hoc modo: Pares aquæ, & muſti menſuræ coquuntur molli igne, donec abſumatur aqua. quod, vbi refrixerit, eluttiatum, picato vaſe reconditur. Alij marinæ & cæleſtis aquæ, mellis & muſti pares miſcent portiones, decapulant, & quadraginta diebus inſolant: quo ad annum vtuntur ad omnia eadem. Vinum è ſyluestri vua nigrum adſtringit: prodeſt alui & ſtomachi fluxionibus, & cæteris quibus constrictione, & contractione opus eſt.*

Vinum Gal. ex ſecundo eſt ordine excalfacientium: ſed quod admodum vetus eſt ex tertio, ſicut muſtum quod vocant, ex primo. Caliditati eius proportione reſpondet ſiccitas.

*Vinum melitites. Dioſc.*

*Melitites datur in longis febribus, quæ ſtomachum infirmarunt: nanq; aluum leuiter emollit, vrinã ciet, ſtomachum expurgat. Prodeſt articulario morbo, renum vitijs, imbecillo capiti, & mulieribus abſtemijs: odoratum ſiquidem eſt, & corpus alit. Diſtat à mulſo quod fit è vino vetere, auſtero & melle exiguo. Melitites autem adiecto ad quinque congios auſteri muſti, mellis congio, & ſalis cyatho, cortinis magnis, quò magis ad efferueſcendum locus pateat, fieri oportet, ſenſim aſperſo ſale: cumq́; efferuere deſierit, in alia vaſa transfunditur.*

*Mulſum. Dioſc.*

*Mulſum è vetere vino, auſteroq́; & bono melle factum, præfertur: minus enim inflat, ac celeriter id genus in vſum venit. Vetus, corpus alit: media ætate, aluo prodeſt, vrinam pellit: à ſummo cibo ſumptum, nocet: & inter initia potum, implet: dein appetendi auiditatem reuocat. Fit mulſum duabus vini metretis, admiſta vna mellis. Aliqui, quo celerius præberi poſſit, mel cum vino coquunt, & ita transfundunt. Alij vtilitatis gratia, ad ſextarios ſex muſti feruentis, vnum mellis adijciunt: & vbi ferbuerit, vaſe recondunt. Dulce autem permanet.*

*Aqua mulſa. Dioſc.*

*Aqua mulſa eaſdem quas mulſum vires poſſidet. Cruda vtimur, cùm moliri deiectionem, aut vomitionem incitare volumus: vt ijs qui venena hauſerunt, ex oleo. Decocta datur imbecillis, & hominibus elangueſcentis pulſus, quos illi dixere microſphyctos, tuſſientibus, peripneumonicis, & ijs qui immodico ſudore digeruntur. Iam paratum condiunt numque, quod aliqui hydromeli propriè vocant, media ætate adynamo vino, aut lora in recreandis viribus reſpondet, &* Hydromel. *ſimilem vim adipiſcitur: quare inflammationibus alicuius membri plus quàm lora prodeſt. Inueterati tamen vſus damnatur, inflammatis, aut conſtrictis: ſed laboranti ſtomacho, aut cibum faſtidienti, ſudatoribúsve conuenit. Fit, duabus pluuiæ aquæ veteris ad vnam mellis partem additis, & inſolatis. Alij fontanam aquã adijciunt, & ad tertias parteis decoquunt, & ita recondunt. Nec deſunt qui hydromeli appellent, quod à melle elutis aquæ fauis confici ac ſeruari ſoleat: ſed meracius confieri conuenit: aliqui id coquunt. Aegrotantibus noxium eſt, quoniam plurimum ceraginis ſibi vendicat.*

*Acetum. Dioſc.*

*Acetum refrigerat, & adſtringit: ſtomacho vtile, appetentiam excitat: erumpentem vndecunq; ſanguinem, potu inſeſſúve ſiſtit: prodeſt alui fluxionibus coctum cum cibis: cruentis vulneribus inditur, inflammationes arcet, in ſuccidis lanis aut ſpongia impoſitum: reprimit procidenti ſedis, vuluæq́;: item abſcedentes gingiuas, & ſanguine manantes. Ad nomas, & ignem ſacrum, vlcera quæ ſerpunt, lepras, impetigines, pterygia, cum aliquo conuenienti efficax eſt: phagedænas vlcerum, nomasq́; fotu continuo cohibet. podagricis calido fotu, cum ſulfure auxiliatur: ſugillationes rapit cum melle illitum. Contra capitis ardores cum roſaceo in ſuccidis velleribus, aut ſpongiis imponitur. Ad aquã inter cutem, grauitatem aurium, & ſonitus, ſibilosq́; feruentis vapor proficit: inſtillatum quoque aurium vermes necat. Pauos coërcet tepidi fotus, aut ſtimbata aceto ſpongia admouetur, pruritus permulcet. Contra venenatos ſerpentium ictus, qui refrigerando nocent, calidum commodè ſouetur: & frigidum, ijs quæ exurentes vires circulantur. Calidum potum, atq; vomitionibus redditum, aduerſus multa venena efficax eſt, præſertim contra meconium, & hauſtam cicutam, conglobatum in ventre ſanguinem, lac coagulatum, fungos, ixiam, taxumq́;, cum*

ſale

*ſcit. Hauſtu voratas hirudines, ſi ſorbeatur, eijcit: tuſſim veterem mitigat, & recentem laceſſit. In orthopnœa calidum commodè ſorbetur. gutturis fluxiones gargarizatum inhibet. anginis & vuæ procidenti conuenit: contra dentium dolorem, calidum colluitur.*

*Acetum mulſum. Dioſc.*

*Acetum mulſum, quod oxymel vocant, hoc modo temperatur: Aceti heminas quinque, ſalis marini pondo, mellis minas decem, aquæ ſextarios quinque pariter coquito, decies efferueſcente cortina: atq; vbi refrixerit, diffundito. Sumptum craſſos humores extrahere, & iſchiadicis, comitialibus, & articulorum morbo conflictatis prodeſſe creditur. Cōtra morſum eius viperæ quam ſepa vocant, hauſtum meconium, ixiánve, auxilio eſt. Anginis vtiliter gargarizatur.*

*Scillinum acetum. Dioſc.*

*Scillinum acetum hoc modo fit: Scilla, quæ candida fuerit, expurgata conciditur, traiectaq; lino ſegmenta modicis interuallis, ne ſe contingant, ſiccantur in vmbra quadraginta diebus: mina eorum in aceti boni ſextarios duodecim immergitur, & vaſe diligenter operto ſeptenis diebus in ſole madeſcit: poſt eum numerum dierum ſcilla eximitur, & expreſſa abijcitur: defæcatum acetum transfunditur, & reponitur. Aliqui ſcillæ minam, quinque aceti ſextarijs miſcent. Alij citra exiccationem repurgantes, parem menſuram adijciunt, & ſenis menſibus macerari patiuntur. Id multo magis humorum lentitias digerit: gingiuas humore pregnantes collutione ſtringit firmatq;, & motos dētes ſtabilit: putredines oris, & graues halitus tollit: durat fauces ſorbitione, & calloſas facit: vocem expedit, & limpidam canoramq; reddit. Datur ſtomachicis, ægrè cibum concoquentibus, melancholicis, comitialibus, vertiginoſis, mente captis: item vuluarum ſtrangulationibus, lienis incremento laborantibus, iſchiadicisq;. Imbecillos admodum recreat: corpus ſanum reddit, & bonum colorem præſtat: oculorum aciem exacuit: tarditatem quoq; aurium infuſione purgat. In ſumma, ad omnia efficax. Cauendum tamen inteſtinis exulceratiōibus, in capitis dolore, aut neruorum vitijs. Datur quotidie ieiunis ſorbendum, inter initia exiguum, paulatim adaugendo, ad cyathum vſq;. Nonnulli binos dant cyathos, aut largius.*

*Scillinum vinum. Dioſc.*

*Scillinum vinum fit hoc modo: Diſſectam, vti dictum eſt, ſcillam, & ſole ſiccatam contundito: minam eius tenuī cribro incernito, & linteo raro illigatam, in vicenos ſextarios muſti recentis ac boni demergito: vbi trimeſtri ſpatio maduerit, elutriatum vinum, obſtructo diligenter vaſe, recondito. Licet quoq; ſic humida ſcilla vti: In orbiculos, rapē modo, diſſectam duplicato pondere, quadraginta diebus inſolari oportet, & valde inueteraſcere. Alia parandi ratio: Scillæ diſſectæ & repurgatæ tres minas, in Italicam metretam muſti demittito; & ſenos menſes in vaſe obſtructo macerari ſinito: poſt id tempus defæcatum & excolatum vinum recondito. Vtile eſt contra cruditates, & ciborum corruptiones: item ijs qui reuomunt cibum, etſi pituita in ventre, aut ſtomacho coierit. Prodeſt lienoſis, male habitis corporibus, aqua inter cutem, regio morbo, difficili vrinæ, torminoſis, inflationibus, reſolutioni neruorum, horroribus longis, vertiginoſis, & vulſis. Menſes pellit, minimè neruos infeſtat. Hoc vinum vetuſtate fit melius. Cauendus in febre vſus, aut ſi interanea vlcus ſentiant.*

*Vina marina. Dioſc.*

*Marina variè factitantur: Aliqui enim ſtatim quum decerptæ ſunt vuæ, aquam maris admiſcent. Alij in area vuas ſole ſiccant: quibus calcatis, marinam adijciunt. Alij paſſas prius vuas in dolijs marina aqua macerant, mox calcatas exprimunt: id magis paſſi generibus adſcribitur. Quæ tamen auſteriore guſtu temperantur, contra febrium aduentantium indicia valent, ſi modo meliora non adſint: aluum ſubducunt: proſunt purulenta extuſſientibus, aut ſi dura aluus exerceat. Quæ ex Amineis vinis fiunt, caput tentant, ſtomacho aduerſantur, flatus creant. Verùm quo plenior habeatur hiſtoria, iis qui huius ſtudio tenētur, non inutile exiſtimamus varias vinorum compoſitiones adferre, nō quòd frequens eorum aut neceſſarius exiſtat vſus, ſed ne quid omiſiſſe videremur, quod ad eorū rationē attineret. Sunt autem quædam ex iis factitia, minoris curæ ac impendij, quæ cadunt in vſu: vti quæ ex cotoneis, malis, pyris, ſiliquis, item myrti baccis componuntur.*

*Vinum Cydonites. Dioſc.*

*Cydonites nomine alio melites appellatur, & ita fieri conſueuit: Mala cotonea exemptis ſeminibus, fruſtatim rapē modo ſcinduntur, & duodecim minarum pondo, in muſti metretam, triginta diebus macerantur. poſtea defæcatum vinum reponitur. Alia faciendi ratio: Oportet ad ſingulos mellis ſextarios, denos ſucci cotoneorum tuſorū preſſorumq; adijcere, & ita recondere. Vinum hoc adſtringit: prodeſt ſtomacho, dyſenteriæ, hepaticis, renum vitijs, & vrinæ difficultati. Melomeli, quod & cydonomeli nominant, ſic fit: Cotonea mala ſeminibus ſuis caſtrata, in quàm plurimum mellis, quo penitus demerſa conteguntur, conijciuntur: id poſt annum muteſcit, mulſo non diſſimile. Præſtat eadem quã ſuperior compoſitio.*

*Hydromelum. Dioſc.*

*Fit hydromelon duabus menſuris aquæ coctæ, & ſub Caniculæ ſydus inſolatæ, additis ad vnam melomelitis facti ex cotoneis. Vis huius eadem eſt.*

*Omphacomelites. Dioſc.*

*Omphacomelitis faciendi ratio hæc eſt: Acerbæ vuæ adhuc immaturæ, & tribus diebus inſolatæ exprimuntur, & ad ternas ſucci partes, mellis optimi deſpumati ſingulæ partes adijciuntur: & inſolatur in vaſa transfuſum. Vim reprimendi ac refrigerandi habet: ſtomachicis cœliacisq; conuenit. vſus poſt annum eſt.*

*Apites.*

### Apÿites Dioſc.

*Fit & è pyris, perinde atque cotoneis, vinum, apÿites nomine, ſed ita vt pyra non magnopere matureſcant. Ex alijs etiam, meſpilis, ſorbis, ſimili modo temperatur. Omnia hæc genera acerba ſunt, & adſtringũt: ſtomacho vtilia ſunt, atq; inteſtinas fluxiones cohibent.*

### Oenanthinum Dioſc.

*Fit è feraci vite ſylueſtri, quod vocatur Oenanthinum: Sicci flores minis duabus muſti cado macerati, poſt triginta dies mutantur, mox colatum vinum reconditur. Facit aduerſus ſtomachi imbecillitatem, cibi faſtidia, cœliacos, & dyſentericos.*

### Rhoites Dioſc.

*Fit è punicis malis maturis quod rhoiten nominant, ſucco expreſſo ab acinis eorum, quibus lignoſus nucleus abeſt, apyrena vocant, ac decocto ad tertias, & ita repoſito. Efficax eſt contra fluxiones internas, & febrim cum alui profluuio exortam: ſtomacho vtile: adſtringit aluum, & vrinam mouet.*

### Rhodites Dioſc.

*Rhodites ſic fit: Roſarum ſiccarum tuſarumq; minam linteolo deligatam in ſextarios octo muſti demergito: & poſt tres menſes, defæcatum vinum transfundens, recondito. Vtile ijs qui febri carent, & ad ſtomachi coctiones, & dolores à cibo potum, & contra humidas aluos, & dyſenterias. Fit quoq; ex ſucco roſarum, addito melle, quod rhodomeli vocant, quod arteriæ ſcabritijs conuenit.*

### Myrtites Dioſc.

*Myrtites fit, baccis nigris, quæ maturitatem exceſſerint; tuſis, & organo expreſſis. Aliqui ad tertias coquunt. Alij baccas prius ſole torrent, & quaternis ſextarijs contuſarum, ternas aquæ heminas adijciunt, & vini veteris parem modum, poſtea exprimunt, & ſeruant. Magnopere adſtringit: ſtomacho vtile: fluxionibus ventris ac ſtomachi prodeſt: & contra inteſtinas vlcerationes, & profluuia: denigrat capillos.*

### Myrſinites Dioſc.

*Myrſinites ſic temperatur: Rami nigræ myrti cum ſuis baccis & folijs tuſi, decem minarum pondo, in tribus muſti congijs ferueſcunt, donec duo ſuperſint, aut certè dimidium: id vinum colatum ad vſus reconditur. Contra furfures, vlcera in capite manantia, eruptiones papularum, gingiuas, tonſillas, & purulentas aureis efficax eſt, ſudores ſiſtit.*

### Lentiſcinum & terebinthinum Dioſc.

*Lentiſcinum ſimiliter vt myrſinites temperatur, nec ſecus terebinthinum. Nanque bacciferi eorum rami ſumi debent. Similes inſunt vires: adſtringunt, ſtomacho accommodantur, & defluxionibus inteſtinorum, veſicæ, & ſtomachi, & ſanguinis profluuio: vlcera omnia fluxionibus obnoxia: ſuem ad cicatricem perducunt: fluxiones vuluæ ac ſedis, infeſſione cohibent.*

### Palmeum vinum Dioſc.

*Palmulas maturas, quas vocant chydæas, in vrceolum imo pertuſum, & obſtructum picata arundine, demittito: lino foramen ſit obturatum, & quadragenis ſextarijs ternos aquæ congios infundito. quod ſi ipſum ita dulce eſſe non libeat, quinque congios infudiſſe ſatis eſt, poſt decem dies detracto ab arundine linteo, effunditò vinum craſſum & dulce, & repoſito. [illegible] illud quidem, ſed capiti noxium, contra fluxiones, propter adſtrictoriam vim, efficax: ſtomachicis, cœliacis, ſanguinem expuentibus conuenit. Aliqui idem addita aqua iterum capiunt, & tertio, quarto, quinto, ſextóve, faciunt, quod tandem acore vitiatur.*

### Catorchites, ex caricis vinum Dioſc.

*Catorchites, ab quibuſdam ſycites vocatur, in Cypro fit, ita vt palmeum: ſed hoc intereſt, quoniam pro aqua [illegible] dem liquoris adijciunt, in qua recenter preſſa vinacea madueriut. Caricæ quæ chelidoniæ aut phœniceæ appellantur, præſertim nigræ macerantur, vti diximus, & poſt decem dies humor excipitur. atque iterũ aut tertio, idem modus aquæ in qua vinacea maduerint, infunditur: ſimili modo intercedente ſpatio, quartò aut quinto aſſumitur. De maceratarum liquor non ſecus acorem contrahit, & aceti vſum præbet. Id tenue eſt: ſitum gignit: ſtomacho alieno ſit: [illegible] dium parit, aluo tamen prodeſt, vrinam ciet, menſes trahit, lactis vbertatem facit, vitioſum ſanguinem creat, & elephantiaſin affert, vt potio quam zython appellamus. Aliqui ſex amphoris, decem ſilis ſextarios adijciunt. alij [illegible] amphoram: quod non facilè vitiatur, & aluo idoneum fore cenſent. Alij thymum & fœniculum imo ſubijciunt, & caricis ſuperponunt: & ita viciſſim, donec vas expleuerint. Fit & è ſycamori eodem modo vinum: ſed in eo adhibere diligentiam, quoniam non ita prædulce vis eorum, vt ſimilis liquoris dulcedinem attingere poſſit.*

### Reſinatum vinum Dioſc.

Reſinatum vinum populatim factitari ſolet: copioſum in Galatia: quoniam vinum illic coaceſcat, vua non matureſcente, ob cæli algorem, niſi picea reſina temperetur. Reſina autem cum cortice tunditur, & amphora dimidiata hemina permiſcetur. Aliqui, vbi efferbuit, excolant, ſeparantes reſinam: alij relinquunt. Hæc vina vetuſtate dulceſcunt. Omnia capitis dolorem, & vertigines faciunt: concoctionem tamen adiuuant, & vrinam cient: tuſſientibus, ac deſtillatione vexatis conueniunt: item cœliacis, dyſentericis, & hydropicis, & fœminis fluxione vuluæ laborantibus: alui exulcerationibus infunditur. In hoc autem genere nigricans magis albo conſtringit.

### Strobilites Dioſc.

Strobilites fit maceratis in muſto nucibus pineis, recentibus, fractiſq; præbetq; reſinati effectus. Si quis madefactas nuces pini muſto decoquat, potum affatim conuenit ijs qui tabitudine conficiuntur.

### Cedrinum vinum Dioſc.

Cedrinum, iuniperinum, cupreſſinum, laurinum, pineum, aut abiegnum, ſimili ratione fiunt. Diuiſos recenter ramos, cùm fructum edunt, aut ſoli, aut balneo, aut igni, admouere oportet, vti confudent, congioq; vini minam vnam permiſcere, & poſt duos menſes transfundere, & ante quàm recondantur, inſolare. Factitiorum vinorum vaſa impleri debent: nanque non plenis vaſis, vina in acorem corrumpuntur. Medicata autem vina, rectè valentibus inſalubria. Omnia excalfaciunt, vrinam cient, & ſubſtringunt. Laurinum tamen vehementius excalfacit. Fit quoq; è fructu cedri maioris vinum, congio muſti, adiecta tuſarum baccarum ſelibra: diebus quadraginta inſolari debet, & defæcatum in vaſa transferri. Fit etiam vinum è baccis iuniperi, non aliter quàm cedrites, & ad eadem valens. Cedrites hoc modo fit: Cedriam dulci aqua lauant, & ſingulas amphoras ſingulis cyathis diluunt, & ita muſto replent. Hoc genus vini excalfacit: extenuat, tuſſi antiquæ vtile ſine febre, pectoris laterumq; doloribus, torminibus, ventris & inteſtineorum vlceribus, purulentis excreationibus, mulieribus vuluæ cauſarijs, hydropicisq;. facit aduerſus ventris tineas & horrores: contra venenatos ictus auxiliatur: ſerpentes necat: aurium doloribus inſtillatum medetur.

### Picatum vinum Dioſc.

Picatum ex liquida pice & muſto temperatur. Picem autem primum marina aut muria tantiſper eluere oportet, dum inalbuerit, & ſyncera maris aqua defluat, mox aqua dulci proluendæ: congijs octo muſti, vncia picis vna aut altera adijcitur: vbi efferbuerit & conſtiterit, in vaſa diffunditur. Hoc genus vini excalfacit, concoquit, purgat, abſtergit: vtile doloribus pectoris, aluũ, iocineris, lienis & vuluæ, ſi ſine febre ſint, veteri rheumatiſmo, exulcerationibus in alum recedentibus, tuſſi, ſuſpirijs, concoctionibus tardis, inflationibus, & luxatis, præſertim in ſuccida lana impoſitũ.

### Abſinthites Dioſc.

Abſinthitæ faciundi ratio euariat. Aliqui enim duodequinquaginta ſextarijs Italicarum amphorarum, admiſcent abſinthij Pontici libram decoquunt ad tertias: & vbi infuderint ſex aceti ſextarios, & abſinthij ſelibram, ac diligẽter permiſcuerint, diffundunt in vas: dumq; conquieuerit, defæcant. Alij abſinthij minam in amphoram demittunt, tuſamq;, & raro linteo deligatam, in cado muſti macerant, binis menſibus. Alij abſinthij quadrantem, alij trientem, & nardi Syriacæ, cinnamomi, caſſiæ, floris iunci odorati, calami, elatæ, palmarum ſingulos ſextantes inijciunt in metretam muſti, & tundentes prius pila, obſtructo vaſis ſpiraculo, binis terniſve menſibus dimittunt: poſtea defæcatum vinum transfundunt ad vſus. Alij addunt in muſti cadum, Celticæ nardi drachmas quatuordecim, & abſinthij drachmas quadraginta, linteo inuolutas: & poſt quadrageſimum diem elutriãt. Alij in ſenos ſextarios muſti, abſinthij libram, & ſicca pini reſinæ ſextantem immittunt, & poſt decem dies excolant, & recondunt. Vtile eſt ſtomacho: vrinam cit: tardam concoctionem accelerat. hepaticis, regio morbo, & renum vitijs auxiliatur: faſtidia diſcutit: ijs prodeſt quibus ſtomachus negotium exhibet: valet contra longam præcordiorum diſtentionem, & inflationes, teretesq; ventris tineas, & remoratos menſes: contra hauſta ixia venena quàm plurimum potum, & vomitionibus redditum, auxiliatur.

### Hyſſopites Dioſc.

Hyſſopites è Cilicio hyſſopo maximè laudatur. fitq; ſimiliter, foliorum hyſſopi tuſorum libra in amphoram muſti coniecta. linteolo raro cum quibuſdam lapillis, folia inuoluuntur, vt degrauatus ponduſculo faſciculus ſidat: vinum poſt quadraginta dies defæcatum elutriatur. Contra pectoris, laterum, & pulmonis vitia, veterem tuſſim, & ſuſpiria prodeſt: vrinam cit: torminibus, & horroribus febrium circuitu repentibus auxiliatur: menſes mouet.

### Ex diuerſis plantis facta. Dioſc.

Simili modo chamædryites fieri ſolet. Excalfacit, diſcutit conuulſis, regio morbo, vuluæ inflationibus, tarda concoctioni, incipienti aquæ inter cutem, ſubuenit. Inueteraſcens melius redditur. Sychedites non ſecus temperatur.

Congij

*Congiis ſex ſtœchadis minam addere oportet. Craſſitiem, inflationes, laterum, neruorumq́; cruciatus, & perfrictiones diſcutit: comitialibus commodè datur cum pyrethro & ſagapeno. Fit ex eadem acetum è ſtœchade herba, vt pauló ante diximus, aceto macerata; quod eoſdem implet effectus. Fit vinum è betonica, quam ceſtron & pſichotrophon appellant. Herbam ſemine maturo prægnantem, cum ſuis ramulis mina pondo, congijs duobus vini macerant, & poſt ſeptimum menſem transfundunt. Ad multa interaneorum vitia, vt ſrutex ipſe, pollet. Et vt in vniuerſum dicatur, ſectitia vina, ſibi maſticatarum vires adſciſcunt: quare non difficile fuerit, ijs qui illarum naturam norint, vinorum vires coniectura quadam conſequi: veruntamẽ vinorum vſus febricitantibus abdicandus. Fit etiamnum è betonica acetum, ad eadem vtiliſſimum. Tragoriganites fit quaternis tragorigani drachmis linteolo colligatis, in quaternos muſti ſextarios coniectis, & poſt tertium menſem transfuſis. Prodeſt torminibus, vulſis, ruptis, laterum doloribus, ſpirituum diſtenſationi, ægris concoctionibus. E napo fit vinũ, nomine bunites, drachmis duabus tuſi napi in ſextarios duos muſti additis, & cæteris eodem modo factis. Prodeſt ſtomachicis, & dimicatione, aut longo equitatu fatigatis. Dictamni drachmas quatuor macerato quaternis muſti ſextarijs. Facit aduerſus ſtomachi faſtidia: menſes, & purgamenta à partu ſubducit. Marrubij adulti folia tundito, & ſextarios octo in muſti metretam demittito, & reliqua conſimiliter facito. Conuenit hoc vinum pectoris vitijs, & omnibus quibus marrubium. Thymi tuſi & cribrati vncias centum linteo colligatas, in amphoram muſti adijcito. Valet contra ægras coctiones, faſtidia, dyſenteriam, neruorum & præcordiorum dolores, hybernos algores, & venenata animalia, quorum morſum frigus inſequitur, aut putreſcit locus. Simili modo è ſatureia vinum fit, quod eadem quæ thymites præſtat. Sic quoque origanites ex heracleotico origano conficitur ſimiliter cum ſupradicto. Facit eadem quæ thymites. E calaminthe, pulegio, & abrotono vina fiunt eodem quo thymites modo. proſunt ſtomachicis, cibum faſtidientibus; & regio morbo: quòd vrinam moueant. Fit item è conyza vinum, contra venenata ante alia efficax.*

*Aromatites Dioſc.*

*Aromatites ita fit: Palmæ, aſpalathi, calami, nardi gallicæ, ſingulorum quatuor ſextarios ſumito: poſtquam contriueris, paſſo ſubigito, coactis ingentibus offis & in ſextarios duodecim auſteri muſti deiectis, operculato vaſe, quadraginta diebus quieſcere ſinito: deinde vbi fæce expurgatum fuerit, recondito. Alia eius ratio: Calami vncia, plus drachma ſeptem, coſti drachmæ duæ, nardi ſyriacæ drachmæ ſex, caſſiæ vncia, croci drachmæ quatuor, amomi drachmæ quinque, aſari drachmæ quatuor: omnia ſimul trita & linteo colligata in cadum muſti demerguntur, & poſtquam vinum deferbuerit, transfunditur. Facit ad pectoris, & laterum, & pulmonis dolores: difficili vrina, horroribus, retardatis menſibus, atque ijs qui per frigora iter faciunt, potum conuenit: pituitæ craſſitiem extenuat: colorem alit, ſomnum conciliat, dolorem ſinit, renum & veſicæ vitijs auxiliatur.*

*Ex diuerſis odoramentis facta Dioſc.*

*Fit & vinum ad deſtillationes, cruditates, tuſſim, inflationes, & ſi humor in ſtomacho coit: Myrrhæ duæ drachmæ, piperis candidi drachma vna, iridis drachmæ ſex, aniſi drachmæ tres: omnia pleniùs tuſa & linteolo inuoluta in ſex vini ſextarios conijciuntur: vinum poſt triduum colatur, & in lagena reconditur. Datur poſt deambulationem, meracum, cyathi vnius menſura. Fit quoq; nectarites ex helenio herba: Radice ſicca pondo quinque drachmarum linteolo colligata, & in congios ſex muſti addita, & poſt tres menſes effuſa. Facit ad ſtomachi & pectoris vitia: vrinam pellit. E Syriaca nardo, & Celtica, malabathroq; vinum factitatur, hac ratione: Singulorum ſelibram in binos muſti congios mittito: poſt menſes duos colato. Datur cyathus vnus cum tribus aquæ. Hoc vinum efficax eſt contra vitia renum, hepaticos, regium morbum, & vrinæ difficultatem: prodeſt ſtomachicis, atque ijs quos pallor decolorat. Alij vnciam, aut ſextantem acori, & Celticæ nardi quadrantem, in muſti amphoram adijciunt. Aſari quadrantem in ſenos muſti ſextarios itidem demittito. Id vini genus vrinam ciet: hydropicis, & regio morbo laborantibus, hepaticis, iſchiadicisq;, conuenit. Radicis ſylueſtris nardi recentis & tritæ cribratæq; beſſem in congium muſti conijcito. duos menſes quieſcere ſinito. Vtile eſt hepaticis, difficili vrinæ, inflationibus, ſtomachicis.*

*Ex diuerſis herbis facta Dioſc.*

*Radicis dauci contuſæ drachmas ſex in muſti amphoram imponito, & ſimiliter transfundito. Facit ad dolores thoracis, præcordiorum, & vuluæ menſes pellit, ructus ciet, & vrinam: prodeſt tuſſi, ruptis, vulſiſq;. Saluiæ vncias in muſti amphoram, quod idem cum ceramio eſt, mittito. Valet contra renum, veſicæ, & laterum dolores, reiectiones ſanguinis, tuſſim, rupta, vulſa, & ſuppreſſos menſes. Panacis vnciam in muſti congium mittito, & transfundito. Prodeſt ruptis, vulſis, contuſis, orthopnææ: lienis craſſitiem extenuat: contra tormina, coxendicum dolores, efficax eſt: tardas concoctiones accelerat: menſes & partus extrahit: aquæ inter cutem, & ſerpentium ictibus auxiliatur. Vina ex acoro & dulci radice conſimili modo fiunt. Oportet enim ſingulorum vncias octo in ſenos congios mittere, tribus menſibus macerare, mox in vas transferre. Faciunt ad pectus, & latera, & vrinam mouent. Seminis apij recentis [illegible] & cribrati vncia nouem in linteo colligata in muſti amphoram demittuntur. Appetitum excitat: ſtomachicis, & difficili vrinæ auxiliatur: faciles ſpiritus facit. Ex fœniculo, anetho, & petroſelino, vina eodem modo fiunt, & ad eadem efficacia. Fit & è ſiue ſalis vinum, multo ad purgandum efficacius, quàm vinum aqua marina temperatum. [illegible]*

*veſicam, renes, & ſtomachum infeſtat: quare neque in fecundâ, neque aduerſa valetudine prodeſt. Fit etiam vinum quod phthorion vocant, quoniam partus necat, & abortus facit, veratro aut ſcammonia, aut ſyluestri cucumere, iuxta radices vitium ſato: ſiquidem vites ſibi illorum vires adſciſcunt. Id vinum partus enecat: datur iciunis mulieribus, quæ antè vomuerunt, cyathorum octo menſura, dilutum. Ramorum thymelææ cum ſuis folijs & fructu triginta drachmas mittito in congios tres muſti, & leni igne coquito, donec congij duo ſuperſint, defæcatumq; recondito aquoſa purgat excrementa, & lienem abſumit. Chamelæa dum floret, cum folijs tuſa & cribrata decem drachmarum pondere, in muſti congium additur. Poſt duos menſes vinum in vas transfertur. Aquæ inter cutem, hepaticis, & laſsitudine confractis, efficax eſt: item mulieribus quæ à partu ægrè purgantur. Chamæpityinum ſimili modo fit, ad eadem conueniens: vrinam quoq; ciet. Librum radicis mandragoræ concîſito, ſegmenta lino traijcito, quod ſelibrā æquat, in muſti cadum demittito, ibiq; eſſe ſinito ad menſes tres, deinde transfundito. Media potio, hemina dimidium: bibitur paſſo in duplum addito. Aiunt heminam vini congio mixtam, potu ſoporem adferre: cyathus vnus cum ſextario vini potus enecat: mediocris vſus eius, doloris ſenſum aufert: fluxiones incraſſat: olfactu, potuq; & cum inditur idem præſtat. In congium muſti aqua marina diluti, drachmas duodecim nigri veratri triti in linteo mundo mittito: dumq; efferbuerit, in marinæ aquæ congios quatuordecim aut quindecim, vbi pleniuſculè ſtegeris, inijcito: poſt aliquot dies colato, & vtitor. Dato cyathum vnum ex aqua balnei in potu, ad aluum ſoluendam, ijs qui euomuerunt à cœna. Alia ratio: Veratri drachmas viginti, iunci odorati vncias duodecim, ſpicæ Syriacæ vncias tredecim, cribratas, & linteo colligatas in ſeptem vini Coi ſextarios, diebus quadraginta macerandas indito poſtmodum colato, dabis in potu ſeſquiheminam. Aliter: Decoctæ marinæ aquæ ex alto petitæ ſextarios duodecim, veratri candidi libras ſex, in muſti amphora quadrageſimo die, quàm madefeceris, colato, & vtitor. Alia ratio: Veratri drachmas duodenas, & abrotoni quaternas, in ſenis muſti ſextarijs diebus quinisdenis macerato, mox colato: & ſiniſtri exacto, vtitor. Id vini genus abortus facit, & partus necat. Aut vuas in ſole ſiccatas imponito in muſti metretā (implet autem metreta congios duodecim) & gypſum in vinum mittito pōdo drachmarum viginti, & biduo reſidere ſinito, conijcito veratri nigri drachmas triginta, iunci odorati, calami, ſingulorum drachmas triginta, baccarum iuniperi ſextarios duos & trientem, myrrhæ & croci ſingulorum drachmam, inuoluens linteolo diebus quadraginta appendito, poſtea colato. Dabis heminas tres aut duas dilutas. Purgat à partu, & abortu fœminas: fœtus extrahit, contra ſtrangulatus vuluæ efficax. Scammonites ſic fit. Radicis ſcammoniæ per meſſes effoſſæ, tritæ, & linteo colligatæ drachmas quinq; in muſti congium mittito, ad dies triginta. Aluum purgat, bilem & pituitam extrahit.*

*Vini ſpiritus Chimiſtarum.*

Quidam vini fortiſſimi non adulterati libras duodecim ampullæ indunt, & per vas refrigeratorium, vulgari modo deſtillant, vſque dum vini efficacia imminuatur: tunc amoto vaſe quod excipit vinum diſtillatum vitro amplo recondunt diligentiſſimè, ne quid expiret, & in aquam calidam ponunt, ſinuntq; ebullire per dies octo: poſtea in vapore balnei ſpiritum vini ſubtiliſſimum extillant. In hoc autem opere tria notari debent: primò ne vas in quo vinum digeritur, altius aquæ calidæ imponatur quàm vinum appareat: ſecundò, vt commiſſuræ luto optimè circumlinantur: tertiò vt ſpiritus inter deſtillandum rectè ſeparentur à vino, caloreq; moderato euocentur. G. Metra.

Porro ijdem vinum alcolizatum, vt vocant, parant, dum aquoſam materiam ex diſtillatione vini Vinum Alrelictam, exhalare ſinunt ad ſuccum fæculentum vſq;: hunc deinde probè exiccant, conteruntq;, & colizatum. igne vehementi in calcem albam redigunt, quam ſal vini appellant: Poſtea ſpiritus vini ℥. duas ſalis eius ſemunciam miſcent, induntq; ampullæ: hanc diligenter occluſam per dies 24. in cineribus ſinūt. Sal vini. Mox ex iiſdem primùm lento, deinde fortiſſimo igne educunt: poſtea ſalem relictum iterum exurunt, conteruntque, & ſpiritu vini imbuunt, digerunt, euocantque vt prius, atque hunc laborem toties reiterant, donec ſal per operculum extillarit: ſic nobiliſſimū vini ſpiritum alcalizatū prouenire aiunt, ad rerum colores extrahendos magiſterium.

Vel, Vini rubri valentiſſimi, vt Hiſpanici, aut Alſatici, aut alterius ſimilis libræ octo pellicano, aut Vini ſpiritus ampullæ vitreæ ſatis amplæ infunduntur, & vaſe diligenter obturato, macerantur in fimo equino, [illegible] vel aqua moderatè calida diebus triginta: tunc oleoſus liquor phlegmati innatare videbitur: qui igne lento in ampulla frigidiuſculè tandiu ſeparatur, donec oleoſum illud, tenue ac purum, vel ſpiritus vini vegetabilis à ſummitate operculi emanare deſierit. Hic poſtea rurſus in aqua calida di- Paracelſus. gerítur per dies viginti quatuor: atque ſic è libra vini emergit eſſentia ſempiterna, verèque ad vitam producendam præſidium. Ex hoc vini liquore ſubtiliſſimo eſſentiæ ſiue tincturæ rerum, & aquæ vitæ parantur, dum ſtirpium plantæ & odoramenta, nec non metalla, aliaque terræ foſſilia præparata in illo macerantur, liquantur, extrahuntur, deſtillanturque.

*Liquor Tartari.*

Pulueris Tartari vini albi exiccati lib. quatuor ampullæ incuruatæ, vel retortæ magiſtralis dictæ inditur. hæc in fornacem locatur, & vaſe quod excipit amplo appoſito iuncturæ luto occluduntur. Facilè enim exſpirare ſolet. Poſtea igne paulatim auctiore vrgetur, donec albi lineolis ſpiritus apparent. Tunc refrigeratis vaſis liquor eximitur: infunditurque ampullæ vitreæ rectæ, & in balneo calido corrigitur, ſeparaturque aqua ab oleo.



[illegible library stamp]

ASCLEPIAS. *Belg. Swaluwe wortele. Germ. Schwalbenwurtz. id eſt hirundinaria.* Ital. Vincetoſſico. *Aduerſ. 278.*



ASCLEPIAS *altera flore nigro.*



ASCLEPIAS *altera flore nigro.*

Eſt & aliud Vicetoxicũ in agri Monſpellienſis collibus Frontignanę vicinis & Belgij viridarijs, quod à floris colore pullo, nonnihil purpurante, minimè albo vti alterius, nigrum vocatur. Cauliculis flexuoſis ternûm & quaternûm cubitorum, proxima quæuis fulcra Periplocæ æmulatione, quam etiam quia refert, Periplocam minorem fecerunt, ſcãdendo ambit. cætera priori ſimilia, ſucco pallido turget.

DIOSC. *Radices ex vino potæ torminibus auxiliantur, & contra ſerpentium ictus. Folia aduerſus vuluæ mammarumque vlcera, quæ cacoëthe vocant, illinuntur.*

Nullum eius periculum feciſſe ſe teſtatur Gal.

Fuchſio & recentioribus Aſclepias menſes ducit, hydropicis auxiliatur; canis rabidi morſibus veneniſq; reſiſtit. Illita ſordida purgat vlcera, & ad cicatricem perducit. miſcetur antidotis.

APOCYNVM. PERIPLOCA *Græca.*

*Apocynum Guillandini, Matth. & Italorum. Cynocrambe Gal. & Cinomorus, quia canes celerrimè interimit, ſicut Lycoctonon lupos. Aduerſ. 279.*

DIOSC. *Folia cum adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes, & pantheras enecant in cibo data, & horum eorum tocendices reſoluunt.*

Gal. Hominibus venenum eſt, herba multum grauiter olens: proinde omnino calida eſt non vehementè; non tamen proportione deſiccat, itaque illita admodum digerentis eſt facultatis.

[illegible] NUM. PERI-PLOCA Græ-ca.





PERIPLOCA ſerpens, an-guſtiore fo-lio. Aduerſ. pag. 279.

[illegible] Aduerſ. 279.





PERICLY-MENON perfoliatum calidarum regionum. Hiſp. Madre ſelua. Aduerſ. 280.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINAND

## Periclymenon.

Dioſc. *Huius ſemen poſtquam maturuit, collectum & in vmbra ſiccatum drachmæ pondere detur in vino, quadragenis diebus, lienem abſumit, laſſitudinem diſcutit: ſed vrinam ciet, ſtatim † à ſexto die cruentam. orthopnœæ, & ſingultui prodeſt. partum accelerat. Folia ſunt eiſdem viribus prædita. quæ tricenis ſeptenis diebus epota, ſterilitatem facere produntur. peruncta ex oleo, febrium algores abigunt.*

† Gal. tum fructus, tum folia adeò vehementer incidentis & excalfacientis facultatis, vt ſi pluſculum bibantur, vrinam ſanguinolentam efficiant. Competens potionis menſura eſt drachmæ vnius pondus cum vino.

Rondelletius ad partus facilitandos & accelerandos Periclymeni vſum reuocauit: exhibuitq; aquæ ſtillatitiæ ex pulueris ſeminis Lauendulæ deſcripti à ſeſquivncia ad duas ℥ & tres.

*Belgis hortenſe eſt ob floris ſuauitatem, qui totam æſtatem perdurat.*

Periclymenon *non perfoliatum.*
*Aduerſ. pag. 280.*



*Allobrogum* Periclymenon. *Xyloſteon Dod.*
*Aduerſ. pag. 280.*



Seseli *Aethiopicum. Aduerſ. pag. 281.*

Dioſc. *Semine amaro, Maſſilienſi odoratiore, & acriore, nutitum ſuaui.*

Hinc colligere eſt eſſe ad omnia præſtantius quouis Seſeli. Vere plura in Seſeli Maſſilienſi.

CAPPARIS folio acuto. Belg. Cappers. Aduerſ. pag. 282.



CAPPARIS rotundo folio vulgat. Aduerſ. pag. 282.



DIOSC. *Caulis & fructus cibi gratia condiuntur. Aluum turbat; ſtomacho aduerſatur, ſitim gignit. Cocta tamen ſtomacho, quàm cruda, vtilior eſt. Fructus drachmis duabus in vino potus, quadraginta diebus, lienem abſumit, & vrinam cruentumq; excrementum emittit. Bibitur vtiliſſimè in coxarum doloribus, & neruorum reſolutione; item ruptis [a] & conuulſis. Menſes ciet, [b] caput purgat. Dentium dolorem ſedat [c] ſemen ex aceto decoctum, colluto inde ore. Aridæ radicis cortex ad eadem proficit. Vlcera omnia vetera [d] & ſordida, & quæ occalluerunt, expurgat. Lienoſis cum farina hordei illinitur. Dente demorſa, dolori eius auxiliatur. Cum aceto trita, vitiligines [e] albas abſtergit. Radix foliaq; intrita, ſtrumas ac duritias diſcutiunt. Aurium vermiculos infuſus ſuccus [f] enecat. Aphrica & præſertim Marmarica capparis, vehementer inflat. Apula vomitus facit, & quæ à Libyco, & quæ rubro mari deferuntur, mirum in modum acris eſt: ſiquidem in ore puſtulas excitat, gingiuaſq; vſq; ad os exedit; quare in cibis non abs re damnatur.*

[a] idem Gal. [b] eadem Gal. & ex capite detrahit, quod ἀποφλεγματίζειν vocant. [c] Gal. prædictarum qualitatum ratione. [d] Illa exterget, nec ſegniter deſiccat. Gal. [e] eadem Gal. [f] amaritudine ſua Gal.

Gal. Capparis radicis cortex vincentem habet qualitatem amaram, proximam acrem, deinde acerbam; ex quo liquet quòd diuerſis, pugnantibuſq; conſtet facultatibus: quippe abſtergere, purgare, incidere poteſt amaritudine: excalfacere, incidere, digerere, acrimonia: porrò contrahere, denſare, cõſtringere, acerbitate: quapropter lienes induratos, ſi quid aliud, hoc medicamentum iuuare valet, tum foris idoneis illinendis remedijs admiſtum, tum intrò in corpus aſſumptum, ſiue decoctum in aceto, aut oxymelite, & id genus, ſiue aridum contuſum, illiſque permixtum: quippe cùm aperiat craſſos lentoſque humores hoc pacto ſumptum euacuet, nec eos tantum per venas, ſed & per ventrem ſæpe etiam ſanguinolentos deferat; vnde & lienes adiuti ſunt, & coxarum dolores

Eadé Aegin.

[illegible]



ALEXANDER PP VII ... FERDINANDVS DEI GR.

CLEMATIS DAPHNOIDES: *an Centunculus Plinij?* *Angl.* Peruincle, *Gal.* Peruenche, *Gallobelgis* Vanche & pucellage. *Flandris* Wintergroen *Brab.* Maeghdenpalm & ingroen. *Germ.* Yngrun & Kyngrun. *Hiſp.* Peruinqua. *Ital.* Peruinca.

Inter in 21. cap. ſtirpium.



CLEMATIS, *ſiue* PERVINCA *maior.* *Aduerſ. pag.* 282.



DIOSC. *Caules ac folia in vino pota, alui profluuia & dyſenterias finiunt. Vteri * dolores cum lacte & roſaceo aut Cyprino, in peſſo ſubdita ſanant. Commanducata dentium † dolorem mitigant. * Venenatorum morſibus impoſita proſunt. Fertur etiam contra aſpidum morſus cum aceto pota auxiliari.*

Gal. Daphnoides Clematis, nequaquam exulceratorium eſt, aut acre, ſicut quod ante dictum eſt; imo profluuijs ac dyſenterijs cum vino potum prodeſt. tantum abeſt vt perinde vrat aut vlceret, ceu illud ſuperius.

Aegin. Siccandi virtute pollet, qua alui fluores, quam diarrhœam dicunt. Inteſtinorum tormina & dentium dolores finit.

Menſtruis albis ſiſtendis vtebatur Rondeletius.

Plin. lib. 24. cap. 15. Centunculi eſt egregius effectus ad ſiſtendam aluum in vino auſtero, item ſanguinem ſiſtit tritus cum oxymelite; aut aquæ calidæ cyathis quinque denarij vnius pondere. ſic & ad ſecundas mulierum efficax. vulnera glutinat, vrinas ciet.

*Daphnoides* POLYFLORA CLEMATIS *purpuro rubens*,

Foramina florū duplicatione & incremento, coloris purpuro rubentis, in Belgij hortis [illegible]

VORCVM

Viscvm. *Hiſp.* Ligay Liria. *Luſit.* Viſgo.



Polygonatvm. *Angl.* [illegible]
*Aduerſ. pag. 283.*



Diosc. *Viſcum optimum eſt recens, intus porraceum, extrà fuluum, quod aſperi nihil, aut furfuroſi conceperit. Fit acinis in robore naſcentibus, buxeo fruticis folio. contuſum acinum lauant, & poſtea in aqua decoquunt, ſunt qui commanducando ipſum efficiant: gignitur quoq; in malo, pyro, & pleriſq; alijs arboribus. quinetiam inuenitur in quorundam fruticum radicibus. Emollit, diſcutit, extrahit. parotidas, tubercula, cæteráſque collectiones, ad maturationem perducit. cum reſina autem & cera pari, epinyctidas in ſplenio ſanat. vetera vlcera abſceſſuſque quos cacoëthes vocant, ex thure mollit. lienem cum calce, gagate, aut Aſio lapide coctum & impoſitum abſumit. cum ſandaracha, aut auripigmento illitum, vngues extrahit inſtum cum calce & vini fæce, ſuam vim intendit.*

Gal. Viſcum ex plurima aëria & aquea, pauciſſima terrena ſubſtantia conſtat. Nam acrimonia in eo amaritudinem excellit. Itaque etiam effectus ſubſtantiæ reſpondent. Siquidem ex alto humores extrahit, nec eos tantùm tenues, ſed & craſſiores, eoſque diffundit ac digerit. Eſt autem ex eorum genere quæ non protinus admota excalfaciant, ſed quæ tempus requirunt, velut Thapſia: Sed & ſupra hoc cõmonuimus ineſſe calidis facultate medicamentis, vbi largum contineant humorem excrementitium.

Aegin. Calefacit cum acrimonia, humores ex alto validè elicit, & Thapſiæ modo diſcutit, hac tamen multò eſt ignauius.

Polygonatvm.

Diosc. *Radix vulneribus efficaciter illinitur; quin etiam maculas in facie delet.*

Stillatitia eius aqua hodie quoque mulieres Italæ faciem fucant, abſterguntque.

POLYGONATO *aſſinis planta fortè* LAVRVS ALEXANDRINA.

Nullus eſt paulo exercitatior qui illico percepto Polygonato maiori aut Hippogloſſo, non opinetur hanc eſſe è cenſu Polygonati aut Lauri Alexandrinæ: folijs Myrti maioris æmulis ortu & poſitu, in cauliculo ſeſquipalmari, Polygonati. Belgij opera Cluſij inquilina, vbi nondum floruit.

RVSCVS. *ὀξυμυρσίνη. Centromirini Theoph. Anguil. Angl. etiam* Buchull, *&* kneholme, Petigre. *Aduerſ. pag. 283.*



HIPPOGLOSSON *Bonifacia. Angl. etiam* Horſe tonge. *Aduerſ. pag. 284. & 284.*



DIOSC. *Radice graminis ſimili, acerba, & ſubamara. Folia & baccæ in vino pota vrinam cient. menſes pelliunt. veſicæ calculos frangunt. ſtillicidio vrinæ medentur. dolores capitis ſanant, & regium morbum. In aſperis & præcipitibus locis enaſcitur. Decoctum radicis in vino potum, eoſdem præbet effectus. Cauliculi recentes, aſparagorum vice, in cibo ſumuntur. amari autem ſunt, ſed vrinam mouent.*

HIPPOGLOSSON.

DIOSC. *Capitis dolorem corona ex comis impoſita minuit. malagmatis radix, ſuccuſq; admiſcetur.*

LAVRVS ALEXANDRINA.

*Aduerſ. pag. 283.*

DIOSC. *Difficiles partus accelerat, radice pota ſex drachmarum pondere in vino dulci. & ſtillicidia vrinæ an[illegible]-uſtionem, & ſanguinem immobiles.*

SETHVS

Cvcvmis *eſculentus. Hiſp.* Cogombro. *Ital.* Cocomero. *Aduerſ.* 285.



## Cvcvmis *eſculentus.*

Diosc. *Satiuus cucumis aluo & ſtomacho perquã vtilis habetur. Refrigerat* ✳ *qui corruptionem non ſentit. Veſicæ prodeſt. Olfactu reuocat, quos animus liquerit. Semen* † *modicè vrinam mouet cum lacte aut paſſo. Veſicæ exulcerationibus ſubuenit. Illita cum vino folia, morſus canum ſanant: & epinyctidas cum melle.*

✳ & humectat ſecundo ordine Aegin.

† Aegin. & Gal. Semen abſtergendi incidendique virtute pręditum, vrinas mouet & corpus nitidum efficit. Aridus ſiccat primo ordine, vehementiuſque abſtergit, & ſemen & radix.

Cvcvmis *Anguinus flexuoſuſue. Aduerſ. pag.* 285.





ALEXANDER ... FERDINANDVS ... DEL C...

Melo vulgi, ſiue Melopepo Dioſcor. Ital. Mellone & Popone. Hiſp. Melon. Aduerſ. pag. 286.



## Pepo.

Diosc. *Peponis caro in cibis vrinam cit. Inflammationes oculorum illita ſedat. Ramenta eius contra adustionem infantium quam ſyriaſim vocant, ſincipiti imponuntur. Fronti admota oculorum fluxiones auertunt. Succus cum ſemine adiecta farina, ſiccatus in ſole cogitur in ſinegmata, quæ faciem repurgant, & nitorem afferũt. Radix ſicca & ex hydromelite pota, drachmæ pondere, vomitionem† mouet: ſi quiſquam moderatè ſecundum cœnam vomere cupiat, geminis obolis ſit contentus. Sanat quoq; illita cum melle vlcera concreta in modum faui, quæ ceria vocant.* † [illegible]

Citrvllvs *Officinarum. Germ.* Citrullen, *Aduerſ.* 286. *Cucumer Citrullus Fuchſ. Anguria Matth. & Ital.*



PEPO *oblongus vulgatiſſimus. Ang.* Gourd. *Belg.* Peporoen. *Germ.* Pfeben. *Adverſ. 286.*



PEPO *maximus Indicus compreſſus. Adverſ. 286.*



magnitudine à ſuperioribus differt, fructus autẽ interdum 80. libras pendit: & folia rotũdiora.

PEPO *rotundus compreſſus Melonis effigie. Adverſ. pag. 286.*



CVCVRBITA, *ſiue* ZVCCHA *omnium maxima anguina. Angl.* Gourde. *Aduerſ.* 287.



CVCVRBITA *lagenaria. Aduerſ. pag.* 287.



DIOSC. *Cucurbita eſui apta: Cruda trita illitu tumores & abſceſſus mitigat. Ramenta eius infantibus contra capitis ardorem, quam ſyriaſim vocant, in ſincipite illinuntur. Oculorum inflammationes, podagraſq; refrigerant. Succus è ramentis tuſis, per ſe aut cum roſaceo† infuſus, aurium doloribus auxiliatur. Aduſtiones cutis in ardenti febre illitu iuuat. Totius feruefacta & expreſſa ſuccus, cum melle exiguo & nitro potus, aluum leniter reſoluit. Vinum in cucurbitam recentem excauatam infuſum, ſi miſtum ſub dio teneatur, potu aluum leuigabit.*

† Gal. aurium doloribus cum phlegmone. Comeſta humida eſt, & ſitim arcet: Cruda cibo inſuauis eſt, ſtomacho pernitioſa, & cocta planè inexpugnabilis, adeò vt ſi quis alterius cibi inopia ingerere eam compellatur, ceu quidam iam auſus eſt, pondus cum algore ventriculo incumbere ſit ſenſurus, ſtomachumq; euertet, & ad vomitionem concitabit, quæ vna eum ab vrgentibus ſymptomatis liberare poteſt. Hanc igitur, aliaque ex fugacibus complura, aut mox quam elixata eſt, aut frictam in ſartagine, aut aſſam omnes homines eſſe conſueuerunt. Ipſa quantum in ſe eſt, humidum frigidumque corpori alimentum præbet, ac id ipſum ea de cauſa ✶ exiguum, ſed leniter per aluum ſubit, cum ob ſuæ ſubſtantiæ lubricitatem, tum ob communium omnium humidorum ciborum rationem, qui ſcilicet citra adſtrictiones tales ſunt. Nec ſanè infeliciter concoquitur, modò non auertatur ✶ corruptio.

*Plin. Valerianus ſubdit.*

*Fuchſ.* Cinis aridæ corticis efficaciter poteſt combuſta ſanare. Eundem cinerem didicimus ab expertis vulnera in veretro, iam in putredinem verſa purgare, & ad cicatricem vſque perducere. Semini ſicco illa vis traditur, vt in puluerem tuſum & inſperſum impleat vulnera quæ cauata ſunt. Quidam illud in vino bibendum dedere, vt ſolutiones alui fluentis inhiberet. Viticulæ quoque Cucurbitæ iam ſeneſcentes cum paſſo & aceto dyſentericis datæ, miro modo ſaucia inteſtina componunt.

Aegin. Colocyntha Cucurbita frigidi, humidique in ſecundo abſceſſu temperamenti eſt.

SETHVS *addit.*] Pituitoſos lædit, colicoſq; affectus; ſi malos humores aſſequitur, ab iis corrumpitur & malum ſuccum generat. Semen genitale minuit, & Veneris appetentiam extinguit. Sanguis ex ea procreatus, conſiſtentia tenuis eſt. Thoraci, pulmoni & veſicæ prodeſt.

COLO-

COLOCYNTHIS. *Gal.* Coloquinte & Courge ſauuage. *Hiſp. & Ital.* Coloquintida. *Aduerſ. pag. 287.*



COLOCYNTHIS *pyriformis. Aduerſ. 287.*



lege dulcorauit ſin 6. pag. 288.

DIOSC. *Emittit fructum in ſpeciem mediocris pilæ conglomeratum, vehementer amarum, quem legere oportet, cum cœperit in pallidum colorem permutari. Medulla fructus purgatoriam vim habet, ſi quatuor oboli cū aqua mulſa, melle cocto, myrrha, & nitro excipiantur, & cogantur in catapotium. Areſactæ pilæ teruntur, & infuſa clyſteribus proſunt neruorum* reſolutioni, coxendicum doloribus, & coli vitijs, vt quæ bilem, pituitam & ſtrigmenta, interdum etiam cruorem eliciant. fœtus admotæ enecant. dentium dolorem tollit, ſi vna repurgetur & luto oblita cum aceto & nitro inferueſcat, hócque iure decocti dentes colluantur. ſi aqua mulſa aut paſſum in eadem incoquatur & ſub dio refrigeſcat, potu craſſum humorem & ſtrigmenta alui detrahet. ſtomacho ſupra modum aduerſatur. ſubdita ex ea balano, alui excrementa eijciuntur. Virentis ſucco vtiliſſimè iſchiadici perfricantur.*

Gal. guſtu amara eſt. Sed quæ illi amaritudinis dum potatur adſunt opera, ea euidenter efficere nequit ob purgatoriam facultatem, quam validam in ſe continet: nimirum cum ijs quæ expurgat, antè & ipſa per aluum excerni præuertens.

* Plin. Inteſtinorum omnibus vitijs clyſteribus infuſa, & renum & lumborum, & paralyſi eiecto ſemine medetur. Carnes eius cum abſinthio & ſale dentium dolorem tollunt. Succus verò cum aceto calefactus mobiles ſiſtit. Eadem Gal. & Aegin.

CVCV-

CVCVMER *Elaterij ſyl.* σίκυς ἄγριος. *Hiſp.* Cogombrillos amargos, *Ital.* Cocomero ſaluatico. *Aduerſ.* 288.
*Cucumis Aſininus Officinarum.*



DIOSC. *Inſtillatus foliorum ſuccus, aurium dolori conuenit. Illita ex polenta radix, veterem omnem tumorẽ diſcutit. impoſita cum reſina terebinthina, tubercula rumpit. iſchiadicis infunditur. podagras diſcutit, decocta ex aceto, & illita. eius decocto dentes in dolore colluuntur. arida farina impetiginem, lepras, & vitiligines abſterget, nigris cicatricibus colorem reddit. & in facie maculas expurgat. Radicis ſuccus ſeſquioboli pondere, & item cortex, acetabuli quarta parte, bilem pituitámque deijciunt, præſertim in hydropicis. deiectiones autem citra ſtomachi iniuriam mouet. radicis ſelibra, in vini præſertim Libyci hemina conteritur, dantúrque ex eo terni cyathi triduo, dum tumor abunde deprimi cernatur.*

Gal. Radicis ſuccus, vt & foliorum, licet elaterio vim ſimilẽ habeat, imbecilliorem tamen. Sed & ipſa radix adſimilem facultatem poſſidet. Abſtergit namque, digerit, atque emollit. Porro cortex ea potentius deſiccat.

ELATERIVM. *Aduerſ. pag.* 288.

DIOSC. *A bimatu ad decennium deiectionibus vtile eſt. Integer modus, obolus eſt: minimus, ſemiobolus: pueris, chalci duo. ſiquidem copioſius periculum adfert. Bilem ac pituitam vtraúis parte extrahit. optima ſuſpirioſis eſt purgatio. quod ſi in animo ſit deiectionem moliri, adiecto ſalis duplo, & ſtibij, quod colorare ſufficiat, ex aqua, erui magnitudine catapotia dato, poſtea cyathus vnus aquæ tepidæ ſorbeatur. ad citandas tamen vomitiones aqua diluens elaterium, ſubiectas linguæ partes penitiſſimè pinna oblinito. quòd ſi quiſquam difficilius euomat, oleo aut vnguento irino reſoluito. ſomnum inhibeto. porrò hi qui eximiè vacuantur, continue vinum & oleum dari conuenit. etenim vomendo reſtituuntur. quòd ſi vomitiones non finiantur, aqua frigida, polenta, poſca, poma, & quæ ſtomachum denſando corroborant, offerenda ſunt. Ciet * elaterium menſes. partus † enecat, in peſſo ſubditum. morbo regio * medetur, cum lacte naribus infuſum, diuturnis capitis doloribus liberat. efficaciſſimè anginis illinitur, cum vetere oleo, melle, aut felle taurino.* [illegible]

† *partus enecat.*] Gal. ceu alia omnia amara & ſubtiliũ partium, maximè ſi quam habeant caliditatem, veluti nimirum Elaterium. ſummè ſiquidem amarum eſt, leuiter calidum; vt ex ſecundo ſit ordine excalfacientium: Porrò tale protinus quoque digerendi vim poſſidet. Sic igitur eo angina laborantes inungunt quidam cum melle aut oleo vetere.

BATATA *Hiſpanorum, ſiue Camotes aut Amotes. Aduerſ. pag. 317.*



Foliis ſcabris & reptantibus multis Cucumeris aſinini æmulis cauliculis. Radices in taleolas diſſectæ multis Bæticæ maritimis locis hodie panguntur, vt fidus teſtis eſt C. Cluſius.



BALSAMINA *cucumerina punicea.*
MOMORDICA. *Aduerſ. pag. 289.*
*Germ.* Balſam kraut, *Gal.* Pommes de merueilles.
*Ital.* Caranzi, Viticella, & Balſamina.

Colico dolori leniẽdo, pota efficaciſſimè mederi fertur. Mordaces vellicationes & partus dolores finit. Dente demorſa, eius dolores tollit. Thoracis ſanat vlcera: Ruptis, cęſis vtiliter illinitur. Hęmorrhoidibus impoſita ſubuenit: conuulſionibus & neruorum malis auxiliatur.



ALEXANDER FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONUM ... INFANS

Doronicum minus officinarum. Aduers. pa. 299. & 280.



Doroni[illegible]



Doronici tertij varietas.



Goſſypie ſiue Xylon.



DORONICI *tertij varietas. Aduerſ. pag. 290.* *Aconitum Pardalianches Dod.*

Huius tamen ſæpius radices Ioannes de Vroede rizotomus ſine noxa vllo'ue percepto incommodo impunè deuorauit, quamuis canibus perniitioſum prodatur.

GOSSYPIVM, *ſiue Xylon. Aduerſ. 291. Hiſp.* Algodon. *δένδρον ἐριοφόρον Guillandino.*

MALVA *vulgaris procerior. Hiſp. & Ital.* Malua. *Aduerſ. pag. 292.*



MALVA *ſylueſtris repens pumila. Aduerſ. pag. 292.*



DIOSCOR. *Eſui aptior hortenſis multò quàm ſylueſtris ſtomacho noxia. Aluum bonam efficit, præſertim caules, inteſtinis* [a] *& veſicæ vtiles. Folia cruda illita, & cum modico ſale addito melle commanducata, ægylopas ſanant. Verùm in inducenda cicatrice, ea ſine ſale vtendum eſt. Contra* [b] *apum veſparumq; ictus illita prodeſt. Et ſi cruda tritaq; cum oleo antea ſe inunxerit aliquis, nō feritur. Achoras furfureſq; cum vrina illita ſanat. Sacris* [c] *ignibus & ambuſtis decocta folia tritaq; vtiliter cum oleo imponuntur. Eius decoctum* [d] *vuluas inſeſſione mollit. Prodeſt eroſianibus inteſtinorum, vuluæ ſedisq; clyſtere infuſum. Ius decoctæ cum radice ſua omnibus lethalibus venenis auxiliatur, ſi continuo à bibentibus reuomatur. Contra phalangiorum morſus remedio eſt. Lac prouocat. Semen eius admiſto loti ſylueſtris ſemine potum cum vino, veſicæ dolores lenit.* b Eod. Plin. c Eod. Plin.

Gal. Malua, agreſtis quidem, digerentis paululum & emollientis leuiter eſt facultatis: hortenſis verò, quanto plus habet aqueæ humiditatis, tanto facultate imbecillior eſt. Fructus eius tanto validior eſt, quanto & ſiccior. Gal. ſimplic. medic. lib 7.

Modicè refrigerat, & quaſi tepidum quendam calorem obtinet: facile hoc olus deorſum labitur, non tantùm quia humidum eſt, ſed etiam quia glutinoſum. Gal. 2. de alimentorum facult.

Plin. [d] Dant & ſuccum bibendum parturientibus ieiunis, in vino decocta hemina. Teneſmo & dyſentericis vtiliſſimè infunditur: item ſedis vitiis, vel ſi foueatur. Melancholicis quoque ſuccus datur cyathis ternis tepidus, & inſanientibus quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ ſucci. Hic & calculoſis, & inflatione, & torminibus, aut opiſthotonico laborantibus tepidus illinitur. Succus decoctæ neruimentus ſuaues facit.

Methodus: Veſicam, thoracem, pulmoneſque iuuat, & raucam vocem lenit ſyl. Malua. Decoctum porum lapides conterit, ſomnum conciliat, facilemque partum præſtat, ſi mulier ea crebrius vtatur. Ea quæ indurata ſunt, emollit.



MALVA criſpatis oris, vulgò Malua criſpa.

Vtranque Maluam æmulatur; ſed foliorum oræ fimbriis & plicis valdequam elegãtes: caulis aſſurgit ad quaternos, quinos, ſenos, & interdum denos cubitos, multis ramulis diuiſus, copioſis floſculis pallidis & ſemine onuſtis.

MALVA Roſea fruticoſa.
Aduerſ. pag. 293.

Flore ſimpliciore.





MALVA Roſea multiplex,
Aduerſ. pag. 293.

ADNEXA

Aʟᴛʜæᴀ. *Aduerſ. pag.* 293.
*Hiſp.* yerua Cannamera, *&* Marmaie, *&* Maluauiſco.
*Ital.* Maluauiſchio.

Aʟᴛʜæᴀ *arboreſcens C. Cluſij.*





Dɪᴏsᴄᴏʀ. *Decocta in vino aut aqua mulſa & per ſe cùm imponitur tuſa, efficax eſt contra vulnera: item ad ſtrumas, parotidas, abſceſſus, mammarum inflammationes, fracta ſedis, inflationes, neruorum rigores. ſiquidem diſcutit, & excoquit, rumpit, & ad cicatricem perducit. cocta, vt dictum eſt, adiecto ſuillo adipe, aut anſerino, terebinthináue, vt malagmatis lentor fiat, facit ad vuluæ inflammationes, præcluſioneſq́, in peſſu ſubdita. decoctum eodem fungitur munere. onera vuluæ, reliquiaſq́ à partu extrahit. decocti ſuccus ex vino potus, ſuccurrit vrinæ difficultati, calculoſorum cruditatibus, dyſentericis, iſchiadicis, tremulis, ruptis. dentium mulcet dolorem, cum*[a] *aceto decocta colluto inde ore. Viride ſemen ſiccumq́ tritum, vitiligines in ſole perunctas emendat. eodem cum oleo & aceto peruncti, à venenatis non feriuntur. valet contra*[b] *dyſenteriam & ſanguinis reiectiones, aluiq́ profluuium, in poſca aut vino decoctum bibitur, contra omnes veſparum, apum, ſimiliumq́ aculeatos ictus. Folia cum olei momento, morſibus, & igni ambuſtis illinuntur. Conſtat aquam, trita radice addita, ſub dius addenſari.*

Eade n ferè Gal. & Ægin. Eius vis diſcutit, laxat, inflammationem abigit, lenit, & phymata concoquit. Radix verò & ſemen reliqua ſanè intenſa habet; verùm exterit vitiligines abſtergitque, præcipuè autem ſemen calculos quoque confringit. [a] Exterſoria vi Gal. [b] Gal. radicis decoctum dyſenteriæ, alui profluuio & ſanguinis reiectioni vtile eſt, nempe cùm aſtringentem quandam facultatem poſſideat.

Aɴᴀᴅᴇɴᴅʀᴏᴍᴀʟᴀᴄʜᴇ Gal. Porrò huius generis eſt & ea quæ Anadendromalache nuncupatur, ſed efficaciſſima comprehenſarum in digerendo. appellatur etiam Althæa.

*Varietas.* Fruteſcit Biſmalua, hominiſque proceritatem aſſequitur. In D. Brancionis vireto amœniſſimo & ditiſſimo Hiſpano ſemine ſata. Tota facie cæteroquin cum noſtrate eadem. Althæa Cluſij.

Aʟᴛʜæᴀ *frutex Cluſij.*

Hanc ſanè eandem exiſtimo cum althæa arboreſcente deſcripta in Aduerſariis noſtris, quæ à me ſata Londini in horto Morgani pharmacopœi peritiſſimi & optimi, in arboris æmulationem aſſurrexerit.

Luteis florib. ALTHAEA.



ALTHÆA paluſtris Citiniflore. Aduerſ. pag. 294.
*Althæa hortenſis Dod. Sida Theoph. tamen propter hæc paluſtris planta.*

Sida enim Theophraſto capita papaueris fert & lacuſtris eſt planta.

*Luteis floribus* ALTHÆA, *an Theoph.* IBISCVS, *& Auicennæ* ABVTILON?
*Aduerſ. pag. 294. & 295.*

*Vulgaris* ALCEA. *Aduerſ. pag. 295.*



Alcea ſoliſe-qua.



DIOSCOR. *Alceæ radices in vino aut aqua potæ, longis mit. dyſentericis, ruptuíq; medentur.*

*Fruticoſior* ALCEA. *Aduerſ. pag. 295.*
*Cannabis ſyl. Dioſc. Matthio.*

ALCEA *peregrina ſoliſequa. Aduerſ. pag. 298.*
*Alcea Veneta Trago, & Veſicaria Dod.*
*Perperam Hypecoum Matth.*

SABDARIFFA



SABDARIFFA.

Huc ſpectat peregrina & noua planta, quam quidam Sabdariffam vocāt. In cultiſſimo & ſtirpiū ditiſſimo vireto D. Ioannis Brancionis, flores Sidę, Alceæ peregrinę ferè concolores & ſimiles, ex luteo cinereo obſoletos; ſed maiores, cauli ſingulari, alis donato, quinos & ſenos cubitos alto, inſidentes, atro ſanguineo medium cingente, protulit. Eius item folia Maluam adultam propiùs æmulantur, ſapore prorſus Oxalidis. Caulis hominis proceritatem adipiſcitur.

GERANIVM *Robertianum. Aduerſ. pag. 296. Herba Roberti. Ger.* Rubrechts kraut/Schartenkraut. *Belgicè,* Roberts cruyt. *Anglicè,* Herb Robert.

Lagiuuillen.



*Tertia Robertiani Geranij varietas eſt Syderitis Achillea Dioſc. Panax Heracleum Anguil. Belg.* Bloet wortele. *& Geranium Hæmatodes. Angl.* Pinck nedle, *&* neide. *Gal.* bec de Grue. *Luſit. & Hiſp.* Pico de Gru.

DIOSCOR. *Syderitin aliam eſſe tradunt, quam Cratenas Heracleam vocat, in maceriis & vineis naſcentem, foliis Coriani, à radice numeroſis: dodrantalibus cauliculis, lenibus, teneris, in rubore candicantibus: flore purpureo, paruo, guſtatu amaro & lento. Eximiæ eſt vis, vt quamuis recenti vulneri impoſita, ſanguinem ſuppriment.*

MYRRHIDA

DEI GRA REX ARA... ALEXANDER PP VI ... FERDINANDVS



MYRRHIDA *Plin. Aduerſ. pag.* 296.
*Roſtrum Ciconiæ ſeu acus Moſchata.*

PES COLVMBINVS, *ſeu Dioſc. alterum* GERANIVM. *Aduerſ. pag.* 296.
*Belg.* Duyuenvoet. *Germ.* Taubenfuß.
*Gal.* Pied de pigeon.



Nephriticis, & vulnere ſauciatis medetur, vrinas mouet potum & impoſitum.

Geranium Batrachioides.



GERANIVM BATRACHIOIDES, *ſiue Gratia Dei. Aduerſ. pag.* 296. 297. *Germ. & Belg.* Gottes genade, *&* blau Botterbloemken. *i. Batrachium cæruleum.*

GERANIVM BATRACHIOIDES *alterum longius radicatum.*

Alterum verò Geranium Batrachioidi, cognatum prolixiore ſerpit, flexibus variis in obliquũ & ceſpite ſummo ſparſa radice, ruffeſcente, ſubtus fibrata, geniculata & odorata, digitum paruum craſſitie æquante. Folia Saniculæ rotundiora aut Geranij Batrachioidis, albida, nonnihil incana: pediculi, & floſculi purpureouiolacei alterius minores. Angliæ & Belgij hortis inquilina.

GERANIVM

Geranium *fuſcum flore liuido purpurante, & medio candicante.*



Geranium bulboſum *Diſc. primum. Aduerſ. pag. 297.*



lege folio multipartito.

lege lin. 20. obuium. hortis Belgicis inquilinum.

Saniculam item & Geranium longius radicatum vultu æmulatur, ſed folia maiora maculis fuſcis pulliſue nonnullis nigricantia. Ineunte æſtate valdequam eleganti flore phæo liuidoue purpurante, medio candicante, reflexo. Cauliculis pedalibus aliquammultis exilibus alis donatis fruticat, & propagines fundit è radice oblonga. Hoc primũ vidimus & habuimus Mechliniæ beneuolentia Georgij Rije; ac deinde Lieræ & alijs locis in vrceis penſilibusq, hortis nobis repertum.

Geranium *Creticum annuum.*

Folio rubẽte Geranij & flore cæruleo luculentæ magnitudinis, ſemine reperto inter Dictamni Cretici faſciculos Ioanni Murono perbono & docto pharmacopœo ortum.

*Radice reptrice* Geranium *alterum.*

Folia altius laciniata, circinatæ rotunditatis: radix repens rediuiua multos annos perſtans: flos ſingulus in ſingulis dodrantalibus petiolis. Hortenſe eſt apud Belgas.

Geranium bulboſum.

Diosc. *Radix drachmæ pondere in vino pota vuluæ inflationes diſcutit.* Ægin. eadem. & Plin.

Plinio, bibitur contra phthiſim drachma in vini cyathis tribus, bis die. Succus radicis auribus medetur. Opiſthonicis ſemen drachmis quatuor cum pipere & Myrrha potum.

Bb Gera-

ALEXANDER · ARAGONIVM · DEI GRA · FERDINANDVS

GERANIVM pentaphyllon. Aduerſ. 277.



SANICVLA, vel Diapenſia.



ALCHIMILLA, Drolium Cordi.



Alpina ELLEBORINE Saniculæ & Ellebori nigri facie. Aduerſ. 256.



SANICVLA, & DIAPENSIA. *Aduerſ. 297.*

Internis & externis vulneribus, ſanguinis eruptionibus, vlceribus, dyſenterijs, ruptis & vulſis auxiliatur, decocta pota & impoſita.

ALCHIMILLA, *Droſium Cordi. Aduerſ. 298.*

Chirurgi hanc vſurpant ad enterocelas, vulnera interna & externa ferruminanda. Admodum ſicca & adſtringens: ideò commendatur ad menſtrua alba, & matricis pituitoſos fluores, vterum adeò irrigantes, vt à concubitu ſemen fœtus ſpes elabatur; conceptus præpediatur & præcludatur.

Mammas impoſita contrahendo duriores & ſolidiores reddit Matth. & Dod.

RANVNCVLVS *pratenſis, etiámq; hortenſis reptante cauliculo.* Germ Smaltzblum. Belg. Hanenboet & Boterblummen. *Hiſp.* Yerua belida. *Ital.* Pie coruino. *Herba Scelerata Apuleij. Aduerſ. 298.*



*Surrectis cauliculis pratenſis* RANVNCVLVS. *hortenſis ſecundus Dodonæo. Aduerſ. pag. 298.*



Varietas.

DIOSC. *Folia, flores & cauliculi recentes, illitu exulcerant, & cruſtas non ſine dolore gignunt: quare vngues ſcabros extricant, ſcabiem eximunt, ſtigmata delent, formicantes verrucas, & penſiles, alopeciáſque paulisper illita, tollunt. tepente decocto perniones fouentur. ſicca radix, trita, ſternutamenta ciet, dentibus admota dentium dolorem appenſa leuat, ipſos tamen frangit.*

Eadem Plin. & Gal. omnes vehementer acrem facultatem poſſident.

*paulisper illita.* ] Gal. Nam ſi diutius inhæreant, non excoriatur ſolùm cutis, ſed & in cruſtam vritur.

Gal. vehementer exiccando frangit.

*Pratenſis* RANVNCVLI *varietas.*
*Aduerſ. pag. 298.*
*Tertius ſyl. Dod. echinatus. Hortenſis ſimplex Fuchſ.*



*Ranunculus.* POLYANTHEMOS, *multiflorus ſiue holeraceus hortenſis primus Fuchſ. Germ.* Gefüllter Hanenfuß. *Belg.* Rupertts clauwen. *i. pes ſiue vnguis Leopardi. Sylueſtris 2°. Dod. Aduerſ. 299.*





BVLBOSVS RANVNCVLVS. *Aduerſ. pag. 299.* deme *hirſuto, muricato ſemine. Germ.* Clepner Hanenfuß. *Ranunculus tuberoſus Dod.*
*Batrachium Apuleij.*

Multiplici floris ſtatura hic paruus Ranunculus in hortis variat.

APVL. Ad lunaticos, qui curſum Lunæ patiuntur.

Herba Battachion ſi lunatico in ceruice ligetur lino rubro luna decreſcẽte, cũm erit ſignum tauri vel Scorpionis parte prima, mox ſanabitur.

Ad nigras cicatrices: herbam Battachion Tuſam cum ſua radice mixto aceto impones his qui habent cicatrices nigras: exedit eas, & ſimilẽ corpori reliquo reddit colorem.

RANVN-

RANVNCVLVS *niueus polyanthos.*



RANVNCVLVS *albus flore ſimplici.*



*Varietas.*

Pulcherrima exoticæ elegantiæ planta, quæ flores lætos multiplici fætu & prouentu Lieræ Belgarum Maio menſe dat in hortorum delitijs ſummi admiratoris & humanitatis ſummæ clariſſimi viri D. Iohannis vander Dilf. folia & ortus Ranunculi albi aconiti facie.

RANVNCVLVS *albus alter.*

Ibidem loci albi peramæni, ſed ſimplicis floris, Ranunculi albi *aconiti facie duplo maioris, & folijs minus altè diuiſis, ex ſemine Burgundo.

*Varietas.*
*Siue Aconiti batrachoidis.

RANVNCVLVS *minimus albus.*

Folijs & quàm Tormentillæ minoribus; flos albus, ſed rarior, qui ſatione in luteum mutatus eſt D. Diliſio.



RANVNCVLVS PALVSTRIS *rotundiore folio.*
*Ranunculus aquaticus Fuchſ. ſiue Apium riſus. Germ.*
Waſſer hanenfuſz. *Aduerſ. pag. 299.*
*Apium aquaticum & Ranunculus aquaticus Tragi.*
*Ranunculus Syluestris primus Dod.*

APVL. Si quis homo eam guſtauerit, ridendo exanimatur. eſt enim cauſtica. Ad vlcera chironia: herbam Sceleratam tuſam cum axungia ſine ſale impones vulneri, excomedet putredinem, & ſi qua fuerit ſordes, expurgat: ſed non diutius patiaris quàm neceſſe eſt, ne & corpus ſanum exedat. Si argumentum rei experiri volueris, tunde eam, & ſuper manum ſanam impone & alligato, ſtatim rodit corpus. Ad ſtrumas & furunculos & apoſtemata, vt ſine ferro aperiantur: Herbam Sceleratam tuſam & ſubactam cum fimo porcino impone ſtrumis, furunculis & apoſtematibus, intra paucas horas diſcutit, & pus eijcit.

RANVNCVLVS *aquatilis anguſtifolius ſerratus.*

Flammeus RANVNCVLVS aquaticus anguſtifolius. Flammula vulg. Frig. Egelkoolm. 1. carbo. Aduerſ. 199.*





*Varietas. ] Viſitur hic nonnunquam ijſdem natalijs Sarmulis, folijs ſerratis.

*Pumilus* RANVNCVLVS *folijs gramineis.*
*-lege, Narbonenſis Galliæ pratenſibus, quatuor à Monſpelio leucis,*
*ne quis cum D. Dodonæo vrbem Narbonam putet.*

RANVNCVLVS *Illyricus.*

RANVNCVLVS *Sanguineus multiplex.*
*Conſtantinopolitanus D. van Eekenbeken*
*apud Cluſium.*





Præter iam recenſita Ranunculi genera, exotici duo Belgij nuper inquilini facti ſunt; quorum alter ex Illyria delatus, ex vno apice quaſi nodulo Corrudæ æmulatione, quamplurimas aceruatim cõgeſtas, tanquam cirros, tuberantes Chelidonij minoris ferè pares, ſed oblongiores habet radices; è quibus rotundi dodrantales pedales & ſeſquipedales cauliculi, & folia oblongiora altè minutim fiſſa, nõnullo tomento incana, exeunt. Flores luteo pallentes, Ranunculi pratenſis & ſemen racemoſum, exile.

RANVNCVLVS *Sanguineus multiplex.*

Meritò hanc Ranunculum dixere; tantopere namque cum Ranunculis quadrat, vt illis propior ſit, quàm Anemones ſpeciebus: cuius ſanè elegantia captus illuſtris vir Carolus Rym, D. van Eekenbeken eius effigiem affabrè expreſſam Conſtantinopoli rediēs ſecum detulit, quam amicis & Carolo Cluſio communicauit, qui eam pro ſolito candore omnibus rei herbariæ ſtudioſis icone, & his ferè verbis exhibuit. Caulis pedalis in duos aut plures ramulos diuiſus, quorum extremitatibus inſidēt flores peramœni, pulcherrimo cocci colore nitentes, multiplicibus foliolis aſpectu iucundiſſimis: folia circa radicem quina aut ſena dilutè viridantia, paluſtris & echinati Ranunculorum media: quæ verò per caulem ſunt, minora, nec adeò inciſa, nec admodum frequentia: Multæ illi radices ſimul congeſtæ, Luſitanici Ranunculi radicibus perſimiles, flaueſcentes.

RANVN-



RANVNCVLVS PALVSTRIS *rotundiore folio.*
*Ranunculus aquaticus Fuchſ. ſiue Apium riſus.* Germ. Waſſer hanenfuſz. *Aduerſ. pag. 299.*
*Apium aquaticum & Ranunculus aquaticus Tragi.*
*Ranunculus Syluestris primus Dod.*

APVL. Si quis homo eam guſtauerit, ridendo exanimatur. eſt enim cauſtica. Ad vlcera chironia: herbam Sceleratam tuſam cum axungia ſine ſale impones vulneri, excomedet putredinem, & ſi qua fuerit ſordes, expurgat: ſed non diutius patiaris quàm neceſſe eſt, ne & corpus ſanum exedat. Si argumentum rei experiri volueris, tunde eam, & ſuper manum ſanam impone & alligato, ſtatim rodit corpus. Ad ſtrumas & furunculos & apoſtemata, vt ſine ferro aperiantur: Herbam Sceleratam tuſam & ſubactam cum fimo porcino impone ſtrumis, furunculis & apoſtematibus, intra paucas horas diſcutit, & pus eijcit.

RANVNCVLVS *aquatilis anguſtifolius ſerratus.*

1.

Flammeus RANVNCVLVS aquaticus anguſtifolius. Flammula vulgi. Belg. Egelkoolen. 1. carbus. Aduerſ. 299.*





* *Varietas.*] Viſitur hic nonnunquam iiſdem na-talitijs & caulis, folijs ferratis.

Bulboſ

*Pumilus* RANVNCVLVS *folijs gramineis.*
*-lege, Narbonenſis Galliæ pratenſibus, quatuor à Monſpelio leucis, ne quis cum D. Dodonæo vrbem Narbonam putet.*

RANVNCVLVS *Illyricum.*



RANVNCVLVS *Sanguineus multiplex. Conſtantinopolitanus D. van Eekenbeken apud Cluſium.*



Præter iam recenſita Ranunculi genera, exotici duo Belgij nuper inquilini facti ſunt; quorum alter ex Illyria delatus, ex vno apice quaſi nodulo Corrudæ æmulatione, quamplurimas aceruatim cõgeſtas, tanquam cirros, tuberantes Chelidonij minoris ferè pares, ſed oblongiores habet radices; è quibus rotundi dodrantales pedales & ſeſquipedales cauliculi, & folia oblongiora altè minutim fiſſa, nõnullo tomento incana, exeunt. Flores luteo pallentes, Ranunculi pratenſis & ſemen racemoſum, exile.

RANVNCVLVS *Sanguineus multiplex.*

Meritò hanc Ranunculum dixere; tantopere namque cum Ranunculis quadrat, vt illis propior ſit, quàm Anemones ſpeciebus: cuius ſanè elegantia captus illuſtris vir Carolus Rym. D. van Eekenbeken eius effigiem affabrè expreſſam Conſtantinopoli rediẽs ſecum detulit, quam amicis & Carolo Cluſio communicauit, qui eam pro ſolito candore omnibus rei herbariæ ſtudioſis icone, & his ferè verbis exhibuit. Caulis pedalis in duos aut plures ramulos diuiſus, quorum extremitatibus inſidẽt flores peramœni, pulcherrimo cocci colore nitentes, multiplicibus foliolis aſpectu iucundiſſimis: folia circa radicem quina aut ſena dilutè viridantia, paluſtris & echinati Ranunculorum media: quæ verò per caulem ſunt, minora, nec adeò inciſa, nec admodum frequentia. Multæ illi radices ſimul congeſtæ, Luſitanici Ranunculi radicibus perſimiles, flaueſcentes.

RANVN-

RANVNCVLVS LVSITANICVS, * *autumnalis Cluſij.*

*Nemoroſus* RANVNCVLVS. *Adverſ. pag. 300.*
*Ranunculus quartus Fuchſ. lacteus & luteus.*
*Anemones quinta & ſexta ſpecies Dod.*
*Candidus ranunculus Cordi & Tragi.*

Folia ſunt rotundiora, & flores grãdiores quam pictura.





* Nihil habet cum Ranunculis commune, præter ſemina racemoſa, & flores luteos in palmaribus pediculis. Folia rotundiora, rigida, rugoſa, neruoſa, ambitu crenata, Bugulæ latiora. Radix Illyrici ranunculi, magiſq; protuberans. Ipſa bruma floret Mechliniæ in horto clariſſimi viri D. Ioannis Brãcionis & D. Ioannis vander Dilf. Guſtanti acris vt Ranũculi genera: Olyſſippone inter olivueta frequẽs, & pleriſque Bæticæ locis, Cluſio teſte.

*Nemoroſus* RANVNCVLVS.

Hanc duplis floribus nonnunquam in Belgio meminimus.

*Minimus* RANVNCVLVS *Septentrionalium. Muſcatella Cordi.*
*Adverſ. pag. 300.*

RANVNCVLVS *Montanus Alpinus glomeratus.*

Oſtenſis vallis, Mindinenſium, Auetniæ, Germaniæ, & Heluetiorum montium amans & ſectatrix hæc Ranunculi aconiti facie ſpecies, cuius folia fiſſa peramplis multiſque diuiſuris, Ranunculi polyanthemi aut Aconiti batrachoidis, rotundiora viridantiaq; luculento flore luteo Calthæ paluſtris Watter blemen vulgò nuncupatæ, ſed in orbem glomerato, minimè expanſo aut reſerato. Radix multum fibratæ, qualis pratenſis Ranunculi, aut Batrachoidis aconiti.

RANVN-

RANVNCV-LVS Monta-nus, Alpinus Pomeranus. Ger. Smalz blomen.



ACONITVM Hyemale Belgarum. Ranunculus monophyl-los, & Ane-mone Bono-nienſis.



ANTHORA. Adverſ. 301.



ACONITVM luteum Pō-ticum.



ACONITVM *hyemale Belg. &c.* *lege* BVLBOSA VNIFOLIA BATRACHIOIDES,
*Elleboraceis plantula. Aduerſ. pag.* 300.
*Aconitum luteum minus Theoph. & Dod.*

Radicis bulbillus initio quantus Fumariæ Plinianæ. Adultus & valde vetus, tuberculis eminet, & veluti geniculis obliquis accreſcit, pluribuſq; folijs donatur, vt ſcitè animaduertit Dod. qui pernecabile virus aſſerit.

ANTHORA.

Aduerſus morbos contagioſos & febres vtuntur Veneti, qui Zedoariã & Moſis Napellum fecerunt.

*Aconitum* ΛΥΚΟΚΤΟΝΟΝ. ACONITVM *luteum Ponticum lupicida. Germ.* Wolfswurtz.
*Gall.* Tue Loup. *Hiſp.* Mata Louo. *Aduerſ.* 301.

DIOSC. *Radice ad luporum venationes vtuntur. Inſerta carnibus crudis, & à lupis deuorata eos enecans.*

*Aconitum* LYCOCTONVM *flore Delphinij.*



LYCOCTONVM *Cæruleum paruum, facie Napelli.*



Ob floris differentiam, Lycoctonum flore Delphinij diſcernſit nuperi; cui radices ternæ, quaternæue Antithoræ, quaſi nodulo aptæ in fibras deſinentes. Caulis binûm, interdum ternûm cubitorũ. Folia altè & minutim diuiſa Anthoræ vel Napelli, ſed minora. Semine & ſiliquis non diuerſis.

LYCOCTONVM *cæruleum paruum.*

In Belgij hortis etiam hoc Aconiti genus aſpectu iucundum, caule, folio & flore Napello proximũ. Sed radix bulboſa coni effigie, è cuius media baſi cirri multi & fibræ tortiles exeruntur. Flos ſingularis in petiolis cærula purpura nitet. Caulis pedalis & ſeſquipedalis alis diuiſus. Floret Auguſto & Septẽbri menſibus.

ACONITVM *minimum.*

Alterius huius ſpeciei flos item cæruleus, cauliculi ſpithamei: Semen & folia Aconiti lutei, omnia tamen longè minora. Radix non abſimilis Aconito proximè deſcripto fibrillis donata. Toxica vis omnibus eadem, æſtate floret.

ACONITVM *autumnale facie Napelli.*

Toto vultu & paruitate Napellum refert; Auguſto & Septembri floret. Radix illi Napelli. Belgis hortenſe eſt.



ALEXANDER PP VI ... FERDINANDVS

[illegible] [illegible] Germ. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Ital. [illegible] [illegible]





**Hellebo-rastrum.** Bel. Dizz-trunt. Adverſ. 303. Veratrum alterum nigrum. Dod.

Helleboraster *maximum flore & ſemine pragnans. Seſamoides magnum Cordi, & Conſiligo Ruellij. Ang. etiam* Berefuote.





HELLEBORVS *niger*. Ital. Elleboro nero. Hiſp. Verdegambre nero, & yerua de valleſteros. *Aduerſ. pag.* 304. *Napellus Auicen. Guilland.*

ASTRANTIA *nigra. Aduerſ. pag.* 304. *Elleborus niger Dioſc. Dod. Sanicula fœmina Fuchſ.*





[illegible] Sanicula [illegible] alba, [illegible] purgatrice.

DIOSC. *Veratrum nigrum purgat ventrem, detrahit bilem pituitasq́; datum per ſe, aut cum ſcammonia, & tribus obolis, ſiue drachma ſalis. decoquitur cum lente & iuſculis, quæ purgationis cauſa ſumptitantur. prodeſt morbis comitialibus, melancholicis, inſanientibus, articularijs doloribus, & reſolutis. menſes inditum trahit. partus necat. purgat fiſtulas impoſitum, & tertio die detractum. item contra grauitatem auditus in aurem demittitur, ibique in alterum aut etiam tertium diem eſſe ſinitur. ſcabiem ſanat illitum cum thure, aut cera, & pice, & cedrino oleo. vitiliginibus, lepris, impetiginibus, ex aceto medetur. dentium dolorem † collutione mitigat. erodentibus medicamentis commiſcetur. hydropicorum ventri vtiliſſimè imponitur factum ex eo, farina hordeacea, & vino, cataplaſma. conſitum proximè radices vitium, vinum purgandi facultate donat. Huius reſperſu domos expiari arbitrantur.*

Gal. Helleborus vterq; tum albus, tum niger, extergentis eſt, & excalfacientis facultatis. Quamobrem ad alphos, lichenas, pſoras lepraſque accommodi ſunt. Quinetiam niger, ſi in fiſtulam callo induratam infundatur duobus tribuſue diebus, callum detrahit. † dentibus prodeſt cum aceto colluentibus. Sunto autem in tertio ordine excalefacientium & deſiccantium. Porro niger guſtu calidior eſt, candidus amarior.

*Veratri nigri extractum Chimycum.*

G. Andern. Cortices corticum Veratri nigri medulla exempta, in aqua Aniſi amoto oleo per horas viginti quatuor macerantur, bulliri ſinuntur, dum aqua ferè conſumatur. Poſtea validè exprimuntur, coëunturque: ac tandem illis cum ſyrupo roſaceo ſolutiuo ad ſpiſſitudinem quanta ſufficit, incoctis, liquor

vaſe

vaſe vitreo reponitur ad vſum. Ex hoc ſcrupulus vel 5. dimidio datur ad humorē melancholicum expurgandum, morboſque inde ortos emoliendos. Valde commendatur Veratri nigri ex aqua Aniſi maceratio; dum Aniſi ſemen ex aqua cinamomi ſtillatitia prius macerant: deinde ſuper cortices radicum Veratri nigri purgatos inciſoſque fundunt; & in vaſe vitreo imbui ſinunt, donec vis omnis extracta videatur: poſtea aqua effuſa cortices ſub prælo validiſſimè exprimunt: & ſuccum expreſſum ampullæ imponunt, operculoque applicato, aquam extillant, dum ille ad iuſtam craſſitudinē peruenerit.

ASTRANTIA *nigra*.

Ellebori nigri facultates Aſtrantiæ nigræ tribuit Dod. additq; Germanos medicos eius radice felici ſucceſſu curaſſe melancholicos.

CHRISTOPHORIANA. *Aduerſ. pag. 304. an Actea Plin.?*

PÆONIA *fœmina. Germ.* Peonie blumen, Kunigblum, *Belg.* Pionien oft mansbloemen. *Gal.* Pevoiine, pioine. *Angl.* Peonye. *Hiſp.* Peonia, Roſa del mōte & Roſa albardeira. *Aduerſ. pag. 305.* *





* DIOSC. *Fœminis à partu non purgatis ſicca radix datur. ciet* [a] *menſes nucis* * *græcæ magnitudine pota. ſic ventris doloribus cum vino auxiliatur. Valet contra regium morbum, &* † *renum, ac veſicæ dolores. decocta in* [b] *vino aluum ſiſtit. Rubra grana rubentes menſes ſiſtunt decem vel duodecim pota in vino auſtero & nigro. ſtomachicis & eroſionibus ea eſſe prodeſt. à pueris pota, initia calculorū eximunt. Grana nigra auxiliantur ſuppreſſionibus* † *nocturnis, vuluæ ſtrangulationibus, & matricis doloribus, quindecim numero pota, in aqua mulſa, aut vino.* — a eadem Gal. b auſtero Gal. † Gal. etiam iecur obſtructione [illegible] hepaticas [illegible]

* Gal. radicem habet leuiter adſtringentem cum quadam dulcedine: ac ſi pluſculum dentibus mādas, acrimoniam item quampiam ſubamaram ſubeſſe percipies. proinde menſes ciet ex melicrato.

*Regium morbum & renum.*] Gal. Sed hæc efficere nata eſt, qua acris & ſubamara eſt; qua verò quidpiam etiam adſtrictorium obtinet, fluxiones ventris ſiſtit.

Gal. Eſt porro omnino & reſiccatoria: ea propter haud deſperauerim eam ex collo pueris ſuſpenſam meritò comitialem morbum ſanare. Equidem vidi puellum quandoque octo totis mẽſibus morbo comitiali liberum, ac poſtea forte fortuna, quum quod a collo ſuſpenſum erat decidiſſet, protinus denuo conuulſione correptum, rurſuſque ſuſpenſo in locum illius alio, inculpatè poſtea egiſſe.

Porro viſum eſt mihi ſatius eſſe rurſum id collo detrahere, certioris experientię gratia. Id cùm feciſſem, ac puer iterum eſſet conuulſus; magnam recentis radicis partem ex collo eius ſuſpendimus, ac deinceps prorſum ſanus effectus eſt puer, nec poſtea conuulſus eſt. Rationabile itaque erat aut partes quaſpiam à radice defluentes, ac deinde per inſpirationem attractas, affectos ita locos curare, aut aërem à radice aſſiduè mutari & alterari. Nam hoc pacto ſuccus Cyrenaicus columellam phlegmone affectam iuuat, & melanthium frictum palam catarrhos & coryzas deſiccat, ſi quis id in calidum linteum rarum liget, aſſidueq; calorem ex eo per inſpirationem in nares attrahat. At nunc Pæoniæ cognoſcendum temperamentum eſt, tum exſiccatorium, tum ſubtilium eſſe partium; haud tamen inſigniter calidum, ſed aut ſymmetrum, aut pauxillo calidius.

*Melanthiū deſiccat catarrhos.*

Plin. eadem ferè quæ Dioſc.

*Varietas*. Albo flore diuerſam ex Germania ſuperiore nactus eſt D. Brancion.

PÆONIA *mas.*
*Aduerſ. 305.*



PAEONIA *promiſcua ſeu neutra. 305.*
*Pæonia Fœmina prior Dod.*



PAEONIA



## PAEONIA fœmina Polyanthos.

Belgij hortis ſpecioſo florũ incremento, qui duplicatione & fœtura, vti papauera, maximum Althææ hortenſis florem æquant, & interdum longè ſuperant.

## LEONTOPETALON.

Aduerſ. pag. 305.



Alabaſtrites altera.



DIOSC. *Radix auxiliatur ſerpentium ictibus, ex vino pota. nec alia res cæterum dolorẽ ſinit. miſcetur iſchiadicorum clyſteribus.*

Gal. Radix digerendi facultatem & exiccandi calfaciendiq; in tertio ordine poſſidet.

## ALABASTRITES *altera. Dentaria altera herbariorum. Coralloides alicui Cordi.*

Nobis hæc hortenſis eſt; à ſuperiore foliorum ſitu & poſitu duntaxat diuerſa, cæteroquin nõ abſimilis. Folia Valerianæ ſylueſtris pennato digeſta: flos albus: radices & ſiliquæ non diſpares.

DEN-

ALEXANDER ... FERDINANDVS

DENTARIA *puſilla*. ENZAPHYLLON.

Accerſendas etiam Dentarijs has duas exoticas à C. Cluſio Vienna Auſtriæ miſſas, facies ortuſque ſuadent. Vni autem folia tripartita & radix alabaſtriti priori quadam tenus affinia, ſed longè minora.

DENTARIA *Bulbifera*.

Alteræ verò folia atrouirentia Valerianæ ſylueſtris poſitu & æmulatione parilitate alterius. è radicis ceruice bulbos pullos nitidos emittit. Flores nondum vidimus. Lieræ Brabantorum ſtudioſè alitur in vrceis à C. V. Dilſio.

*Ieys* Caſtaneç equinæ.



RICINVS. *Gallis Palma Chriſti. Hiſp.* Figuera di l'inferno. *Ger.* Wunderbaum *&* zeckenkorn. Orenbaum. *Belg.* Molencruyt *&* wonderboom. *Ital.* Giraſole. *Ang.* Palma Chriſti. *Aduerſ. pag.* 306.

DIOSC. *Grana triginta numero purgata, trita potu pituitas, bilem, aquámq; per aluum extrahunt. vomitiones mouent. ſed iniucunda admodum eſt, & moleſta purgatio. ſiquidem ſtomachum vehementer ſubuertit. Tuſa & impoſita, vitia cutis in facie, varôſq; expurgat. Folia cum polenta trita, inflammationes oculorum, tumoreſq; leniunt. rigentes mammas cohibent. eadem ex aceto illita, ignes ſacros reſtinguunt.*

Grana ſaccharo condiuntur eludendis domicellis.

Gal. Semen Ricini, quod etiam purgat, extergendi & digerendi facultatem obtinet. Sic verò & folium; ſed vndequaque debilius. Oleum quod ex ſemine conficitur, tum calidius, tum tenuiorum partium, quàm eſt oleum commune, ac proinde quoque digerit.

RICINVS AMERICVS, *Curcas*.



A doctiſſimo C. Cluſio deſcripti Ricini grana dono accepi anno elapſo Londini à pharmacopœo doctiſſimo Ioffroy Gallo; qui è Braſilijs aduectũ aſſerebat. Pericarpio aut techa triquetra clauditur, cortice nigro ſtriato cucullo Indiano ferè pari, medulloſo intus nucleo, violenter infernè & ſupernè purgante, vel vnico aſſumpto nucleo. Curcas vocari teſtis eſt Cluſius, qui ſe vidiſſe in Hiſpania ad fretum Herculeum huius Ricini plãtas humanæ craſſitudinis & trium hominũ proceritatis, refert.

STIRPIV-



STAPHIS AGRIA. *Hiſp.* yerua piocenta & piolheyra. *Ang.* Staues acre.
*Aduerſ. 300.*

DIOSC. *Grana quindecim ſi trita in aqua mulſa dederit, craſſa per vomitum purgant. Sed qui biberint, ambulare debent. Quinetiam aſſiduè attendere oportet, & aquam mulſam porrò dare, quòd ſtrangulationis pericula inferant, & fauces deurant. Trita eadẽ, & ex oleo inuncta, pediculationi, prurigini & ſcabiei auxiliatur. Plurimam ex pituitam commanducata. Decocta in aceto, dentium dolori, ſi eo colluantur, ſubuenit. Gingiuarum rheumatiſmum ſiſtit. Vlcera oris, aphthas nominant, cum melle ſanat. Miſcetur præterea vrentibus malagmatis.* Eadem ferè Plin.

Gal. Vehementer acré obtinet facultatem, adeo vt ex capite purget pituitam, abſtergatque valenter. Itaque ad ſcabiem accommodata eſt. Sed & vrendi vim aliquam habet.

*Pediculationi.*] Plin. Hæc quidem in aceto decocta, etiam veſtes eo tædio liberat.



QVINQVEFOLIVM *ſiue Pentaphyllum vulgare. Germ.* Funffingerkraut & Funffblat *Belg.* Vijfvingerkruyt *Gal.* Quintefueille. *Hiſp.* Cinco en rama. *Ital.* Cinquefoglio. *Angl.* Cinkfoly or fyue fingere graſſe. *Aduerſ. pag. 306.*



Qvin-

QVINQVEFOLIVM. *Pentaphyllum.*

DIOSC. *Plurimis pollet remediis. eius radicis decoctu ad tertias, ſi in ore continetur, dentium dolores ſedat. putrida oris vlcera, colluitione ſiſtit. arteriæ ſcabritias, gargarizatu leuigat. contra alui profluuia, & [a]dyſenterias auxiliatur. item articulorum[b] coxendicumq; cruciatibus potum. Cocta in aceto, & illita ſerpentia[c] vlcera cohibet. ſtrumas, tumores, duritias, abſceſſus, & collectiones diſcutit. ignes ſacros, redunias, condylomata, pſoraſq; ſanat. Teneræ radicis ſuccus contra iocineris, pulmonumq; vitia prodeſt. item aduerſum venena. Cum hydromelite autem, vel diluto vino, & piperis exiguo, bibuntur folia, contra febrium circuitus, in quartana quidem, quaternûm ramulorum: in tertiana verò, ternûm: in quotidiana, vnius. ea quoque folia, tricenis pota diebus,[d] comitialibus proſunt. foliorum ſuccus, tribus cyathis aliquot dies potus, celerrime regio[e] morbo medetur. illita cum melle & ſale, tam vulneribus quam fiſtulis remedio ſunt. enterocelicis auxilium præſtant. Quinquefolium ſanguinis profluuia & potu & illitu ſiſtit. ad expiationes, luſtrationeſue, ſanguinis profluuia & caſtimonias inciditur.*

[a] decoctis in lacte radicibus & potis ad dyſentericos deploratos Quinquefolium laudant.
[b] eadem Plin. [c] fiſtulis quæ omni parte ſerpunt Plin. [d] eadem Plin. [e] Plin. Decoctũ ad tertias in vino ictericis dari atque illini vtiliſſimum eſt.

Gal. radix deſiccat vehementer, minimum verò acris eſt, quare in multo eſt vſu, velut alia quoq; omnia, quæ cùm ſint tenuium partium, citra morſum deſiccant. Eſt enim deſiccatoria ex tertio quodammodo ordine, minimum habens euidentis caliditatis.

APVL. Ad vitia artuum ſi percuſſi fuerint: herba Quinquefoliũ tuſa cum axungia vetere ſine ſale & impoſita ſanabit. Ad ventris dolorem: Quinquefolij ſuccum dabis bibere cochlearia duo, ſine mora dolorem tollit. Ad cancrum exiccandum: herbam Quinque folium cum vino & cum adipe ſuilla vetere ſine ſale piſatam de ligno in lignum vino ſanè veteri aſperges, & ſic impones, rem vnicam experieris. herba Quinquefolium trita & cum oleo mixta pedes perunges, tertio die tollit pedũ dolorem. Articulos expurgat vt Hermodactylus.

PENTAPHYLLVM *petræum Mutoni.*

Minus longè eſt vulgato Pentaphyllo; flos luteolus, & folia auerſa parte albida. Cautibus Tornaco proximis frequens & lubens oritur.

PENTAPHYLLVM *ſupinum Tormentillæ facie.*



EVPATORIVM *Græcorum. Agrimonia officinarum.*
*Aduerſ. pag. 308.*



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS ... ARA RE...

PENTAPHYLLVM ſupinum.

Pentaphylleo generi facie cognatum eſt: medium enim eſt inter Tormentillam Pentaphyllon & Potentillam, quod primum naſtus ſum in horto cultiſſimo Coldenbergij noſtri. Floſculos luteo pallentes, ſumma folia, caducos coliculos, & radicem Pentaphylli habet, ſed folia ima atro-uirentia in lõgo pediculo aptãtur Argentinæ ſiue Potentillæ æmulatione: fructus autẽ Fragariæ ſterilis ſimilimus.

EVPATORIVM Græcorum.

DIOSC. *Contrita huius folia, & cum veteri ſuilli adipe impoſita, vlceribus difficile cicatricẽ contrahentibus medentur. Semen aut herba in vino pota, dyſentericis,* iocinoroſis, & ſerpentium morſibus auxiliatur.* *Eadem: P.

Gal. Herba ipſa tenuium partium, incidendi extergendique facultatem citra manifeſtam caliditatem obtinet. Quapropter obſtructiones iecoris expurgat. Ineſt itidem ei & adſtrictio quædam per quam robur viſceri addit.

ARGENTINA. *Aduerſ. pag. 308.*
*Anſerina Tragi.*



TORMENTILLA *an Chryſogonum Dioſc.?*
*Aduerſ. pag. 308.*



Potu & illitu alba profluuia ſiſtit. *Subdit Trag.* Herba vino decocta & pota torminibus & dorſi dolore laborantibus ſubuenit. adſtringit.

TORMENTILLA *an Chryſogonum Dioſc.?*

Quinquefolij viribus proxima. Vulneribus ferra minandis, fiſtulis, dyſentericis, febre correptis, epidemicis, & peſtiferis morbis conuenit. ius radicis & foliorum ſudores elicit, Dodonęo teſte, itaque à corde virus propellit. Pulmones & hepar infarctis liberat. Regio morbo medetur. Muliebria & ſanguinis profluuia pota & illitu ſiſtit. Ad oris vlcera decoquitur. Ex ſucco Plantaginis epota venã ſuppreſſam elicit, adſtrictione inibi relicta, & robore parti reſtituto. Vlceribus & fiſtulis quæ omni parte ſerpunt, humoris erodentis influxus cohibendo, opem fert. Sanguinem extra vaſa concretum diſcutit; conuulſis, & ex alto præcipitatis medetur.

Medicamentis articularibus Hermodactyli ritu inferebatur Rondeletio.



ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

FRAGARIA & FRAGA. *Ang.* Strawberye. *Ital.* Fragolaria & fragole. *Ger.* Erdtbeen. *Belg.* Eerdbeſien. *Gal.* Freſes. *Aduerſ.* 309.



*Vulgaris* CARYOPHYLLATA. *Geum Plin.* *Aduerſ. pag.* 309.



FRAGARIA, & *Fraga maiora alba, Gallobelgis* des Chapirons.

*Varietas.* Hanc Angli & Belgæ alunt fructu duplo maiore, coloris non ſanguinei, ſed herbaceo luteo pallore & candore confuſis, cætera eadem prorſus.

FRAGARIA *ſylueſtris minimè veſca, ſiue ſterilis.*

Strigoſior tota: folia, flos, facies cunctaque ſimilima; ſed fructus ſpem ſupplent herbidi confertim ſtipati acinuli, fragam puſillam, pallidam ementientes, auſteri guſtus, & præfocti. Rupibus & cautibus Cornubiæ ad ędes generoſi viri D. Muli frequentiſſima: apud Belgas inuentu perfacilis cautibus & ſyluoſis Neruienſis agri.

*Vulgaris* CARYOPHYLLATA.

Menſes & ſanguinis grumos propellit; obſtructiones reſerat. Decoctum radicis ad rupta, & interna vulnera efficax: concoctionem iuuat. Colicos dolores à frigido ortos lenit. Venenis aduerſatur.

*Geum Plin. lib. 26. cap. 7.* Radiculas tenues habet, nigras, bene olentes. Medetur non modò pectoris doloribus aut lateris, ſed & cruditates diſcutit iucundo ſapore.

CARYO

Caryophyllata maior rotundifolia. Caryophyllata montana Matthioli.



Veronenſium Caryophyllata flore Sanicula vrſina. Cortuſa Matth.



Quandã Caryophyllatæ raram & perelegantẽ ſpeciẽ Italo ſemine ortã nihil diſſimilẽ à Septentrionaliũ rotũdifolia Caryophyllata nobis impertiuit ſingularis amicus Petrus Coldẽbergius rei herbariæ doctiſſimus pharmacopœus, qui hãc in ſuo ditiſſimo vireto alit, niſi folio quadruplo maiore, & radice craſſiore digitum æquante, minuſque fibroſa ferret.

### *Veronenſium* CARYOPHYLLATA.

Articulorum & neruorum doloribus mulcendis, oleo amygdalino & roſaceo eius floſculi macerati commendantur Matthiolo.

### IMPERATORIA. OSTRVTIVM.

*Facultates ex Fuchſio & neotericis.*

Vnicè venenis aduerſatur. Item peſtilentiæ populariter graſſantis arcet contagia. Lentorem pitui- Tragus eadem.
toſorum humorum incidit ac diſcutit, quapropter * tuſſi quam frigus attulit, medetur. Craſſa, quæ * tuſſi & a-
in thorace coëunt, diſcutit. coloris corporis bonitatem ijs qui eo veſcũtur, efficit. Concretum in cor- ſthmati, Tra-
pore lac & ſanguinem reſoluit. Stomachum eſu corroborat. Pituitam ventriculi deijcit, & elangue- go.
ſcentem appetẽtiam iuuat. Menſes & vrinam † ciet. Rabioſi canis morſu, aut ſerpentis ictu liberat, † Trag. &
ſi contrita folia vulneri indantur. Hypochondriorum vitijs auxiliatur. Item lumborum doloribus. fœtus mor-
* Carbunculos cum polenta tritum & impoſitum ſanat. Cum vino potum rigores diſcutit. Herba ip- tuos & ſecun-
ſa in vino & aqua cocta vulnera interna glutinat: & in ſumma omnia quæ Angelica vocata herba, & das trahit.
maiori efficacia poteſt.

* Trag. mitigat iſchiadicos ac frigidos dolores, ſudorem elicit, hydropem educit, & emortuam genituram reſtaurat, id quod tutiſſimè credere & experiri certò poteris. Omnes tumores & collectiones ac duritiæ poſſunt hac radice aut ſucco eius incidi, deprimi ac ſanari. Succus carnes putreſcentes, ſeu gangrænoſas erodit & abſumit.



IMPERATORIA, OSTRVTIVM, ſiue Aſtrãtia. *Laſerpitium Fuchſ. Smyrnium Tragi.* Germ. Meeſter wurtz. *Belg.* Meeſter wortele. *Magiſtrantia. Perperam Smyrnium Tragi. Liguſticum Anguil. Aduerſ. pag. 310.*

PODAGRARIA *Germanica aut Belgica. Gerardi herba Dod. & Mechlinienſium.* *Belg.* Geraerts cruyt. *Aduerſ. 311.*



ANGE-
LICA.



ANGELICA, *Smyrnium Cordi. Ger.* Hanng Angelic. *Gal. Belg. & Ital. Angelica. Aduerſ. pag. 311. Coſtus niger nuperorum.*

Radix veneni unicè aduerſatur: quæ ſi tantũ dentibus teratur, peſtifera aëris contagia arcet, halitu grato, & iucundo, virus excludit, eiuſque cõtractum per vrinas & ſudores à corde propellit æquè qua Ruta, Theriaca & huiuſmodi antipharmaca ratione. Vrinas, menſes & calculos pellit, pituitam craſſam extenuat, aſthmaticis dum recens eſt & humido plena, (ne exſiccando expectoratio impediatur) [illegible] ducendo, incidendo, & abſtergendo, [illegible]. Crapulas & cibi faſtidia delet, concoctionem ventriculi iuuat, cordi [illegible] in verò [illegible] & canum morſibus ſuccurrit.

ANGELICA *ſyl. Germ.* Wild Angelick. *Aduerſ. pag. 318.*
*Phellandrium Plinij Guillandino.*

## ARCHANGELICA.

Gallobelgis Angelic de Norrvvegen.

Folijs eſt Satiuę multò maioribus, atrouirentibus, latiſque hum: fuſis, auerſa parte glaucis; primo pullulatu, rubris. Caulis nodosis concauus alis, proceritatis humanæ imo rubens. In lata vmbella flores luteoli, & ſemen foliaceum Angelicæ ſatiuæ, maius & rotundius. Radix altè depacta, parum odora. Ex Noruegia, Belgi inquilinam factam aſſerunt.

*lege* PANAX *Heracleum. Herculea ſiue Heracleo fronde Smyrnij vel Imperatoria.*
*Aduerſ. pag. 312.*
*Sphondylium alterum Dod.*



*lege,* duûm enim cubitorum caule, lanugine quędam incano.

*Floribus luteis.* ] noſtris Belgij viretis flores albos promit; memini tamen me vidiſſe Venetijs Panacem facie nō diuerſam in Franciſcanorum paradiſo luteis floribus.

DIOSC. *Excipitur ſuccus inciſa radice, recenti cauliuum pullulatu. Ea candidum ſuccum emittit, qui ſiccatus in ſumma cute croceum colorem contrahit. Effluentem aūt ſuccum exprimunt, folijs excauato ſolo ſtratis, quæ ſiccata tolluntur. Simili modo caule meſſibus inciſo, profluentem ſuccum eximunt. Meliores ex radicibus, albæ, rigentes, diſtentæq;, ſiccæ, quæ cariem non ſentiant, aromaticæ, feruentes guſtu. Fructus ex media ferula cibo idoneus eſt. ſed ex agnatis ſtolonibus, ab vſu cibario abhorret. Maxime in hoc ſucci genere probatur, quam amariſſimus, intus nè albus, aut ſubfuluus, foris ad croci colorem inclinans, leuis, pinguis, friabilis, tener, ſtatim in aqua eliqueſcens, graui odore. niger improbatur, ac mollis. Adulteratur ammoniaco aut cera. Sed ſinceri experimentum eſt ſi digitis in aqua fricatus reſoluatur, & lacteſcat. Excalfacit, mollit, † extenuat. horroribus febrium, circuitibúſque, vulſis, ruptis, laterum dolori, torminibus, ſtillicidio vrinæ conuenit. cōtra veſicæ ſcabiē ex aqua mulſa aut vino bibitur. menſes trahit. fœtum enecat. inflationes quæ vuluam male habent, duritiáſq;, ex melle dilutus, diſcutit. iſchiadicis illinitur. acopis & capitis medicaminibus admiſcetur. carbunculos rumpit. podagricis, cum vua paſſa illitus ſubuenit. dolore dentium liberat, cauis inditus. oculorum aciem illitu excitat. ex eo & pice optimum fit emplaſtrum contra beſtiarum morſus, quæ in rabiem efferantur. Radix in ramenta conſciſſa, vuluæ admota, partus extrahit. ad vetera vlcera efficax eſt. nudata * oſſa, corpore operit, ſi trita cum melle illinatur. Semen cum abſinthio ſumptum, menſes pellit, cum ariſtolochia, prodeſt aduerſus animalia quæ venenum eiaculantur. contra vulua ſtrangulatus in vino bibitur.*

Opopanax.

Eadem Gal.

†Gal. Excalfaciens, emolliens & digerens; ponatq; ipſum quiſpiam in calfaciendo tertij ordinis, in deſiccando verò ſecundi. Cortex radicis exiccatorium ſimul & excalfactorium eſt medicamentum: ſed minus quàm ſuccus. Quin & nonnullam habet abſtergendi facultatem. Quare eo quoque vtimur ad nuda * oſſium & vlcera maligna & contumacia. Sufficienter enim talia carnem procreant, ſcilicet abſtergendo ſimul ac deſiccando, nec ita magnopere calfaciendo, quæ omnia ad carnem generandam neceſſaria ſunt, velut in libris De curandi ratione oſtendimus. Fructus calidus & ipſe eſt, ac menſibus mouendis medicamen accommodum.

Panax altera.



*Caput* PANACIS *altera hinatum, pag. 312. ſic reſtituendum.*

Venetorũ quidã peritiores, etiãq; Leo ille circulator, alebant & oſtentabant quandã Panacis ſpeciẽ ferulaceo caule, binûm, ternûm, & quaternũ cubitorũ, multos in ramulos supernè diuiſo. Folia autẽ ſcabra, aſperiora in ſingulis petiolis ſingula prodeũt, ampla, tharſi inſtar, plumatimúe ex internallis æquis poſitu Paſtinacæ, & folijs cõſtans multis in vno petiolo oblõgo, Africani fermè floris: Luteoli aut pallẽtes flores in vmbellis Paſtinacæ aut Banciæ, quã etiã aſſimilat tota planta, hirſutie incana, radice lõgiore, albida, nec ita diſſimilis. In Venetis & Flandriæ hortis meminimus guſtu aromatico, calfaciente, & digerente, gummeo, Opopanacum redolente: quare meritò putemus, vt ſi qua alia, Panax legitima. Semine reperto in Opopanace in viridario ſtirpium exoticarum ditiſſimo Coldenbergij noſtri feliciter enatam vidimus.

*Coſtus ſpurius Matthioli.*

*Varietas.*] Folio rotundiore, hirſutiore, breuiore Paſtinacæ, vulgaris ſiue Elaphoboſci, odore potiore.

*Silphium.* LASERPITIVM.

*Aduerſ. 313. 324.*

DIOSC. *Radix excalfacit. in cibis ægrè concoquitur. veſicæ noxia. ſugillatis illita cum oleo, & ſtrumis, ac tuberculis cum cerato, medetur. iſchiadicis conuenit cum irino aut cyprino cerato. excreſcentibus circa ſedem tollendis illinitur, cum putamine mali punici, & aceto decocta. venenis pota reſiſtit. os commendat, cibis aut ſali permiſta. Laſer è radice atque caule ſcarificatis colligitur. præfertur autem rufum, tranſlucens, myrrhæ æmulum, non porraceum, odore valens, ſuaui guſtu. quod dilutum facilè albeſcit. Cyrenaicum ſi quis degustarit, humorem toto corpore ciet, blandiſſimo odore, adeò vt ne os quidem guſtanti niſi paululum ſpiret. Medicum & Syriacum minus viribus valent, & magis viroſum reddunt odorem. Laſer omne antequam ſicceſcat adulteratur ſagapeno, aut fabæ lomento. quod maleficium deprehenditur guſtu, odore, viſu, & dilutione. Caulem aliqui ſilphion, radicem magydarin, & folia maſpeton vocauere. Efficaciſſimum laſer, mox folia, poſtremò caulis. Acrem vim habet: inflationes facit. perunctas cum aceto, pipere & vino alopecias ſanat. oculorum aciem exacuit. incipientes ſuffuſiones, illitum cum melle, diſſipat. cauernis dentium in dolore inditur, aut cum thure in linteo circumligatur, aut cum hyſſopo, ficis, coctis in poſca, os colluitur. ijs prodeſt quos beſtia in rabiẽ efferata momorderit, vulneribus immiſſum. valet aduerſus venena telorũ, & animalia omnia, quæ virus eiaculantur, potum aut illitum. ſcorpionum plagis oleo dilutum circumlinitur. gangrænis præcedenti inſpergitur: & cum ruta, nitro, & melle, vel per ſe, carbunculis. clauos calloſóſq; prius circumraſos, cerato aut ... carne præmollitum, recentes lichenas ex aceto ſanat. Et excreſcentes in carne, ... atramento ſutorio, aut ærugine illinatur. exuberantia cum forfice extrahit. Veteribus ... ſcabritijs opitulatur. grauedini, ſubitóque raucaſcentem vocem, dilutum aqua, ſorbitione confeſtim expedit. vuam illitum cum melle reprimit. anginis ex aqua mulſa vtiliſſimè gargarizatur. vesſcentes laetiore colore ... tuſſi, commodum ſorbili ouo datur, & pleuriticis, in ſorbitionibus in ſellis ſuffuſum, & aqua inter cutẽ, cum aridis ficis. horrores diſcutit cũ vino, pipere & thure potum. neruorum contractionibus, opiſthotonicisq; datur oboli pondere deuorandum. hærentes gulæ hirudines gargarizatum cum aceto decutit. ad lac intus coagulatum bibitur. comitialibus ex aceto mulſo proficit. menſes ciet, cum pipere & myrrha potum: cœliacos adiuuat, in acino vuæ ſumptum. cum lixiuio autem potui datum, repente conuulſis ruptiſque prodeſt. ad potiones reſoluitur, nucibus amaris, aut ruta, aut calido pane. Foliorum ſucco ad eadem proficitur, ſed multo inefficacius. cum aceto mulſo manditur, ad expediendam arteriam, maximè cum vox remanſit. eo cum lactucis vtuntur, exitq; in vicem erucæ.*

DIOSC. *Fertur & altera magydaris in Lybia naſci, radix laſerpitio ſimilis, ſed minus craſſa, acris & fungoſa, ex qua non profluit ſuccus. Eiuſdem cum laſere facultatis.*

Gal. Silphij liquor calidiſſimus eſt: verumenim verò & folia & caulis & radix ſat ſtrenuè excalfaciunt. Sed omnia flatulentæ magis eſſentiæ ſunt, ac proinde coctu difficilia: foris tamen impoſita, corpori efficaciora. & omnium potiſſimùm liquor admodum trahentem facultatem poſſidens. Attrahit & excreſcentias amoliendi, & liquandi vim quandam propter propoſitam temperiem obtinet.

LEVISTI-

LEVISTICVM. *Germanicum Laſerpitium.*
*Aduerſ. pag. 313.*
*Laſerpitium Dioſc. Guid. an Laſerpitium Theoph.*
*Anguil.* ? *Gallobelgis*, Liuelſche.
*Smyrnium Lacuna. Hipposelinum Matth.*



SPONDYLIVM. *Aduerſ. pag. 313.*
*Acanthus Germanica Fuchſ.*
*Spondylium Dioſc. Anguil.*



Lege lin. 35. vinas. & ibid. qua, & paulo post ſimile.

Leuiſtici ſemen menſes, vrinas, & ſudores ciet. calculum pellit. lienis farctus reſerat: vulnera cogit. flatus diſſipat. morſibus ſerpentium imponitur. Stillatitius eius liquor aciei oculorum conferre proditur Dodonæo.

SPONDYLIVM.

DIOSCOR. *Potum ſemen pituitam per aluum extrahit. medetur iocinoris vitiis, regio morbo, comitialibus,* [1] *orthopnoicis, vuluarum ſtrangulationi. Veternoſos ſuffitu reuocat. Cum oleo commode infunditur capitibus phreniticorum, & lethargicorum. Item capitis doloribus cum ruta illitum. ſerpentia vlcera cohibet. Datur radix contra regium* [2] *morbum, & iocinoris vitia. Circumraſa eadem & inſectæ calcidos* [3] *fiſtularum deradit. Recentis floris ſuccus exulceratis auribus, puruleutiſq; accommodatur. Qui cæterorum ſuccorum more exprimi, dein recondi ſolet.*

[1] Gal. acris quippe & ſecantis facultatis. [2] Eadem Gal. [3] Subacris Fuchſio. exiccat, incidit.

Panax chi-ra.



*Caput* PANACIS *altera limatum. pag. 312. ſic reſtituendum.*

Venetorũ quidã peritiores, etiãq; Leo ille circulator, alebant & oſtentabant quandã Panacis ſpeciẽ ferulaceo caule, binûm, ternûm, & quaternũ cubitorũ, multos in ramulos supernè diuiſo. Folia autẽ ſcabra, aſperiora in ſingulis petiolis ſingula prodeũt, ampla, tharſi initar, plumatimúe ex interuallis æquis poſitu Paſtinacæ, & folijs cõſtans multis in vno petiolo oblõgo, Africani fermè floris: Luteoli aut pallẽtes flores in vmbellis Paſtinacæ aut Dauciæ, quã etiã aſſimilat tota planta, hirſutie incana, radice lõgiore, albida, nec ita diſſimilis. In Venetis & Flandriæ hortis meminimus guſtu aromatico, calfaciente, & digerente, gummeo, Opopanacum redolente: quare meritò puteruę, vt ſi qua alia, Panax legitima. Semine reperto in Opopanace in viridario ſtirpium exoticarum ditiſſimo Coldenbergij noſtri feliciter enatam vidimus.

*Coſtus ſpurius Matthioli.*

*Varietas.*] Folio rotundiore, hirſutiore, breuiore Paſtinacæ, vulgaris ſiue Elaphoboſci, odore potiore.

*Silphium.* LASERPITIVM.

*Aduerſ. 313. 314.*

DIOSC. *Radix excalfacit. in cibis ægrè concoquitur. veſicæ noxia. ſugillatis illita cum oleo, & ſtrumis, ac tuberculis cum cerato, medetur. iſchiadicis conuenit cum irino aut cyprino cerato. excreſcentibus circa ſedem tollendis illinitur, cum putamine mali punici, & aceto decocta. venenis pota reſiſtit. os commendat, cibis aut ſali permiſta. Laſer è radice atque caule ſcarificatis colligitur. præfertur autem rufum, tranſlucens, myrrhæ æmulum, non porraceum, odore valens, ſuaui guſtu. quod dilutum facilè albeſcit. Cyrenaicum ſi quis degustarit, humorem toto corpore ciet, blandiſſimo odore, adeò vt ne os quidem guſtanti viſi paululum ſpiret. Medicum & Syriacum minus viribus valent, & magis viroſum reddunt odorem. Laſer omne antequam ſiceſcat adulteratur ſagapeno, aut fabæ lomento. quod maleficium deprehenditur guſtu, odore, viſu, & dilutione. Caulem aliqui ſilphion, radicem magudarin, & folia maſpeton vocauere. Efficaciſſimum laſer, mox folia, poſtremò caulis. Acrem vim habet: inflationes facit. perunctas cum aceto, pipere & vino alopecias ſanat. oculorum aciem exacuit. incipientes ſuffuſiones, illitum cum melle, diſſipat. cauernis dentium in dolore inditur, aut cum thure in linteo circumligatur, aut cum hyſſopo, ficis, coctis in poſca, os colluitur. ijs prodeſt quos beſtia in rabiẽ efferata momorderit, vulneribus immiſſum. valet aduerſus venena telorũ, & animalia omnia quæ virus eiaculantur, potum aut illitum. ſcorpionum plagis oleo dilutum circumlinitur. gangrænis præciſis cutis imponitur: & cum ruta, nitro, & melle, vel per ſe, carbunculis. clauos calloſq; prius circumraſos tollit. cerato aut aridorum ficuum carne præmollitum, recentes lichenas ex aceto ſanat. Et excreſcentia in carne, polypoſque, ſi aliquot diebus cum atramento ſutorio, aut ærugine illinatur. extuberantia cum forſice extrahit. Veteribus ſaucium ſcabritijs vtiliter ingeritur, ſubitòque irrauceſcentem vocem, dilutum aqua, ſorbitione confeſtim expedit. vuam illitum cum melle reprimit. anginis ex aqua mulſa vtiliſſimè gargarizatur. veſcentes latiore colore commendat. tuſsi, commodè in ſorbilis ovo datur, & pleuriticis, in ſorbitionibus in febis ſuffuſione, & aqua inter cutẽ, cum arida fico. horrores diſcutit cũ vino, pipere & thure potum. neruorum contractionibus, opiſthotonicisq; datur oboli pondere deuorandum. hærentes gulæ hirudines gargariſatum cum aceto detrahit. ad lac intus coagulatum bibitur. comitialibus ex aceto mulſo proficit. menſes ciet, cum pipere & myrrha potum. coliacos adiuuat, in acino vuæ ſumptum. cum lixiuio autem potui datum, repente conuulſis ruptiſque prodeſt. ad potiones reſoluitur, nucibus amaris, aut ruta, aut calido pane. Foliorum ſucco ad eadem proſicitur, ſed multo ineſficacius. cum aceto mulſo manditur, ad expurgandam arteriam, mixtumque cum vox raucedine, & cum lactucis mandatur, exitq; in vicem erucæ.*

DIOSC. *Fertur & altera magudaris in Lybia naſci, radice laſerpitio ſimilis, ſed minus craſſa, acris & fungoſa, ex qua non profluit ſuccus. Einſdem cum laſere facultatis.*

Gal. Silphij liquor calidiſſimus eſt: verumenim verò & folia & caulis & radix ſat ſtrenuè excalfacientia. Sed omnia flatuientæ magis eſſentiæ ſunt, ac proinde coctu difficilia: Foris tamen impoſita corpori efficaciora, & omnium potiſſimùm liquor admodum vehementem facultatem poſſidens. Attrahendi & excreſcentias amoliendi, & liquandi vim quandam propter propriam temperiem obtinet.

LEVISTI-

LEVISTICVM. *Germanicum Laſerpitium.*
*Aduerſ. pag. 313.*
*Laſerpitium Dioſc. Guid. an Laſerpitium Theoph.*
*Anguil.* Gallobelgis, Linetche.
*Smyrnium Lacuna. Hippoſelinum Matth.*



SPONDYLIVM. *Aduerſ. pag. 313.*
*Acanthus Germanica Fuchſ.*
*Spondylium Dioſc. Anguil.*



Lege lin. 38. vinu. & ibid. quæ, & paulo post ſimile.

Leuiſtici ſemen menſes, vrinas, & ſudores ciet. calculum pellit. lienis farctus reſerat: vulnera cogit. flatus diſſipat. morſibus ſerpentium imponitur. Stillatitius eius liquor acici oculorum conferre proditur Dodonæo.

SPONDYLIVM.

DIOSCOR. *Potum ſemen pituitam per aluum extrahit. medetur iocineris vitiis, regio morbo, comitialibus,* [1] *orthopnoicis, vuluarum ſtrangulationi. Veternoſos ſuffitu reuocat. Cum oleo commode infunditur capitibus phreniticorum, & lethargicorum. Item capitis doloribus cum ruta illitum. ſerpentia vlcera cohibet. Datur radix contra regium* [2] *morbum, & iocinoris vitia. Circumraſa eadem & iniectæ calculos* [3] *fiſtularum deradit. Recentis floris ſuccus exulceratis auribus, purulentiſq́; accommodatur. Qui cæterorum ſuccorum more exprimi, dein recondi ſolet.*

[1] Gal. acris quippe & ſecantis facultatis. [2] Eadem Gal. [3] Subacris Fuchſio. exſiccat, incidit.



**LIBANOTIS** *Theoph. Aduerſ. pag. 323.*
**SESELI** *Aethiopicum herba Dod.*
*Seſeli Aethiopicum Matth.*
*Daucus ſecundus Fuchſ.*

**LIBANOTIS** *Theoph. maior.*



Libanotis ſatiua.



*Varietas.* Foliis magis carnoſis, rotundioribus amplioribusque nitentibus, ſemine criſtato, Lutetia miſſum alunt circa Belgica: cætera ſimilia & reapſe vna.

**LIBANOTIS** *Theoph. minor.*
*Panacis ſpecies nonnullis.*

Altera foliis exilioribus multò Saxifragę Venetæ proximis, gemino ſitu Panacis alteræ ritu, ſed oris tantillum crenatis & laciniatis: caulis bicubitalis & procerior. Semen Anethi, candidum: flores in vmbellis albi. Radix aromatica, grati & iucundi odoris.

CORIAN-



CORIANDRVM. *Aduerſ. pag. 314.*

*Angl.* Coriandre, & Coliendre. *Belg. & Germ.* Coliander. *Hiſp.* Culantro, & Celiandre. *Gal.* Coriandre. *Luſit.* Coentro. *Ital.* Coriandolo.

DIOSCOR. *Coriandrum vim refrigeratoriam habet. Quare illitum cum pane aut polenta, ignibus ſacris, & vlceribus quæ ſerpunt, medetur. epinyctidas cum melle vel vua paſſa, teſtium inflammationes, carbunculosq́; ſanat. cum faba freſa, ſtrumas & tubercula diſcutit. tineas inteſtaneorum expellit ſemen, cum paſſo potum. genituram adauget, largius tamen ſumptum, mentem non ſine periculo mouet. quare continuo, & copioſiore vſu abſtinendum. Succus cum ceruſſa, ſpumáue argenti, necnon aceto, & roſaceo illitus: ardentes ſummæ cutis inflammationes emendat.*

*Coriannon, Corion, Coriandrum.*

Gal. Coriannon, ſiue Corion, aut vtrunque vocare lubet. Vetuſtiores Græci Coriannon * nominabant: at recentiores medici omnes Corion appellitant, ſicut & Dioſcorides, refrigeratoriam eſſe herbam ipſam dictitás, ſed perperam. Siquidem ex contrariis facultatibus conſtat & compoſita eſt, plurimum habens eſſentiæ amaræ, quam oſtendimus eſſe tenuium partium & terrenam. Nec parú etiam aqueæ humiditatis obtinet, quæ tepentis eſt facultatis: his adiunctum eſt quoque adſtrictionis pauxillum. Ex quibus omnibus variè quidem agit ea quæ ſcribit Dioſcorides, ſed non tantum ex refrigeratione. Cæterùm ego cuiuſque particulatim actionis cauſam enarrabo, tametſi propoſitum fuerat mihi vnius duntaxat hoc in libro ſententiam expromere, ſed fortè nihil obſtabit: imò, ſi verum fatendum eſt, proderit nonnihil, ſuperiores methodos, quæ * in paucis medicamentis ſunt dictæ, hîc repetere. Primùm ergo non Dioſcorides tantùm, ſed & alij complures medicorum indeterminatè de morbis pronuntiant, ſicut ſanè hac quoque tempeſtate nõ paucos inuenias medicos, vel inſignes, præter alia, hac in re turpiſſimè hallucinantes. Interdum enim atra, liuida, frigidaque reddita parte quæ eryſipelas habuit, nec amplius refrigerantia poſcente pharmaca, ceu anteà, ſed ea quæ infixum parti præter naturam humorem vacuant, quidam tamen refrigerare perſeuerant: alij ad digerentia quidem tranſeunt, cæterùm ea eryſipelas ſanare dicunt. Quanquam ſcribant, incipientibus etiamnum atque gliſcentibus creſcentibúsve eryſipelatis alia eſſe medicamenta, alia verò iam declinantibus ac flacceſcentibus. Sed ita res non habet. Neque enim eryſipelas etiam vocari debet poſteà quàm inflammatio eius & feruor, ac bilioſum illud abierint: neque quæ facultate ſunt frigida, neque * quæ illa ſanant, remedio eſſe putandum: ſed velut ſi vel in initio protinus aut percuſſis, aut alia de cauſa quauis tumor in parte quapiam aut liuidus, aut niger extiterit, eum eſſe frigidum affectum exiſtimabis, & quæ digerant excalfaciantque medicamenta poſcere: ad eundem, opinor, modum ſi calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior eſt, ſed ſecunda alio appellanda nomine: aut ſi diſplicet nominis mutatio, ſaltem ſicut quidam alia ſcribunt principij, alia declinationis remedia, haud amplius frigida eſſe autumantes declinationis remedia: concedendum ſanè eſt, ſi cui ita placet, vt talis affectio etiam eryſipelas vocetur, ſed eam etiam calidam dicere vbi iam refrigerata eſt, id verò neutiquam concedendum. Itaque ne quod tunc ei auxilio eſt, refrigeratorium eſſe credamus, ſicut Dioſcorides Coriandrum, qui cum pane aut polenta: eryſipelas curet illitum. Nam quod ad vnguem eſt eryſipelas, quod vtique inflammatum eſt & flauum, haud vnquam ſanare queat cum pane coriandrũ, ſed illud quod iam refrigeratum eſt. Proinde nos ſuperioribus voluminibus, cum determinata ac definita experientia cuiuſque medicaminis facultatem explorandam cenſuimus, quàm maximè fieri poſſet ſimpliciſſimum eligi affectum conſuluimus. At plerique medici neque quòd vel plurimi morborum protinus ab initio compoſiti inuadant, norunt: neque quòd alius affectus ſit eryſipelas exactum, alius verò is qui vocatur ab omnibus nobis vſitatè, vt à veteribus quoque phlegmone; alij autem inter hos medij plurimi, partim vt ſic dicam, eryſipelata phlegmonode, partim phlegmonæ eryſipelatode dicta, & inuenias nonnunquam vbi neutrum vincat: ſed ad vnguem paria ſint. Quinetiam nonnunquam

* nominant.

*ad hunc modum.

* neque huiuſmodi.

* vt ipſe inquit.

œdematodes eſſe eryſipelas conſpicitur. ſicut aliud ſcirrhodes: vt compoſitorum morborum non paruus aceruetur numerus. De quibus copioſius cùm alibi diſſeruimus, tum in curandi rationis voluminibus. Dicetur autem & nunc quoad ſaltem eorum meminiſſe neceſſe eſt, quod exactum eryſipelas haud vnquam ab antedicto cataplaſmate curari poſſit. Voco autem exactum, cùm à bilioſa fluxione pars impleta fuerit. Porrò quòd longè à refrigeratione abſit coriandrum, vel ex iis quæ ipſe ſcripſit Dioſcorides, diſcere liceat. Nam chœradas ſiue ſtrumas cum eregmo ſiue lomento, inquit, * diſcutit. Porrò quòd nullum refrigerantium medicamentorum idoneum ſit † diſcutiendis chœradibus, vel ipſum Dioſcoridem non dubitaturum arbitror, quippe qui ſexcenta ſcripſerit medicamenta chœradas ſanare potentia, quæ omnia tum temperie calida tum actionibus digerentia eſſe confeſſus eſt.

* diſſoluit.

† iterum.

Sethus: Stomacho bonum eſt, & eundem corroborat. Cibos in ventriculo donec probè concoquantur retinet. Toſtum igne ventrem ſiſtit. Prodeſt ad phlegmonas & calidas temperaturas. Sanguinis profluuium potum, & ſi imponatur, compeſcit. Cum vino potum, lumbricos educit: immodicus tamen eius vſus delirium facit. Huius etiam ſuccus potus venenum eſt & occidit. Qui enim hunc bibunt, muti fiunt, & deſipiunt.

Innoxium eſſe certum ſe habere nobis aſſeruit D. Dionyſius Thomas Luſitanus apud Antuerpienſes Medicus doctiſs. qui eam virentem Cerefolij & Selini ritu iuſculis ſuis & ſuorum inſeruerit, nullo percepto incommodo.

CORIANDRVM *alterum, minus odorum.*



Ima folia habet minutius inciſa, & ſemen habitius, copioſum in pluribus ſpithameis procumbentibus cauliculis. Alitur in horto Iacobi Plateau ſtirpium exoticarum ſtudioſiſſimi, peritiſſimi & ſtudioſiſſimi.

SELINON

SELINON, *ſiue Apium hortenſe. Aduerſ. pag.* 314. *Petroſelinum Guillandini & Anguil.* *Ger.* Peterſilgen, & Peterlin. *Belg.* Peterſelie. *Gal.* Perſil. *Hiſp.* Perexil. *Ital.* Petroſelino.



ELEOSELINVM, *ſiue Paludapium. Aduerſ. pa.* 315. *Angl.* Smallage, & Mariche. *Ger.* Eppich. *Belg.* Joufrouw merck, & Eppe. *Gallobelgis*, De l'Appe, & *Gal.* Ache. *Hiſp. & Ital.* Apio, & Perexil dagea.



DIOSCOR. *Hortenſis apij herba ad eadem ad quæ Corianum conuenit. inflammationibus oculorum, cum pane aut polenta illinitur. æſtuantem ſtomachum mulcet. mammarum duritiam ex lacte concreto contractam reprimit. vrinam ciet, ſiue crudum, ſiue coctum edatur, decoctum eius radicisq́; potu, venenorum noxæ reſiſtit, quum vomitiones exciet. aluum cohibet. ſemen vehementius vrinam pellit, contra ſerpentium venena, aut epotam argenti ſpumam auxiliatur, inflationes diſcutit. admiſcetur medicamentis quæ dolorum leuamenta præſtant, theriacis quoque ac tuſsis remediis.*

Gal. Selinon vſque adeo calidum eſt, vt & vrinas & menſes cieat, flatus quoque diſcutit, & magis ſemen quàm herba ipſa.

DIOSCOR. *Eleoſelinum in humidis naſcitur ſatiuo grandius, & ad eadem efficax.*

Ea Oreoſe-

ORBOSELINVM. *ſiue Petroſelinum.*
*Aduerſ. pag. 315.*

PETROSELINVM *Macedonicum.*
*Aduerſ. pag. 315.*
*Angl.* Steen perſely. *Germ.* Stein Eppich. *Belg.* Steen Eppe. *Gal.* Aſche des rochiers. *Hiſp.* Apio que crece en las piedras.





DIOSC. *Vrinam ciet, ſemine ac radice in vino potis, menſes trahit. antidotis, nec non medicamentis vrinam cientibus, & excalfactoriis, inſeritur. Nec hallucinari nos oportet, exiſtimantes oreoſelinum eſſe, quod in ſaxis prouenit, aliud enim eſt petroſelinum.*

Gal. Similis Selino vis eſt oreoſelini & Hipposelini: verùm Hipposelinon imbecillius eſt, Oreoſelinum valentius.

DIOSCOR. *Petroſelinum in Macedonia prouenit, in præruptis locis, ſemine ammij, odoratiore, ſapore acri, aromatizante. Vrinam cit ac menſtrua. contra ſtomachi & coli inflationes & tormina prodeſt. Laterum, renum, & veſicæ doloribus in potu ſubuenit. admiſcetur antidotis vrinam cientibus.*

Gal. Petroſelini ſemen maximè viui eſt, cùm tota etiam herba vnà cum radice ſimilem, ſed imbecilliorem, facultatem ſortiatur. Eſt autem vt guſtu acre cum amaritudine, ſic & in operibus calfaciens, vnà cum incidendi effectu. Hinc menſes & vrinas affatim prouocat: eſt & flatus diſcutiens. Fuerit itaque & ipſum tertij ordinis tum excalfacientium, tum deſiccantium.

[library stamp]

HIPPOSELINVM, *ſiue Oluſatrum Dioſc. Aduerſ. pag. 315.*
*Macedonicum Belgarum, Græcorum nuperorum & Matthioli perperam Smyrnium.*
*Hippoſelinum Cordi, Marcelli Lacunæ & Braſauoli.* *Angl.* Alexandre. *Germ.* Groſz eppich.
*Ital.* Smirnio, & macerone. *Hiſp.* Apio Macedonico, *ſed perperam.*

DIOSCOR. *Radix cruda coctáve eſitur. Folia cum caulibus decocta manduntur, & per ſe, aut cum piſcibus præparantur, *crudaq; muria conduntur. Vim hanc habent, vt poto ſemine ex mulſo vino menſes cieat: algentes calfacit potu, aut illitu, vrinæ ſtillicidio auxiliatur. Radix eoſdem præſtat effectus.*

* Anglis & Belgis ad eadem hodie vſus plurimus.

SMYRNIVM. *Aduerſ. pag. 316.*
*Gal.* Smyrnium de Candie ou Crete.
*Ital.* Smyrnio di Candia.



Lege lin. 12. ...

Lege lin. 17. ...

PASTINACA *domeſtica vulgi. Aduerſ. pag. 316.*
*Gal.* Paſtinades. *Belg.* Paſtinaken *Germ. etiam* Paſtinachen, & Paſtenep. *Hiſp.* Paſtinagues, & çanahoria blanqua. *Ital.* Paſtinaca domeſtica.



De Paſtinaca Dioſc. proximè Daucum Creticum.

DIOSCOR. *Vis radicis, herbæ, & ſeminis excalfacere. foliis muria maceratis ad obſonia vtuntur. alouqui ſiſtunt. radicem contra ſerpentium ictus bibere conuenit. tuſſes & orthopnœas mitigat. vrinæ difficultati medetur. recentes tumores, collectiones, duritiaſq; diſcutit illita, vulnera ad cicatricem perducit. partus abortu vitiat. ſi feruefacta ſubmittatur. Semen, lienis, renum & veſicæ vitiis prodeſt. menſes & ſecundas pellit. commodè datur iſchiadicis in vino. inflationes ſtomachi lenit, ſudores ciet, & ructus. peculiariter datur hydropicis in potu, & contra febrium circuitus.* Lege ſimilus tutelis.

Gal. Eiuſdem generis cum apio & petroſelino: fueritque apio quidem validius, petroſelino autem imbecillius. Plura ferè eadem quæ Dioſc. Gal. & Plin.

SMYRNIOIDES *Mutoni.*

Semine Smyrnij rotundo, folio nigriore & minore, è caule cubitali, flos in vmbellis pallentibus aut albis. Radix longa & alba, guſtu haud aromatico vti Smyrnium. A ſimilitudine Smyrnioidem dixit Mutonus, penes quem viret in horto.

LIGVSTICVM. *Aduerſ. pag. 316.*

DIOSCOR. *Radicis ſeminiſq; vis excalfactoria, † concoquens. prodeſt ad inteſtinos dolores, tumores, concoctiones, item ad inflationes, præſertim quibus ſtomachus turgeat. & contra ſerpentium ictus. vrinas & menſes potu trahit. Eoſdem præſtat effectus apposita radix. Semen cum radice oxyporis & medicamentis decoquentibus admiſcetur. ori perquam vtile. quare pro pipere vtuntur eo indigenæ, ad obſonia. Adulteratur ſemine quodam ſimili quod facile guſtu diſcernitur, amarum enim eſt. Alij ſemen fœniculi aut ſeſelis admiſcentes, liguſticum dolo vitiant.*

† Gal. Adeo calfaciunt, vt & menſes cieant & vrinas prouocent, flatuſque diſcutiant. Calida & ſicca ordine ſecundo.

BAVCIA, *an Elaphoboſcum? Aduerſ. pag. 317.*

DIOSCOR. *Elaphoboſci radix eſui apta, dulcis. Caulis tener pro olere manditur. Contra ſerpentium ictus, datur ſemen in vino. Fama autem eſt, hoc pabulo, ceruas ſerpentium morſibus reſiſtere.*

Gal. Facultatis eſt excalfactoriæ & tenuium partium, ac proinde exiccatoriæ ſecundo maximè exceſſuum ordine.

SISARVM *Aduerſ. pag. 317.*
*Germ.* Gierlin. *Hiſp.* Cheriuia.



PASTINACA *marina. Aduerſ. pag. 317. & 318.*
*Crithmum 2m. Matth. Crithmum ſpinoſum Dod.*



DIOSCOR. *Suauis ori elixa Siſari radix, ſtomacho vtilis, vrinam ciet & appetentiam excitat.*

Eadem Gal. & Ægin. Semen tenue eſt & diſcuſſorium, validumque: idcirco iis quos ſingultus & tormina male habent, cum vino exhibetur.

Plin. Siler erraticum ſatiuo ſimile eſt & effectu. Stomachum excitat, faſtidium diſcutit. Ex aceto laſerpitiano ſumptum, aut ex pipere & mulſo, vel ex garo vrinam ciet, vt Opion credit, & veneri. Præterea cordi conuenire conualeſcentium, aut poſt multas vomitiones perquam vtile. Heraclides contra argentum viuum dedit, & veneri ſubinde offenſanti, ægriſque ſe recolligentibus. Satiui primatum lites cum lacte caprino potus Sſiteinum.

EARVCASAR.



THYSSELINVM *Plinij. Syluestre Pli. Valerando. Perperam Meum Batauis & Antuerpienſibus. Apium ſyl. Dod.*

efpio tarbich della terra vulgo ſivinertaba

Thyſſelinũ Plinio capite 12. libri 25. non eſt diſſimile Apio, cuius radix commãducata purgat capitis pituitas.

Ad hanc ſanè plantam facie & viribus proximè accedere videtur hæc, qua officinæ Antuerpianæ legitimi Mei ignoratione pro Meo vſuparunt. Apio enim Paſtinacę agreſti & ſummis folijs Coriãdri adeo propinqua, vt multi etiam hodie Apium ſylueſtre dixerint. Caules inanes bicubitales è radice Mei ritu humi depacta, digitum & vnciam craſſi, lacteum ſuccum dum vulneratur fundente. Vmbellæ Anethi Iunio & Iulio: floſculis candidis defluentibus ſemen compreſſum foliaceum Anethi maius & rotundius, guſtu aromaticum & feruens. Vdis Batauorum agris lubens oritur, & Brabantiæ locis nonnullis alitur etiam in hortis.

BARBICAPRA *& Vlmaria vulgi. an Rhodora Plin. lib. 24. cap. vltimo. Germ.* Wald Geiſbaert. *Ital.* Croſtofanaria. *Pucnomon Brunfelſij. Aduerſ pag. 318.*

Barbæ capræ radix pota, refrigerat & adſtringit guſtu, eoque ventris fluores, & ſanguinis ſiſtit. flos ex vino albo potus quartanarios iuuat. Rizotomi carpis appoſitam manibuſque ſubactam febrilea æſtus finire aſſerunt.

CENTAVRIVM *maius alterum.*

CENTAVRIVM maius.





CENTAVRII maioris varietas.

CENTAVRIVM *maius. Hiſp.* Rapontico vulgar. *Ital.* Centauria maggiore.

*Aduerſ. pag.* 318.

DIOSC. *Radix cum adſtrictione aliqua & dulcedine acris. Conuenit, inquit, radix ruptis, conuulſis, pleuriticis, ſpirandi difficultati, veteri tuſſi, ſanguinem expuentibus, non febrientibus cum vino; febricitantibus cum aqua drachmarum duarum pondere exhibita: item & ad tormina, ac ad vteri dolores. Ducit etiam menſes ac fœtum collyrij forma vtero impoſita. Eſt & vulneribus idonea, recens tuſa, aut arida prius madefacta contuſaq́; coniungit etenim ea, ac glutinat. Quin & carnes coaleſcunt, ſi contuſa ſimul decoquatur. In Lycia ſuccum exprimunt, quo pro Lycio vtuntur.*

Gal. Centaurij magni radix ſicuti guſtu contrarias qualitates, ita in vſu contrarios effectus præſtat. Secundum omnium autem qualitatum actionem ruptis, conuulſis, dyſpnœæ & inueteratæ tuſſi conuenit.

APVL. Ad hepatis dolorem: herba Cẽtauria maior in vino decocta & potui data, mirificè auxiliatur.

Ad ſpleneticos: herba Centauria maior in vino decocta & potui data, ſplenem perſanat. Nos ipſi experti ſumus.

CENTAVRII *maioris varietas.*

*Aduerſ. pag.* 318.

Eſt & hæc perquam ſimilis Centaurio & penè par, qualibet ſui parte ſuperiori & imæ, quam olim in hortis alebãt generoſus vir D. Dilſius & Guilielmus Drieſch pharmacopœus peritiſſimus. Virentia ampla admodum ſunt folia Rumicis, ambitu ſerrata. Flos luteo purpuraſcens pallens; & ſemen Cnici ſimile & par in turbinato & ſquamulis loricato capitulo.

Collibus lapidoſis iuxta Tagum duntaxat ſpontè natum inuenit C. Claſius.

OTHONNA *Italorum. Aduerſ. pag.* 318.
*Germ.* Indianiſch blummen. *Gall.* Oilletz d'Inde.
*Ital.* Garofano Indiano.
*Tanacetum Peruuianum Cordi.*



OTHONNA *maior polyanthos.*
*Aduerſ. pag.* 318.



Ex graui fœtidoque odore venenatæ vires, quales Lycoperſici Galeni proditur; quo vtebatur Centaurio ad articulorum dolores. Felem, huius flore caſeo permixto emortuum fidus teſtis eſt D. Dodonæus.



VALERIANA *maior. Hiſp.* Yerua benedecta. *Ital.* Valeriana maggiore.

DIOSC. *Excalfacit. vrinam mouet, ſi ſicca potui detur. Decoctum eadem præſtare poteſt. ad lateris etiam dolorem efficax. menſes cit. antidotis inſeritur. Adulteratur radice ruſci admiſta: ſed maleficium deprehenditur: quoniam hæc dura eſt, & frangenti contumax, ſine vlla odoris gratia.*

Ad epidemicos, peſtiferos, & venenatos morbos, pota & olfacta, præſtans viribus radix. Pectoris vitijs medetur; vulneribus ferruminandis efficax.

Nardo viribus ſimilis Gal. ſed infirmior ad multa. vrinam plus mouet quàm aut Indica aut Syriaca Nardus.

VALERIANA *minor ſyl.*
*Aduerſ. pag. 319.*



Valeriana ſylueſtris.



VALERIANA *ſylueſtris.*
*Aduerſ. pag. 319.*

Ruptis, vulſis, ex noſtro [illegible] nuperorum experimentis opem fert. Decoquuntur folia ad aphthas & oris vlcera. Antidotis item inſeritur.



ALEXANDER PP. VII. VALENTINUS FERDINANDUS

VALERIANA peregrina Belgarum. Aduerſ. 319. Valeriana Græca, Dod.



PHV minimum alterum.



PIMPINELLA, aut Bipinella. Aduerſ. 320. Syderitis Anguillaræ & Goiland.





SANGVI-
SORBA. au
ta maior,
ue Pimpi-
nella. Ad
uerſ. 321,

PHV *minimum alterum. Gallobelgis*, Sallade de Chanoine. *Velt croppen Belgarum.*

Quaſi dicas Lactucam campeſtrem, quia folia primo pullulatu habet lactucis aut ſeriolis adhuc tenellis ſimilia, & in Quadrageſima cibo & acetarijs expetatur lactucarũ more. Frequentiſſima in agro Antuerpiano. flos, & radix Monſpeliacam æmulatur: folia minus laciniata.

MONTANA *Nardus. Aduerſ. 320.*

DIOSC. *Ad eadem qua Celtica, efficax.*
Galeno prædictis debilior eſt.

*Monſpelienſium* PHYTEVMA. *Aduerſ. 320.*

DIOSC. *Ad amatoria conuenire, nonnulli ſcriptum reliquerunt.*

BIPINELLA *ſaxifraga hircina minor. Aduerſ. 321*
*Thalietrum Rondeletij.*
*Natrix Plin. Guil. & Anguil.*



PIMPINELLA *maior Fuchſ. Saxifraga magna.*
*Belg.* Beuernaert.



Non ſecus ac Eringij radix conditur ad iuuandam concoctionem ventriculi, & viſcerum. Colicis affectibus, diuturnæ febri, conuulſis comitialibus, & à ſerpente demorſis auxiliatur. Vrinas ciet, mēſes, ſecundas & fœtus mortuos pellit. Pota ex aceto magnæ commendationi ad peſtiferos morbos: venenis & vlceribus ſordidis ſuccus & folia commodè illinuntur. Faciem abſterget & defæcat, lentigines delet. Dentibus attrita pituitam elicit; eoque dentium doloribus mulcendis, apoplecticis & conuulſis prohibetur

Minor ſaxifraga folijs rotundioribus Pimpinellæ proximis in agro Britanno & Belgio.



DAVCVS Selinoides ſecundus.
*Aduerſ. 321. 323.*

Roſmarinum ſiue Libanotis prima Theoph. folio Apij paluſtris. Ital. Valdebona vulgò & Saxifragia Venetorum.

DAVCI *ſecundi Selinoidis varietas.* 321.
*ſiue Selinoidis Cordi.*

Perſimilis omni ſua parte; ſed minus exilius: in ſyluis Neruio proximis oritur.

AMMI *Creticum aromaticum.*
*Aduerſ. pag.* 323.



In horto Cortuſi guſtu ſapore Paſtinacę ſem. aromatico prę ualuit.

lege ſtauen, hic minus, pag. 323.

AMMI perpuſillum. Aduerſ. 323.



AMMI Dioſc.

DIOSC. *Vis ei excalfactoria, feruens & exſiccans. Facit ad* tormina, vrinæ difficultatem, ſerpentium ictus, cum vino potum. Menſtrua ciet: miſcetur & rodentibus cantharidum medicamentis, quæ ſeptica vocant, vt inde exortis vrinæ difficultatibus reſiſtat. * Sugillata cum melle tollit. colorem potu aut illitu mutat in † pallorem. Suffitum cum vuapaſſa aut reſina, vuluas purgat.* *Radi Pli. *Ex Pli. †Ex Diſc.

Calidum & ſiccum in fine tertij ordinis Gal. tenuium partium guſtu ſubamarum & acre: & clarum eſt quòd digerat, & vrinam moueat.

*Vuluas purgat*, † ſubdit Plin. Tradunt facilius concipere eas, quæ adolentur id per coitum.

AMMI

*AMMI vulgatius, an Bubonium Hippocr. in morbis mulierum Guil. Aduerſ. pag. 321. 323.*



*ANISVM. Angl. Anete & anyſe. Aduerſ. pag. 322.*



ANISVM.

DIOSC. *Aniſum in ſumma excalfacit, exiccat. oris halitum iucundiorem facit. doloris leuamentum præſtat. vrinam ciet. aquam quæ ſubijt cutem, diſſipat. potum ſitim cohibet. animalium venenis aduerſatur. valet ad inflationes. aluum & alba fœminarum profluuia ſiſtit. Lac ad mammas † elicit. Venerem ſtimulat. Dolores capitis lenat, ſuffitum naribus: cum roſaceo tritum inſtillatumq́; fractis auribus medetur.* lege diſſipantibus & ſeme emittentibus.

† Sethus eadem, & obſtructiones tollit.

Plin. ſubdit: Præcipuum autem eſt ad ructus, ideò inflationibus ſtomachi, & inteſtinorum torminibus, & cœliacis medetur. Singultus & olfactum decoctum potumque inhibet. Potum ſomnum conciliat: calculos pellit. vomitiones cohibet & præcordiorum tumores. Et pectorum vitijs, neruis quoque quibus ſuccinctum eſt corpus, vtiliſſimum. Prodeſt eius & capitis doloribus inſtillari ſuccum cum oleo decocti. Non aliud vtilius ventri & inteſtinis putant, ideò dyſentericis & tenaſmis datur toſtum. Dalion herbarius dedit bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis quoque illinitur recens cum polenta. Sic & infantibus comitiale vitium aut contractionem ſentientibus. Pythagoras quidē negat corripi vitio comitiali in manu habentes, ideóq; quamplurimum domi ſerendum. Parere quoque facilius olfactantes. Soſimenes contra omnes duritias ex aceto viſus eſt. Semine eius poto, laſſitudinis auxilium viatoribus ſpopondit. Strangulationes vuluæ, ſi manducetur & linatur calidum, vel ſi bibatur cum caſtoreo in aceto & melle, ſedat. Vertigines à partu cum ſemine cucumeris & lini pari menſura trium digitorum, vini albi tribus cyathis, diſcutit. Cum vino ſudorem leniter præſtat. Oleum ſtillatitium ad omnia efficacius.

lege

*lege* DAVCVS *Cretenſis.*
*Aduerſ. pag. 323.*

Eadem Gal.

DIOSC. *Omnium ſemen excalfacit potum, vrinam, menſes, & partus extrahit. torminibus liberat: veterem tuſsim mitigat, phalangiorum morſibus potum in vino, auxiliatur. tumores illitu diſcutit. Seminis duntaxat in alijs generibus inualuit vſus: in Cretico, etiam radicis. quæ maximè contra venenatorum iniuriam in vino bibitur.*

Plinius addit: Datur quadrupedibus percuſſis, capitis dolori medetur. Eius radix in vino pota, dyſenteriam ſiſtit. contuſis & euerſis potum duobus obolis, in mulſi cyathis tribus ſubuenit; aut ſi febris adſit, in aqua mulſa. Calculos eijcit: folia omnia tela infixa corpori extrahunt.



1

Siſer Lacunæ.

PASTINACA *Dioſc.* CAROTTA *ſyl. vulgi. Belg.* Wilde Caroten. *Daucus Offic. Ital.* Paſtinaca ſaluatica. *Hiſp.* Canahoria ſaluage. *Ang.* Wild Carot. *Aduerſ. pag. 323.*





PASTINACA ſatiua Dioſ.

DAVCVS Theoph. Germ. Gel Ruben & Gelſam paſtinen Belg. Geel peen & Gal wortelen. Gall. Paſtinades & Carottes iaunes.

Dau-

DAVCVS *ſylueſtris officinarum.*

Notanu. Num Paſtinaca ſatiua vulgaris noſtras, non Dioſc. è Bauciæ Arabum ſiue Campeſtris vel ſylueſtris ſemine nata, ſit Dioſcoridis ELAPHOBOSCVM? & contrà, nũ potius CAROTTA ſyl. ſiue Daucus officinarũ, & CAROTTA ſatiua, ſit Dioſcoridis PASTINACA ſyl. & ſatiua, folio Gingidij, ſubamaro, vmbella Anethi, flore candido, in cuius medio exiguum quiddam cernitur colore purpureo, ferè ad croceum accedente? cuiuſmodi affabrè exprimuntur in floribus Carottæ: flores autẽ Paſtinacæ vulgi, lutei ſunt, quales Elaphoboſci eſſe debent. Radicis magnitudo, demenſuſue nihil obſtat; cùm collibus & calidioribus regionibus ſponte enatam palmaribus cauliculis & exili radice euulſerim: cultu verò & mangonio altius Cichorij modo, quinque aut ſex pedum longitudine pangatur.

DIOSC. *Radix coſta manditur. Semen potum vel impoſitum, menſtrua mouet. ijs conuenit in potione, quos vrinæ difficultas torquet, aut lateralis dolor excruciat, aut ſi aqua cutem ſubijt, ſerpentium morſibus ictibúſque prodeſt. præſumentes id nulla affici iniuria à ſerpentibus traduntur. conceptus adiuuat. Radix vrinam pellit. venerem ſtimulat. partus appoſita, eijcit. Folia trita, & cum melle impoſita, phagedænas vlcerum purgant. Satiua ad eadem pollet, inefficacior tamen, & cibo aptior.*

Eadem Plin. & Gal. Sylueſtris ad omnia potentior. Habet etiam abſterſorium in ſe quippiam: quamobrem paſcentia vlcera quidam folijs eius cum melle, quò pura reddant, illinunt.

Plin. Erraticæ Paſtinacæ ſemen contritum, & cum vino potum, tumentem aluum, & ſuffocationes mulierum, doloreſque lenit in tantum, vt vuluas corrigat. Illitum quoque è paſſo ventri earum prodeſt. Viris verò cum panis portione æqua tritum. Ex vino potum, contra ventris dolores. Pellit & vrinam & phagedænas vlcerum ſiſtit, recens cum melle impoſitum. Vel aridæ farinæ inſperſam radicem eius Dieuches contra iecoris & lienis, ilium, lumborum & renum vitia, ex aqua mulſa dari iubet. Venerem ſtimulari hoc cibo certum eſt: ideò conceptus adiuuare aliqui prodiderunt. Radice eius circumſcalpti dentes, dolore liberantur.

PASTINACA *ſatiua atrorubens.*
DAVCVS *niger Theophraſti. Belg. abſolutè* Caroten. *Gal. &*
*Gallobelgis* Paſtinades & Carotes rouges.
*Germ.* Rot Ruben & Peſtinep.



CARVM. *Angl.* Carawayes. *Belg.* Buccreyeen. *Germ.* Feld kummich. *Hiſp.* Alcarouea.

*Aduerſ. pag. 323.*

GINGIDIVM *folijs Baucia Syriacum.*





DIOSC. *Cari ſemen excalfacit, vrinam concitat, ſtomacho vtile. Os commendat, concoctionem adiuuat. Vtiliter miſcetur antidotis & oxyporis, aniſi vicem prabet. Radix cocta paſtinacæ modo, mandiur.*
Flatus extinguit, & vrinas ciet, non ſemen modò, ſed & planta. Gal.

GINGIDIVM.

DIOSC. *Olus hoc crudum, coctum, conditumúe eſtur magna ſtomachi vtilitate: vrinam cit. Decoctum ex vino potum veſicæ prodeſt.*

Gal. Gingidium ſicut guſtu amaritatem & adſtrictionem præfert, ſic temperie quoque ipſa calidi-
tatem & frigiditatem. Secundum vtramque verò qualitatem deſiccatorium eſt. Sed enim ſtomacho
amicum eſt vt pote non paruam obtinens adſtrictionem. Quamobrem non admodum conſpicuam
caliditatem poſſidet; duobus autem numeris deſiccat.

Gin-

GINGIDII *ſpecies videtur* CEREFOLIVM.
*Angl.* Cheruel. *Aduerſ. pag.* 324.

GINGIDIVM *folijs Baucia Syriacum.*

Hæc dodrantalis planta miſſa Venetias Alepo Syriæ Sequini Martinelli opera: flos illi albus, & ſapor Gingidij, folia verò Bauciæ vel Elaphoboſci minora.

VISNAGA. *Aduerſ.* 324.
*Gingidium Angul.*

VENERIS PECTEN *Plin. an* SCANDIX.
*Angl.* Pinkeneedle & ſtozkes bylI. *Aduerſ.* 324.

*lege lin. re. quam eſſe facie.*





*Plin. lib.* 24. *cap.* 19. Veneris Pecten appellant à ſimilitudine pectinum. Cuius radix cum Malua cu'a omnia corpori infixa extrahit, veternoſa curat: quæ excedum vocatur.

DIOSC. *Sylueſtre olus, amarum, ſubacre, † quod crudum coctumue manditur. Stomacho & ventri vtile eſt. Decoctum in potu, veſica, renibus & iecinori confert.*

† Gal. eadem, ſiccat & excalfacit ſecundo ordine intenſo: vrinam ciet valenter: viſcera obſtructione liberat ex dictis qualitatibus conſtans.

*lege Ceret... proxime ... paulo eſt ... ſcripta ... hitamur.*

PERCHEPIER *Anglorum, an ſit Scandix?*

CAVCALIS albis floribus vulgaris. Aduerſ. pag. 324.325 Germ. Ro= ſzkletten. Lappa agre- ſtis Tragi.



CAVCALIS flore rubro, foliolatiore



OENAN- THE, FILI- PENDVLA.



OENANTHE angustifolia



## CAVCALIS.

DIOSC. *Crudum coctumúe olus estur. vrinam mouet.*

Gal Quidam Daucum ſyluestrem nuncupant: eſt enim ei adſimilis guſtu ſimul ac viribus. excalfacit enim vt ille & deſiccat, tum vrinam ciet, & muria ad repoſitionem conditur. *lege Cerefolij proxima.* ☞ *pau o poſt lege deſcriptam arbitramur.*

Sapor Pectinis venerei, medicatus.

*Varietas.* Floſculis exilioribus, multò candidis: & ſemine loricato minimè horrido, hortis Belgij inquilinus.

## OENANTHE, FILIPENDVLA *dicta*, *an* MOLON Plin.? *Aduerſ. 325.*

DIOSC. *Folia cum mulſo vino pota ſecundas eijciunt. Radix è vino vrinæ ſtillicidio conuenit.*

## OENANTHE *anguſtifolia.*

Exiliore folio ab altera vulgata Oenanthe ſolùm diuerſa.

*Plin. lib. 26. cap. 7.* Molon ſcapo eſt ſtriato, folijs mollibus, paruis, radice quatuor digitorũ, in qua extrema Allij caput eſt. vocatur à quibuſdam SYRON. Ex vino ſtomacho & dyſpnϾæ medetur.

## OENANTHE *Cicutæ facie. Aduerſ. pag. 326.*
*videtur eadem cum* OLSENICHIO *Cordi.*

*lege pag 326. ſitamentia.*

## OENANTHE *aquatica.*
*Oenanthe quarta Matth. Dod.*
*an Sylaus Plin. folio Apij paluſtris?*



Facie & facultatibus inter Crateuę Lauer & Oenanthẽ naturæ dædalæ munifico luxu & luſu media eſt hæc riuulorum ſectatrix ſeptẽtrionalis plãta. Cauliculos emittit graciles, teretes, pedales & cubitales è radice prolixiùs reptante, ſparſa & fibrillis donata: alis & ſummis folijs è gemino ſitu poſitis exilioribus, Oenanthes minoris Monſpelliacæ. Ima verò folia & terræ proxima Apij hortenſis, Oenanthes vel Cicutariæ. Flos in vmbellis, candidus, Thlaſpi minoris: Semen Cicutæ, in riuulorum marginibus, vbi ſpontanea & in hortos tranſlata, radices Oenanthes ritu tuberoſę euadunt. Vrinam cit. Stranguriæ Laueris & Oenanthes modo auxiliatur.

DEI GRA REX ARAGONVM · ALEXANDER · FERDINANDVS

CICVTA. *Hiſp.* Ceguta, Canaheia.



CICVTARIA *maxima Brancienis, an Thapſia tertia Salamanticenſium Cluſio.*



DIOSC. *Cicuta letale venenum eſt, ſuaq; vi refrigeratoria necat. Remedio eſt vini meraculi potus. Succus exprimitur contuſis cacuminibus, priuſquam ſemina & coma ſiccescant; qui ſole denſatur in paſtillos. multus ad medendi rationem vſus eſt aridi. commodè miſcetur collyriis, quæ leuandi doloris gratia temperantur. ignes ſacros, & vlcera quæ ſerpunt, illitu reſtinguit. Herba cum coma trita, & teſtibus circumlita, libidinum imaginationes in ſomno compeſcit, ſed genitale reſoluit. lac puerperarum mammis appoſita extinguit. in virginitate mammas coercet, & increſcere non patitur. pueris præſtat, vt eorum teſticuli cibum non ſentientes, intabeſcant. Efficaciſſima vis Cretica, Megarenſi, mox Attica, & in Chio & Cilicia naſcenti.*

Gal. quòd extremè refrigerantis facultatis ſit, omnes norunt.

CICVTARIA *maxima, an Thapſia tertia Salamanticenſium Cluſio, vulgo* Canaheia: Caule humanæ proceritatis, craſſitie quatuor digitorum, folijs, ſemine & radice Seſeli Peloponenſis longè maioribus, quæ clinicis celebratur ad menſes, vomitus & alias deiectiones ciendas: an num potius Cicutaria noſtra maxima fœtida?

CICVTARIA latifolia fœtidiſſima.



CICVTARIA *fatua. Aduerſ. 327.*
*Cicuta minor Cordi.*

CICVTARIA *latifolia fœtidiſſima, perperam*
SESELI *Peloponenſe quorundam.*

Herbarij ſeptentrionales Belgæ multos iam annos habuerunt Cicutariam hanc, & nondum inuento genuino Peloponenſi Seſeli folio Cicutę latiore & craſſiore (cuiuſmodi huius ſunt) SESELI Peloponenſe folio Cicutę dixere. Facultates tamē reclamant. Vniuerſa namque planta ſimul ac tantillum tangitur, virus halat, qua nota à Peloponēſi Seſeli diſcernitur. Radice craſſa & tota facie Myrrhidem odoram veſcam quadamtenus exprimit; ſed folia latiora, longiora, nigriora, & ſemen breuius Angelicæ vel maximæ Cicutariæ fatuæ par in vmbellis latis excuſſo candido flore. Caulis alis brachiatus, ſeſquicubitum & duos cubitos æquans.

Eius flores non appinximus, quia nondum floruerat hoc anno, quos aliâs daturi in Appendice noſtro.

MYRRHIS *altera parua. Aduerſ. pag. 327.*
*Daucoides minor Cordi.*

MYRRHIS. Aduerſ. 327 Seſeli Peloponenſe Anguil.





CICV-

Cicutaria paluſtris.
*Phellandrium Dod. & Sion tertium.*



Peloponenſe Seſeli maius
*Thapſia latifolia Cluſij & quorundam.*



Nonnullæ ſtirpes Plinij Phellandrium adumbrare videntur. Lutetiani quidam Pigami ſpecies, ſiue pratenſes Rutas, Dodonęus Cicutæ facie Coriandrifoliam plantam aut Cicutariam nõ fætidam, ſcrobibus & foſſis oriundam, Phellandriumq́ Plinianum fecere; cuius nullę meliùs dotes quàm Saxifragiæ noſtræ hircinæ, vti ſuperius pag. 321. monuimus, explere videtur. Dodonęi quippe Phellandrium ſiue tertia Sij ſpecies folijs coriandrinis, Selini hortenſis exilioribus, atrouirentibus, exiguis floribus in vmbellis Oenanthes cicutariæ, candidis. Caulis ferulaceus, multis concauus alis, inanis, geniculatus, binûm & ternûm cubitorum: radice è geniculis fibroſa: & ſemine Cicutæ. Angliæ, Nortmaniæ & Belgij ſtagnantibus, foſſis leneſluentibusq́; aquis plerumque obuia. Cicutarijs quia facie propior, eis annectenda fuit, vſque dum facultates exactiùs ſint compertæ & exploratæ: calida guſtanti, odore Lauris.

Myrris. *Aduerſ. pag. 327.*

Diosc. *Radix cibo non inſuauis; quæ in vino pota, phalangiorum morſibus auxiliatur; cit menſtrua & partus ſecundos, purgatq́, à puerperio fœminas: ſubuenit & phthiſicis † cocta in ſorbitione. Aiunt quoque eandem his die terue potam ex vino in peſtilentiam ſalutarem eſſe; & ne morbi contagia ſentiantur, obſtare.*

† Thoracem ac pulmonem degrauant Gal. Itaque ſecundo ordine calfacit adiunctâ quadã partium tenuitate.

Peloponense seseli.

In Belgij ſtirpium cultioribus & ditioribus hortis Hiſpano ſemine ortum altero tanto maius, maioribus latioribusq́ue folijs & ſemine viſitur.

Diosc. *Folia habet Cicutæ, latiora, & craſſiora: caulem ſupra Maſſilienſis magnitudinem, ferulaceum, & in eius cacumine vmbellam, in qua ſemen latius, odoratum, & carnoſius pendet. Iiſdem viribus præditum eſt, quibus Maſſilienſe.*

Gal. Seſeli & radix quidem, ſed & fructus vſque adeò calefaciunt, vt admodum vrinam mouere queat. Sed & tenuium eſt partium, vt comitiali morbo & orthopnœis competat.

Toro-

Tordilion. Seſeli Creticum.



Tordilium ſiue Seſeli Creticum maius.

Varietas.



Sil monta-



Seſeli Pratenſe Monſpelienſium. Aduerſ. pa. 328.



TORDILION. *Seſeli Creticum. Aduerſ. pag. 328. Ordelion Nicandri Anguil.*

DIOSCOR. *Semen contra vrinę difficultatem bibitur, potu ciet menſes. Succo ſeminis cauliſq; virentis, ternis obolis ex paſſo decem diebus hauſto renes ſanantur. Efficax eſt radix ad ciendas pectoris excreationes, in delinctu cum melle.*

TORDILII, *ſiue* SESELI *Cretici varietas.*

Fruticoſius multò, longioribuſque foliis & bicubitalibus caulibus in pratis Latrenſibus Monſpelliaci agri & Lugdunenſis Galliæ perſœniſecia occurrit. Belgis hortenſe eſt.

E ſeminis magnitudine differẽtia.

SILER *Montanum officinarum. Liguſticum Dioſc. Dodonæo. Seſeli Maſſilienſe Dioſc. Matthiolo. Angl.* Siler montayn. *Germ.* Seſel. *Gal.* Sermontain.

Latiore ſemine breuiore in Belgij hortis variat.

SOPHIA *Chirurgorum, ſiue Thalietrum Dioſc.? Aduerſ. pag. 328. Thalietrum Dod. vel num ſit Eruca Geratina Italorum? perperam Seriphium Germanicum Tragi, Fuch. & Cordi. Germ.* Sophickraut, *&* Welſamen.

*Lege.* *An* CONSOLIDA *Regia, ſiue Calcaris flos recentiorum, ſit* DELPHINIVM *Dioſc.? Chamamelum erantemum perperam Fuchſ. Calcitrapa candida Cordi. Aduerſ. pag. 329. Bel.* Ridder ſporen. *Ital.* Sproni di cauallieri.*





DIOSCOR. *Tritum illitu antiqua vlcera ad cicatricem perducit.*

Gal. Vis ei ineſt exiccatoria citra morſum, itaque vlcera inueterata ad cicatricem perducit.

Potum in aqua ferrata ſanguinis deiectiones ſiſtit. Cancro mederi aſſerunt Germani.

*Vires ex Trago.* Calidæ & ſiccæ temperaturæ, internis corporis partibus, & ad chirurgicam accommodatiſſimum. Singulari enim experimento obſeruatum eſt, ſemen eius, quemadmodum Plantaginis alui fluxiones quaſuis cohibere cibo & potu. Multi etiam crediderunt oſſium confractiones (modò illa rite redintegrentur, ac reponantur) in pecoribus ſanari, quamprimum herba & ſemen affectæ parti adalligentur.

Leg. pa. 329 [illegible]

Herba in vino decocta & pota lumbricos expellit, ſiue & alia lubricorum ſemina. Tuſa & impoſita, aut eius ſuccus inſtillatus vermes è ſordidis vlceribus & vulneribus hominum & pecorum expellit, & oſſium confractionibus, vti Symphytum medetur.

*CONSOLIDA hortenſis maior, flores etiam albos promit.

DELPHI-

## DELPHINIVM.

DIOSCOR. *Semen in ſiliquis milio proximum, quo nō aliud vtilius bibi poteſt, ab ſcorpione percuſſis. Aiunt enim obiecta herba, ſcorpiones reſolui atque ignauos torpeſcere: ſemota verò ea, ſeſe recolligere.*

*Alterum ſuperiori ſimile, ſed foliis & ramis longè gracilibus. viribus eiſdem pollet, ſed non ita efficacibus.* lege florum cucullata infundibula, lin. 21.

*Segetum* CONSOLIDA *regia ſtrigoſior tota. Aduerſ. pag. 329.*



MELANTHIVM, *ſiue Nigella Romana odora. Aduerſ. pag. 329. Germ.* ſchwartz coriander. *Hiſp.* Neguilla, & Alipiure. *Ital.* Niella.



*Varietas.* Viſitur & hæc albis & rubentibus floribus in horto Mutoni noſtri.

## MELANTHIVM.

DIOSCOR. *Semen panibus inſpargitur. Capitis doloribus illitum fronti, ſubuenit. Diſcutit recentes oculorum ſuffuſiones, tritum ex irino & infuſum naribus: tollit lepras, lentigines, duritias, tumoreſq́; vetuſtos, cum aceto illitum. Circumſcarificatos clauos excutit, cum vetere vrina impoſitum. Dentium doloribus decoctum cum aceto & teda, prodeſt. Teretes ventris* [b] *tineas expellit perunctio ex aqua vmbilico. Deſtillatione laborantes adiuuat, tritum in linteo,* [a] *& olfactum. vrinam & menſtrua* [c] *ciet, multis diebus ſumptum. & lac extrahit. difficultatem ſpirandi cum vino ſumptum leuat. Phalangiorum morſibus ex aqua, drachmæ pondere hauſtum auxiliatur. Incenſo ſerpentes fugantur. Tradunt largius epotum enecare.*

[a] Eadem Gal. Quia excalfacit atque deſiccat tertio ordine: videtur etiam tenuium eſſe partium. Si intro in corpus ſumatur, vel maximè flatus extinguit. vnde conſtat eſſentiæ ipſum eſſe ſubtilis, & ad vnguem à caliditate elaboratæ. Propterea ſanè etiam amarum eſt. [b] Oſtenſum verò in quarto horum voluminum eſt quod cùm ad extremam tenuitatem atque elaborationem terrena pertingit ſubſtantia, amara proueniat qualitas. Itaque mirum non eſt ſi lumbricos interimat non eſum modò, ſed etiam foris ventri impoſitum. Siquidem & id præſtare poſſe ſaporem amarum, monſtratum eſt.

[c] Gal. Qui ob craſſitiem aut viſcoſitatem retenti fuerint. In ſumma verò, vbi ſectione, extergione, deſiccatione, excalfactione eſt opus, præſtantiſſimum id remedium eſt.

Melanthium ſylueſt.



**Melanthium** *ſylueſt.*
*Aduerſ. pag. 329.*
*Cuminum ſylueſt. Cordi.*

**Melanthium** *ſylueſt. alterum capitulis referens Aquilegia. Aduerſ. pag. 329.*



Cuminum Dioſc.



**Cuminum** *Dioſc. Satiuum & ſylueſt.*
*Aduerſ. pag. 330.*
*Belg. & Angl.* Commijn. *Hiſp. & Ital.* Comino.

Dioscor. *Cuminum ſatiuum ori gratum eſt, ſed multo magis Aethiopicum, quod Hippocrates regium appellauit. ſecundum locum tenet Aegyptium. reliqua ſequuntur. Prouenit in Galatia, in Aſia, Cilicia, & Terentia, & pleriſque aliis tractibus. Excalfacit, adſtringit, exiccat. ad tormina inflationeſq́; conuenit, coctum & cum oleo inditum, aut cum hordeacea farina illitum. orthopnoicis datur in poſca: demorſis à ſerpente, in vino. teſtium collectionibus auxiliatur, impoſitum cum vua paſſa, aut lolii farina & cerato. menſium abundantiam inhibet, contritum cum aceto, & naribus obiectum, ſanguinis profluuia ſiſtit. colorem bibentium aut perunctorum mutat in pallorem.*

## SYLVESTRE *Cuminum.*

*Semen acerosum, guſtu Satiuo acriore. bibitur ex aqua, aduerſus tormina inflationesq́; item contra venenatas beſtias, ex vino, ſingultus ex aceto ſedat. ſtomacho vtile, quem humor vexat. ſugillata tollit, ſi mandicatum cum melle & vua paſſa illinatur. teſtium inflammationibus, adiectis eiſdem illitum medetur.*

*Eſt & aliud Sylueſtris Cumini genus, Satiuo non diſsimile, quod à ſingulis floribus penſilia promit cornicula, in quibus ſemen eſt melanthio ſimile. Quod potum omnium ſerpentium morſibus præſidio eſt. calculoſis & iis qui vrinæ ſtillicidio vexantur, aut concretum ſanguinem cum lotio reddunt, auxiliatur, ſed apij ſemen ſeruefactum poſtea bibendum eſt.*

Gal. Cumini ſemine maximè vtimur, quemadmodum aniſi, liguſtici, cari, petroſelini. Eſt verò & facultatis excalfacientis, ſicut illorum vnumquodque, tum vrinam mouentis & flatum extinguentis; ex tertio ordine excalfacientium.

CVMINVM *ſylueſtre alterum Dioſc. Italorum.*
*Hypecoum Cluſij & Dodonæi.*
*Cuminum ſyl. Matth. alterum.*



NVCVLA *terreſtris. Aduerſ. pag. 331. & 325.*
*Apios Turneri Angli, an Bunion Dioſc.?*
*& Bulbocaſtanum Tralliani? Angl.* Earthnuts.
*Perperam Oenanthe Matth.*



Eadem eſt hæc effigies cum corniculata plantula deſcripta pag. 331. Aduerſariorum; arido ſolo Galloprouinciæ eruta & à pictore deprauata: cuius ſemen olim Maſſilia in Belgium tranſmiſi, vbi feliciter enatam, ſculpendam curauit Cluſius noſter. Foliis eſt Rutulæ ſyl. montanæ aut Melanthij, flore luteo.

## NVCVLA *terreſtris.*

DIOSCOR. *Excalfacit Bunion. vrinam ciet. ſecundas detrahit. lieni, renibus, & veſicæ vtile. ea bibuntur aridæ vtuntur, exempto radice & caulibus ſucco, ex aqua mulſa.*

Trallian. lib. 7. Bulbocaſtani radix calida & ſicca moderatè, ſimul & adſtringens percipitur, ſed efficacius ſemen.

Sanguinem ſpuentibus & mingentibus vtilis Dod.

Ἑλειόχρυσον. *Gaza vertit Aurelium. Aduerſ. pag. 331.*
ELICHRYSON. *Amaranthus Galeni.*
*Hiſp.* Scoba hedionda. *i. Scopa fœtida*
*C. Cluſio interprete.* *

Leg. lin 17. *ſiue aureus flos.*

MILITARIS, *ſiue Milleſolium terreſtre vulgare,*
*eſt* STRATIOTES *Milleſolium Dioſc.*
*Aduerſ. pag. 333.*



Leg. pa. 332. lin 1. *floris.*



*DIOSCOR. *Contra ſerpentium ictus, coxendicum dolores, vrinæ ſtillicidia, ruptaq́ꝫ, coma è vino pota opitulatur. ciet menſes. Sanguinem concretum ventris ac veſicæ abſumit, pota cum mulſo. ieiunis, trium obolorum pondere, ſiſtit deſtillationes, data in vino albo diluto. veſtibus inſeritur, vt eas ab erodentium iniuriis tueatur.*

Gal. Amarãthum facultatis eſt incidentis & extenuantis: coma igitur eius menſes cum vino pota educit; ſed & grumos ſanguinis liquare ac ſoluere creditur; non ſolùm in ventre, ſed & in veſica: ſed tunc potius cum mulſo bibenda. Et omnes ſimpliciter fluxiones pota deſiccat, ſtomacho infeſta.

SANGVISORBA. *Bipinella noſtras, an* SIDERITIS *altera Dioſc.? Aduerſ. pag. 332. & 320.*

DIOSCOR. *Huius ſeminis vis, foliorumq́ꝫ, ad vulnera, præcipua eſt.*

SIDERITIS *Robertiana. Aduerſ. pag. 332. Heraclea Cratenæ Dioſc.*

DIOSCOR. *Guſtanti amara. Huius ea vis eſt, vt quamuis recenti vulneri impoſita, ſanguinem ſupprimat.*

Gal. Sideritis habet quidem etiam abſtergendi quandam facultatem; ſed plurima eius pars humida eſt, & mediocriter frigida: paucula verò ineſt adſtrictio: quare phlegmonen ſedat & glutinat.

SIDERITIS *Achillea Dioſc. Aduerſ. pag. 332. Stratiotes millefolia Dod. editione vernacula.*

DIOSCOR. *Trita coma ſanguinolenta glutinat, & ab inflammationum periculo tuetur. Erumpentem ſanguinem inhibet, & cruenta vuluæ profluuia, in vellere. Decocto quoq́ꝫ inſidens fœmina fluxione vuluæ laborantes. Ad dyſenteriam bibitur.*

Gal. Quidam etiam vocant Achilleon Sideritin, quæ propoſitæ quidem, quod ad iam dicta attinet, viribus non eſt diſſimilibus; cæterum adſtrictione exuperat. Quare ad ſanguinis eruptiones, dyſenterias & muliebre profluuium congruit.

MILITARIS, *ſiue Milleſolium.*

DIOSCOR. *Eximij vſus ad vlcera vetera, recentiaq́ꝫ, profluentem ſanguinem, & fiſtulas.*

MILLEFOL-

Varietas.

Millefolivm *terreſtre purpureis floribus. Aduerſ. pag. 333.*



Gal. Terreſtris verò Stratiotes nonnihil habet adſtrictionis: proinde ſanè & vlcera glutinare poteſt, & vlceribus eſſe vtilis. Sunt qui eo & ad ſanguinis eruptiones vtantur, & ad fiſtulas.

Millefolivm *luteum. Aduerſ. pag. 333. Achillea luteo flore C. Cluſij. in agro Nemauſenſi plurimum.*



Pedicvlaris.

Regione ſu-perius proxi-me Alliariā picta. [illegible]



Pedicvlaris *Alectorolophos. Aduerſ. pag. 334. Fiſtularia Dod.*

Tanacetum.



Tanacetvm. *Aduerſ. pag. 334. Angl.* Tanſy. *Ger.* Reinfarn. *i. filix in ripis naſcens. Ital.* Tanaceto. *Arthemiſia monoclonos Fuchſ. Athanaſia & Arthemiſia tertia ſpecies Ruellio.*

*Specioſius* Tanacetvm *criſtatum Anglicum. Aduerſ. pag. 335.*



Tanacetum nõ odorum.



Tanacetvm *non odorum. Aduerſ. pag. 335. Porporum Sydonis italorum.*

Matricaria

DEI GRA REX ARAGONUM · ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

*MATRICARIA noſtras. Aduerſ. pag. 335. Artemiſia tenuifolia Fuchſ. Ger.* Mutterkraut. *Angl.* Feuerfew, *&* Fedderfew. *Ital. & officinis*, Amarella, *&* Matricaria. *Belg.* Moedercruyt, *&* Mater. *Gal.* Matricaire, *&* eſpargoutte.



*ABSINTHIUM vulgare. Ponticum Ruellij.*



DIOSCOR. *Abſinthium, aliqui bathypicron, herba vulgo cognita. Præſtantius in Ponto & Cappadocia, in monte Tauro naſcitur. Vim habet calfaciendi & adſtringendi. bilem expurgat, * quæ & ſtomacho & ventri inhæſit. vrinam cit. crapulam præſumptum arcet. ad inflationes ventris, & ſtomachi dolores prodeſt, cum ſeſeli & nardo gallico potum. faſtidia diſcutit. arquatos ſanat madefacti dilutum, aut decocti ius, quotidie tribus cyathis hauſtum. menſes cit potum, aut cum melle appoſitum. Contra fungorum ſtrangulationes conuenienter ex aceto bibitur. aduerſatur ixiæ veneno cum vino, item cicutæ, & muris aranei morſibus, & draconi marino. anginæ eo cum melle & nitro perunguntur, & epinyctides ex aqua, ad ſugillata & oculorum caligines ex melle illinitur: item auribus, ſi manat ſanies. dentium auriumque dolores decoctum vaporis ſuffitu compeſcit. decoctum in paſſo dolentibus oculis oblinitur: item præcordiis & iocineri, tritum cum cerato cyprino: ſtomacho quoque longa valetudine laboranti, cum roſaceo. cum ficis cutem, aceto & loliacea farina aqua inter cutem lienoſiſque ſubuenit. Vinum ex eo fit, quod abſinthitem vocant, præſertim in Propontide & Thracia. quo ad antè dicta vtuntur, cum febri carent. alioquin in æſtate propinant, & acceptam huic vino incolumitatem referunt. Inſparſum arcis abſinthium, veſtes ab erodentium iniuria vindicat. culices ex oleo perunctum abiget, & à corpore arcet. atramentum librarium diluto eius temperatum, literas à murium eroſione tuetur. Exiſtimatur liquamentum eoſdem præſtare effectus. Attamen potionibus improbatur, quoniam ſtomachum malè habet, & capitis ciet dolorem. Sunt qui cocta amurca, liquamentum adulterant.*

* Gal. Adſtrictoriam, & amaram, & acrem ſimul qualitates poſſidet excalfaciens pariter & extergẽs, & roborans & deſiccans; proinde bilioſos ventris humores per egeſtionem inferiorem propellit, ac per vrinas euacuat. Magis autem quod in venis eſt bilioſum per vrinas expurgat. Ob hæc contentam in ventre pituitam nihil adiuuat ſumptum: ſic ſanè ſi in thorace aut pulmone continentur. Nam adſtringens in eo facultas, quàm amara, valentior eſt. Porrò quod inſit quoque acrimoniæ, ideirco maiori portione calidum eſt quàm frigidum. At ſi opus eſt generatim comprehenſam eius temperiem ſecundum primas circumſcribere facultates (& ſi anomœomeres & diſſimilare ſit) calidum ipſum dixerim primi exceſſus, ſiccum tertij. Succus autem eius longè quàm herba calidior eſt.

Gal. Abſinthium Seriphio Santonico & Abrotano minùs calidum, nempe plurimam obtinens adſtrictionem. Quod cùm ſit & minùs quoque tenuium quàm illa partium, & vtique minori etiam quam illa, ad eundem modum extenuandi facultate: attamen non minùs deſiccatorium eſt. At cæterorum Santonicum, proximam habet facultatem. Seriphio paulo imbecillius in extenuando & calfaciendo deſiccandóque. Porrò ipſum Seriphium Abrotano minùs eſt calidum; verùm calidius Abſinthio, ſtomacho impendiò inimicum, nempe cum amaritate ſalſedinem quandam præſeferens: ſed & quandam licet minimam adſtrictionem obtinet. ſic & Abrotonon & Santonicum admodum infeſta ſunt ſtomacho.

### ABSINTHII *Pontici multa ſimilitudines & varietates.*

Quia foliorum demenſus, parilitáſue & odor doctos magnoperere torſerunt, Turnerus Anglus quoddam Abſinthium in Apeninis Italiæ montibus foliis minoribus à ſe repertum poſteritati Anglico idiomate prodidit; cui aliud minimum & tenuifolium quoddam genus etiam ſubdunt & ſtatuunt; qualia hodie etiam ſtudioſè alunt, & cæteris præferunt de dote aromatica & iucundo remiſſóve amarore, ventriculo & viſceribus gratiore, doctiſſimi pharmacopœi P. Coldenbergius & Ioannes Mutonus. At ſuperiùs docuimus εὐωδίαν, non gratiam odoris vel ſuauitatis, ſed fragrantiam & vehementiam plerumque indicare; & potentiore id pollere facultate, cuius ope potentius agit. Amari autem eſt aperire, abſtergere, vrinas ciere, & bilem purgare.

### PONTICVM *ſupinum herbariorum.*

Alterum quippe horum Ponticum ſupinum vocant, vt cuius cauliculi procumbant: folio & ſemine Abſinthij arboreſcentis mox infrà deſcripti. Odor ſuauiſſimus, guſtus aromaticus, amaricans.

### PONTICVM *Tridentinum Herbariorum.*



Ex Ponti & Tauri montibus & Romania nobis & Tridentinis [illegible] affertur, cuius omnium minima folia ſunt albida, aromatica, adſtringentia & ſubamara.

ABSINTHIVM

ABSINTHIVM *arboreſcens.*
*Abſinthium del Comaſco Anguillara.*



ABSINTHIVM *album, capitulis ſquamoſis, floribus albis, vmbella Achillea montana.*



Vulgari non ita folio & flore diſſimile; ſed fruticis arboreæ habitu, Abrotani modo hominis proceritatem adipiſcitur: candidiore & minore paulò folio ſemper virente. In Belgio aliquando emoritur ob hyemis & cæli inclementiam. Guſtu amaro, aromatico, odore non ingrato.

ABSINTHIVM *album.*

Rarius multò hoc Abſinthij genus in Belgio, Gallia, Anglia, & Italia, nulli dum memoratum ſcriptori: vni C. Cluſio noſtro agnitum, & D. Dilſio Viennæ Auſtriæ tranſmiſſum. folio Chryſanthemi diuiſura, Arthemiſiæ marinæ concolori in cauliculo dodrantali. flos albus Parthenij in vmbellis ſenis foliolis: guſtu ſubadſtringit, nonnihil amaricat.

ABSINTHIVM *vmbelliferum alterum italicum. Ital.* Aſſenzo ombelifero.

Ne hoc quidem adhuc literis proditum, quippe non frequens obuium vel minus notum; ortu, colore incano & habitu ipſo non ita diuerſum cum ſuperiore, ſed omnia exiliora multò. Cauliculos plures ſpithameos emittit, ſummis floſculos in glomeratis capitulis incanis gerens. Itali ſtirpium exploratores, à quibus ſtudioſè alitur, Vmbelliferum Abſinthium dixere. folia amara Abſinthium Ponticum Tridentinum, non multum magnitudine ſuperant. Varietas.

SERIPHII *Abrotani fœminæ facie differentia.*
*Aduerſ. pag. 336. & 337.*
*Santonicum maius Cordi.*
*Santolina Dod.*

*Dioſc. Galaticum Sardonium* ABSINTHIVM,
*Perperam* SANTONICVM *vulgi,*
*eſt Abſinthium* ROMANVM *officinarum falſo creditum.*
*Abrotanum candidum Cordi. & fœmina Fuchſ.*
*foliis & ſimilitudine quadam Achillea,*
*Ponticum Abſinth. Dod. & Fuchſ.*
*Santonicum Ruellij. Aduerſ. pag. 337.*





Huius ſex varietates in horto alebat noſter Ioannes Mutonus, quarum pars foliis eſt Chryſocomes Monſpelliacæ anguſtifoliæ; pars verò foliis criſtatis Chamæcypariſſi, Sabinæ vel Ericæ, minutis. Ex Hiſpania & Galloprouincia Belgij inquilina facta ſunt. Horum nullum eſt officinarum Semen ſanctum, ſiue contra vermes, vt credidit D. Dodonæus.

*Seriphium Galloprouinciæ. Aduerſ. pag. 337.*

Succeſſu temporis degenerat: fragrantia, tomento & candore exuitur in Belgij & Angliæ viretis.

*Marinum* ABSINTHIVM, *ſiue* SERIPHIVM.

DIOSCOR. *Herba eſt tenuis, abrotani parui ſimilitudine, referta minutulis ſeminibus, ſubamara, ſtomacho inimica, ea grauiter olet, & cum quadam calfactione adſtringit, per ſeſe aut cum oryza cocta, interaneorum animalia, teretesq; tineas, adiecto melle enecat. aluum leuigat. cum edulio autem vel lenticula decocta, eadem præſtare poteſt. pecora maximè pingueſcunt hoc pabulo. Tertium genus abſinthio aſsignatur, quo Gallia alpibus finitima ſcatet. id patrio*

Santonicū. *nomine Santonicum vocant, regionis in qua naſcitur cognomento, abſinthio non diſsimile, verùm ſubamarum eſt, non adeò ſeminis fœcundum. Eadem quæ Seriphium poteſt.*

Gal. Non æquè vt Abſinthium adſtringit; & plus excalfacit, amaritatemque quandam cum ſalſedine reſipit. Stomacho infeſtum eſt, magiſque abſinthio lumbricos necat, ſiue foris impoſitum, ſiue intrò in corpus aſſumptū. Et ſanè calfacere ipſum in ſecundo ordine intenſo cenſendū eſt, exſiccare in tertio.

SERIPHIVM *vulgare, Dioſcoridis perperam putatum.* ARTEMISIA *marina tenuifolia.*

Artemiſiam tenuifoliam potius refert, minutiſſimis inciſis foliis albis, ſemine & floribus; odore Lauendulæ & Abrotano proximis vel Artemiſiæ marinæ.

ABSINTHIVM *inſipidum.*

Abſinthio Pōtico ſupino folio, ramulis & florib. quodāmodo ſimile, ſed guſtus & amaritudinis expers.

XANTONICVM *vulgare, è Xantonum Gallorum agro, Saintonge vernaculè.*

Seriphio vulgari non itā abſimili, longiore & viridiore folio, ingrati & saporis & grauioris odoris. Belgis hortenſe apud Ioannem Mutonum noſtrum.

SERIPH

SEMEN Sanctum. Barbotine Gallorum. Aduerſ. pa. 337. Ital. Semenzina.



*Aliud peregrinum ſiue* ÆGYPTIVM ABSINTHIVM. *Aduerſ. pag.* 337.





CAPNOS. *Aduerſ. pag.* 338. *Angl. Fumaterry.* *Ital.* Fumoterra.

DIOSCOR. *Succus claritatem facit* * *oculis, delacrymationemq́; vnde nomen traxit. Illitus cum gummi euulſas palpebras renaſci prohibet. Commanducata herba biliosam vrinam* † *trahit.*

* Eadem Gal. & Plin. † Gal. addit: ſanatque iecoris obſtructiones & debilitates: quia acris ſimul & amaræ qualitatis eſt particeps: nec tamen planè expers eſt acerbè. Plebeias quidam ea vti ſolebat ad ſtomachum roborandum, vinoque ventrem lubricandum. Siquidem herbam primùm ſiccatam condebat: dein cùm vti volebat ſubductionis quidem gratia melicrato inſpergebat; roborandi verò cauſa, vino nimirum diluto.

Plin. lib. 26. cap. 7. Capnon herbam qui edêre, bilem per vrinam trahunt.

Serum humoris aduſti & melancholici ducit, necnon pituitoſum additis Stœchade, Zingibere, Betonica, Selino, Marathro, & huiuſmodi pituitã concoquentibus & præparantibus.

pa. 339. Lac…

*SERIPHI I Abrotani fœminæ facie differentia.*
*Aduerſ. pag. 336. & 337.*
*Santonicum maius Cordi.*
*Santolina Dod.*



*Dioſc. Galatium Sardonium ABSINTHIVM.*
*Perperam SANTONICVM vulgi,*
*eſt Abſinthium ROMANVM officinarum falſo creditum.*
*Abrotanum candidum Cordi. & fœmina Fuchſ.*
*foliis & ſimilitudine quadam Achillea,*
*Ponticum Abſinth. Dod. & Fuchſ.*
*Santonicum Ruellij. Aduerſ. pag. 337.*



Huius ſex varietates in horto alebat noſter Ioannes Mutonus, quarum pars foliis eſt Chryſocomes Monſpelliacæ anguſtifoliæ: pars verò foliis criſtatis Chamæcypariſſi, Sabinę vel Ericæ, minutis. Ex Hiſpania & Galloprouincia Belgij inquilina facta ſunt. Horum nullum eſt officinarum Semen ſanctum, ſiue contra vermes, vt credidit D. Dodonæus.

*Seriphium Galloprouinciæ. Aduerſ. pag. 337.*

Succeſſu temporis degenerat fragrantia, tomento & candore exuitur in Belgij & Angliæ viretis.

*Marinum* ABSINTHIVM, *ſiue* SERIPHIVM.

DIOSCOR. *Herba eſt tenuis, abrotani parui ſimilitudine, referta minutulis ſeminibus, ſubamara, ſtomacho inimica. ea grauiter olet, & cum quadam calfactione adſtringit. per ſeſe aut cum oryza cocta, interaneorum animalia, teretesq; tineas, adiecto melle enecat. aluum leniter. cum edulio autem vel lenticula decocta, eadem præſtare poteſt. pecora maximè pingueſcunt hoc pabulo. Tertium genus abſinthio aſſignatur, quo Gallia alpibus finitima ſcatet. id patrio* Santonicū. *nomine Santonicum vocant, regionis in qua naſcitur cognomento, abſinthio non diſſimile, verùm ſubamarum eſt, non adeò ſeminis fœcundum. Eadem quæ Seriphium poteſt.*

Gal. Non æquè vt Abſinthium adſtringit; & plus excalfacit, amaritatemque quandam cum ſalſedine reſipit. Stomacho infeſtum eſt, magiſque abſinthio lumbricos necat, ſiue foris impoſitum, ſiue intrò in corpus aſſumptū. Et ſanè calfacere ipſum in ſecundo ordine intenſo cenſendū eſt, exſiccare in tertio.

SERIPHIVM *vulgare, Dioſcoridis perperam putatum.* ARTEMISIA *marina tenuifolia.*

Artemiſiam tenuifoliam potius refert, minutiſſimis inciſis foliis albis, ſemine & floribus; odore Lauendulæ & Abrotano proximis vel Artemiſiæ marinæ.

ABSINTHIVM *inſipidum.*

Abſinthio Pōtico ſupino folio, ramulis & florib. quodāmodo ſimile, ſed guſtus & amaritudinis expers.

XANTONICVM *vulgare, è Xantonum Gallorum agro, Saintonge vernaculè.*

Seriphio vulgari non ita abſimili, longiore & viridiore folio, ingrati & ſaporis & grauioris odoris. Belgis hortenſe apud Ioannem Mutonum noſtrum.

Semen Sanctum. Barbotine Gallorum. Aduerſ. pa. 337. Ital. Semenzina.



*Aliud peregrinum ſiue* ÆGYPTIVM ABSINTHIVM. *Aduerſ. pag.* 337.





CAPNOS. *Aduerſ. pag.* 338. *Angl. Fumeterry. Ital.* Fumoterra.

DIOSCOR. *Succus claritatem facit * oculis, delacrymationemq́; : vnde nomen traxit. Illitus cum gummi euulſas palpebras renaſci prohibet. Commanducata herba bilioſam vrinam † trahit.*

* Eadem Gal. & Plin. † Gal. addit: ſanatque iecoris obſtructiones & debilitates; quia acris ſimul & amaræ qualitatis eſt particeps: nec tamen planè expers eſt acerbè. Plebeius quidam ea vti ſolebat ad ſtomachum roborandum, vnaque ventrem lubricandum. Siquidem herbam primùm ſiccatam condebat: dein cùm vti volebat ſubductionis quidem gratia melicrato inſpergebat; roborandi verò cauſa, vino nimirum diluto.

Plin. lib. 26. cap. 7. Capnon herbam qui edêre, bilem per vrinam trahunt.

Serum humoris aduſti & melancholici ducit, necnon pituitoſum additis Stœchade, Zingibere, Betonica, Selino, Marathro, & huiuſmodi pituitã concoquentibus & præparantibus.

Capnos tenuifolia.



CAPNOS *tenuifolia cauliculis ſurrectis.*
*Aduerſ. pag. 338. Hiſp.* Palomilla.

*Varietas.* Hæc eadem Belgicis in viretis noſtris caducis & procumbentibus cauliculis oritur vbi ſemel ſata fuit. Semen compreſſum ſubluteum: flos hilari purpura rubet.

CAPNOS *alba latifolia.*
*Splith album quorundam.*



Fumaria lutea mõtana.



*Varietas.* Floribus albis & latioribus foliis in ſegetibus Cornubiæ, & ſylvoſis agrorum marginibus Brabantiæ prouenit: capreolis ſepes attepit.

Κορυδάλλις. FVMARIA *lutea montana,*
*ſiue* SPLITH.
*Chelidonium Capnites Aetij.*
*Corydalis Anguil.*

Vrinas ſtrenuè cit, Anguillara teſte.

Radix Cava herbariorum, ſiue Bulboſa Fumaria Plin. Aduerſ. 338. & 339.
Perperam Piſtolochia Fuchſ. Germ. Holwurtz. Belg. Holwortele. Gal. Racine creuſe.
Chelidonia phragmitis, Capnium Aetij, & Capnos phragmitis Plinij Cordo.



Fabacea radice Capnos altera.
Aduerſ. pag. 339.



Radix amara, exceſſu ſecundo calida, & ſicca. Digerendo, abſtergendo & defluxiones inhibendo, anginis & laringum tumoribus gargarizatã prodeſt, pituitãmque exterget.

Fabacea radicis Fumariæ varietas.

Herbaceis florum rudimentis variat in hortis G. Drieſch & Mutoni.

Chelidonium maius. Aduerſ. 339. Num Virga Tinctoris Auicen.?
Ital. Celidonia maggiore. Hiſp. Celidonia & yerua de las golondrinas.

Dioscor. Succus in æreo vaſe, cum melle prunis decoctus, oculis claritatem adfert. Folijs, caule, radice, ſuccus exprimitur ineunte æſtate, & ſiccatus in vmbra digeritur in paſtillos: Radix cum aniſo & vino albo pota, medetur regio morbo, & vlceribus quæ ſerpunt, impoſita cum vino, aut manducata, dentium dolorem ſedat. Hoc nomen ſibi videtur vendicaſſe, quòd aduentu hirundinum exoriatur, & diſceſſu emarceſcat. Sunt qui narrent, hirundines matres excæcatis pullis admota herba viſum reſtituere.

Eadem

Eadem Plin. & Gal. Admodum extergentis & calidæ facultatis eſt: vtq; in quibus craſſum quiddam in pupilla colligitur diſcuſſione indigens, & ad acuendum viſum ſuccus eius commodus eſt.

Et cicatrices extenuat Plinio. albugines etiam iumentorum.

*Eſſentia Chelidonij Theophraſticè.*

Chelidonij herba recens adhuc cum floribus & radicibus ſimul pultis inſtar contunditur, inditurque ampullæ, & in fimo equino per menſem maceratur. Deinde in balneo humor ad fæcum ſiccitatem vſque extillatur: poſtea hæ conterantur in puluerem, & humore paulò antè prolecto, perfunditur. Ruſuſq; diebus triginta in fimo maceratur, vt prius. tunc ex cineribus calidis deſtillatur, ſeparaturq; aqua ab oleo: quod Chymici verã Chelidonij eſſentiam appellant. Ex fæcibus in cinerem redactis cum aqua ſal elicitur, atque hoc modo tria illa ſimul principia Paracelſi conficiuntur, quorũ apud Chimicos vtilitas ad multa commendatur. (G. Andern.)

AQVILINA. *Aduerſ. pag. 339.* *Ital.* Aquileia & Celidonia ſaluatica. *Lege, num ſit Pothos Theoph. Leontoſtomi Geſneri, ſiue Leo herba Dod.*





CHELIDONIVM ...



AQVILA ... pleni ...

Varietas.

Tragus & Matth. ſeminis ℈. j. cum croci obolo ex vino, obſtructis hepate & veſica, ſellea regio morbo vtiliter dari aſſerunt.

Ad peſtiferam luem commendatur.

ARTEMISIA



DIOSC. *Vtraque excalfacit, extenuat, feruefacta conuenienter in muliebres deieſſus adijciuntur, ad detrahendos menſes, partus, ſecundáſque, item ad præcluſiones vuluæ, & eiuſdem inflammationes, calculos comminuit, remoratam vrinam cient, menſes pellunt pubi illitæ. Succus vuluæ inditus ex myrrha, eadem quæ inſeſſo trahit. Coma tribus drachmis eorundē educendorum gratia bibitur.* lege leptophyllō, lin. 18.

Gal. ad renum calculos mediocriter, & ad vteri fomentationes proſunt.

Addit Pli. eandem quoque ſecum habentibus, negant nocere mala medicamenta, beſtiamúe vllam, ne ſolem quidem. Bibitur & hæc ex vino aduerſus opium. Alligata priuatim potens traditur, potaúe aduerſus ranas. Alligatam qui habet viator negatur laſſitudinem ſentire. Eād? Apul.

APVL. Hijs virtutibus prædita eſt: herbam Artemiſiam monoclonon, ſi quis iter faciens ſecū in manu portauerit, non ſentiet itineris laborem. Fugat & dęmonia in domo poſita, & prohibet mala medicamenta, & auertit oculos malorū hominū. Herba Artemiſia monoclonos tuſa cum axungia & impoſita, pedum dolorē tollit. Piſata & in puluerem redacta, cum aqua mulſa potui data, inteſtinorum dolorem ſedat.

Ad ſtomachi dolorem: herbam Artemiſiam leptaphyllon tuſam & cum oleo amygdalino bene ſubactam more malagmatis induces panno mundo, & impones ſtomacho, quinta die ſanabitur. Ad neruorum dolorem atq; tremorem: Artemiſiæ leptaphylli contritæ ſucco expreſſo, & mixto cum oleo roſaceo, ſi per ūges eos, deſinet tremor, & omne vitium tolletur.

ARTEMISIA marina Ad. uerſ. 341.



ARTEMISIA marinæ ſuperioris folia inciſa, quorū manifeſtas inciſuras pictor omiſerat. Aduerſ. 241.



ARTEMISIA *marina.*
*Abſinthium anguſtifolium Dod.*
*Perperam herbariorum Abſinthium odore Lauendulæ.*

Videtur Pliniana ſuauis odoris: odor ille quippe Lauendulæ & Abrotani maris ferme.

Vera Artemiſiæ marinæ folia habent manifeſtas inciſuras, quæ littoreis natalitijs conſpiciuntur, & nonnunquam etiam in hortis. plura require in Abrotano fœmina pag. 341.

lege lin. 9. inciſura, Portulacæ marinæ &c.

AMBROSIA *ſatiua hortenſis procerior.*
*Aduerſ. pag. 341.*



lege folia Rutæ, lin. 24.



Ambroſ. ſpontanea anguſti.



Ambroſia tenuifolia.

Ambroſ. altera Mat.

Eadem Gal.

AMBROSIÆ *varietates.*

In triplici differentia eſt Ambroſia, quarũ hortenſis propter cultum campeſtrem & ſponte enatam foliorum magnitudine longè ſuperat. odor, ſapor, habitus non diuerſa.

AMBROSIA *tenuifolia: Abrotani vel Artemiſiæ leptophylli ſpecies fortè.*

Ambroſijs hęc facie cognata, ſed folio & floribus multò minoribus: nec alius aut odor aut ſapor illi.

DIOSC. *Vi eius reprimere ac repellere, & illita adſtringere humores, qui in aliquam partem incumbunt.*

**ABROTANVM** *fœmina.*
*Chamæcypariſſus Plin. Herbariorum. Santonicum minus Dioſc. Cordi. Hiſp.* Yerua Lombriguera.* *Aduerſ. 342.*



**ABROTANVM** *mas, Gall.* Aueronne. *Belg.* Auerroone. *Gallobelgis nonnullis,* Bois S. Iean. *Ang.* Sotherenwood. *Aduerſ. 342.* *



Chamæcypariſſos Plinio herba ex vino pota contra venena ſerpentium omnium ſcorpionumque pollet.

* DIOSC. *Crudum ſemen tritum & feruefactum ex aqua in potu auxiliatur orthopnoicis, conuulſis, ruptis, coxendicibus, vrinæ anguſtijs, menſibus ſuppreſſis, aut remorantibus. In vino potum exitialium venenorum antidotum eſt. Horroribus ex* oleo illinitur. Serpentes † & ſubſtratu & nidore fugat. Contra ictus eorum eſt vino potum prodeſt. Priuatim efficax contra ſcorpionum & phalangiorum venena. Oculorum inflammationibus commodè illinitur. Cum cotoneo cocto, aut pane triti cum farina hordeacea, decoctumq́; tubercula diſcutit. Irini compoſitionibus admiſcetur.* † de fœmina grauioris odoris videtur hic Dioſc. agere.

* Ead. Gal.

Calidum & ſiccum tertio ordine Gal. ſtomacho infeſtum, de quo capite De Abſinthio.

Gal. Abrotonum vſtum calidum ſiccumque facultate eſt, magis quàm Cucurbita ſicca vſta & Anethi radix: illa enim vlceribus humidis ſimul & citra phlegmonen callo induratis conueniunt: ac proinde maximè vlceribus quæ pudendorum præputijs competere videntur. At cinis Abrotoni vlceribus omnibus mordax eſt: ac idcirco cum oleo tenui, cicino ſcilicet, aut raphanino, aut ſicyonio, aut veteri, & maximè Sabino ad alopecias accommodatur: tum barbam ſegnius tardiuſque enaſcentem cum aliquo dictorum oleorum elicit: Sed nec minus illis lentiſcino maceratum; quippe pro eo quod eſt tenuium partium, rarefaciendi vim obtinet, & mordax eſt & calidum.

## Artemiſia *marina.*
*Abſinthium anguſtifolium Dod.*
*Perperam herbariorum Abſinthium odore Lauendulæ.*

Videtur Pliniana ſuauis odoris: odor ille quippe Lauendulæ & Abrotani maris ferme.

Vera Artemiſiæ marinæ folia habent manifeſtas inciſuras, quæ littoreis natalitijs conſpiciuntur, & nonnunquam etiam in hortis. plura require in Abrotano fœmina pag. 341.

*lege lin. 9. inciſura, Portulacæ marinæ &c.*

## Ambroſia *ſatiua hortenſis procerior.*
*Aduerſ. pag. 341.*



*lege folia Rutæ, lin. 24.*



Ambro
ſpontane
ſtrigoſi



Ambro
tenuifoli

Ambro
altera Ma

Eadem Gal.

## Ambroſiæ *varietates.*

In triplici differentia eſt Ambroſia, quarũ hortenſis propter cultum campeſtrem & ſponte enatam foliorum magnitudine longè ſuperat. odor, ſapor, habitus non diuerſa.

## Ambroſia *tenuifolia: Abrotani vel Artemiſiæ leptophylli ſpecies fortè.*

Ambroſijs hęc facie cognata, ſed folio & floribus multò minoribus: nec alius aut odor aut ſapor illi.

Dioſc. *Vis eius reprimere ac repellere, & illitu adſtringere humores, qui in aliquam partem incumbunt.*

ABROTANVM *fœmina.*
*Chamæcypariſſus Plin. Herbariorum. Santonicum minus Dioſc. Cordi. Hiſp.* Yerua Lombriguera.*[b]* *Aduerſ. 341.*

ABROTANVM *mas. Gall.* Aueronne. *Belg.* Aueroone. *Gallobelgis nonnullis*, Bois S. Iean. *Ang.* Sothernwood. *Aduerſ. 342.* *





Chamæcypariſſos Plinio herba ex vino pota contra venena ſerpentium omnium ſcorpionumque pollet.

* DIOSC. *Crudum ſementritum & ferueſactum ex aqua in potu auxiliatur orthopnoicis, contuſis, ruptis, contenditibus, vrina anguſtijs, menſibus ſuppreſſis, aut remerantibus. In vino potum exitialium venenorum antidotum eſt. Horroribus ex* oleo illinitur. Serpentes † & ſubſtratu & nidore fugat. Contra ictus eorum cũ vino potum prodeſt. Priuatim efficax contra ſcorpionum & phalangiorum venena. Oculorum inflammationibus commodè illinitur. Cum cotoneo cocto, aut pane tritũ cum farina hordeacea, decoctumq́, tubercula diſcutit. Vini compoſitionibus admiſcetur.* † de fœmina grauioris odoris videtur hic Dioſc. agere. * Laſé Gal.

Calidum & ſiccum tertio ordine Gal. ſtomacho infeſtum, de quo capite De Abſinthio.

Gal. Abrotonum vſtum calidum ſiccumque facultate eſt, magis quàm Cucurbita ſicca vſta & Anethi radix: illa enim vlceribus humidis ſimul & citra phlegmonen callo induratis conueniunt: ac proinde maximè vlceribus quæ pudendorum præputijs competere videntur. At cinis Abrotoni vlceribus omnibus mordax eſt: ac idcirco cum oleo tenui, cicino ſcilicet, aut raphanino, aut ſicyonio, aut veteri, & maximè Sabino ad alopecias accommodatur: tum herbam ſegnius tardiuſque enaſcentem cum aliquo dictorum oleorum elicit: Sed nec minus illis lentiſcino maceratum; quippe pro eo quod eſt tenuium partium, rarefaciendi vim obtinet, & mordax eſt & calidum.

*Odoratum* ABROTANVM *humile denſè fruticoſum.*



ABROTANVM *inodorum.*



Materiæ medicæ peritiores hanc vnà nobiſcum Abrotanorum vnam ſanxerunt, quibus bellè quadraret. Eſt quippe folijs non abſimilibus, ſed viticulis denſiſſimè ſtipatis fruticat ſeſquicubitalibus duorumque pedum, tenuibus, lignoſis, copioſis floſculis Abrotani ex herbido luteis, odoratis: Radice lignoſa, flexuoſa & prolixa. Belgis hortenſe eſt.

ABROTANVM *inodorum & inſipidum.*

*Varietas.* Abrotanum inſipidum & inodorum vultu, folio, flore & ſemine Artemiſiæ tenuifoliæ è collibus Gallobelgij alũt Matonus, Coudenbergius & Iacobus Plateau harum ſtudioſiſſimi & peritiſſimi.

ANTHE-

ANTHEMIS *vulgatior.* *Hiſp.* Manzanilla & Mançanilla ſaluage. *Ital.* Camamilla. *Gall.* Camamille des chams vulgaire. *Aduerſ. pag.* 342.



ANTHEMIS *ſeu* LEVCANTHEMIS *odorata.* *Parthenium Tragi. Germ.* Edel Chamill. *Gall.* Camemille & Camomille. *Hiſp.* Mançanilla. *Angl.* Camomple. *Aduerſ.* 342.



DIOSC. *Vim habēt radices, flores & herba excalfaciendi, extenuandique potu & inſeſſione. pellunt menſtrua partus.* vrinam, calculosq́ue, aduerſus inflationes & ilei tormenta bibuntur. bilem ſuffuſam expurgant. iocinerum vitia ſanant. decocto earum veſica fouentur.* Ex omnibus † *his generibus ad calculos efficaciſſima eſt, quæ florem purpureum habet, cuius amplitudo maiuſcula eſt. hanc propriè* HERANTHEMON *vocant. Ea cui Leucanthemo nomen eſt, itemque quæ chryſanthemon dicitur, vehementius vrinā ciunt. ægilopijs* illitæ medentur. commanducatæ vlcerum eruptiones in ore, ſanant. nonnulli in clyſteribus ex oleo vtuntur. teruntur in farinam, ad abigendos febrium circuitus. Flores & folia recondi debent, & priuatim tuſa, in paſtillos digeri: radix quoque ſiccari, dumque ingruit neceſſitas, binæ partes herbæ dari, modò floris aut radicis pars vna, modo contra, floris partes duæ, & herbæ vna, permutatim duplicato pondere, alternis diebus. bibere autem oportet in vino mulſo, diluto.*

* Eadē Plin.
† Eadē Plin. ERANTHEMON
* Eadē Plin.

Gal. Calfacit & deſiccat in primo ordine. eſt & tenuium partium; ac proinde digerendi, laxandi & rarefaciendi vim obtinet. quapropter laſſitudinibus vt ſi quid aliud confert, doloreſq; mitigat. Præterea tenſa remittit & laxat, quæ mediocriter dura ſunt, emollit, quæque conſtipata condenſataque ſunt, rarefacit. Ad hæc febres quæ citra viſceris alicuius inflammationem infeſtant, diſſoluit, præſertim quæ ex humoribus bilioſis aut cutis denſitate conſiſtunt; aut eas quæ iam concoctæ ſunt. Iuuat autem pulchrè reliquas etiam omnes quæ melancholicæ ſunt, aut pituitoſæ, aut ex viſceris inflammatione prognatæ: nam & harum remedium Chamæmelum vel ſtrenuiſſimum eſt, vbi iam concoctis adhibetur: quapropter & hypochondrijs, vt ſi quid aliud, gratum exiſtit.

ANTHEMIS *Chryſanthemos.*
*Aduerſ. pag. 343.*



BVPHTHALMVM *tenuifolium Narbonenſe.*
*Chryſanthemum Valentinum Cluſij.*



BVPHTHALMVM. *Gal.* Oeil de beuf. *Hiſp.* Oio de buey. *Ital.* Occhio di boue.
*Germ.* Strichblumen *&* Steinblumen *&* Rindts augh. *Belg.* Struytbloemen.
*Chamæmelum Chryſanthemum Fuchſ. Aſter atticus Cordi.*
*Aduerſ. pag. 334. & 345.*

DIOSC. *Flores cum cerato triti, tumores duritiaſq; diſcutiunt. Aiunt epotam poſt exitum à balneis, regio morbo correptis, colorem tractu temporis reddere.*

Gal. Buphthalmi flores acriores Anthemidis floribus; proinde & vehementius digerunt, adeò vt & duritias ſanent cerato miſti.

BVPHTHALMVM *tenuifolium Narbonenſe.*

Strigoſis Galloprouinciæ & Narbonenſis Galliæ prouenit floribus radiatis, luteis Buphthalmi & folijs Anthemidis vulgaris ſiue Cotulæ non fœtidæ, minutis nonnihil incanis. Radix palmum æquat: cauliculi pedales, cuiuſmodi etiam memini apud Franciſcum Penninum & Valerandum Donreum doctiſſimos & fidiſſimos pharmacopœos Belgas erutas agro Monſpeliaco.

ERANTHEMON. *Aduerſ. pag. 344.*
*Tragus Aſterem Atticum, cuius flos medio luteum, ſtatuit.*
*Fuchſius verò perperam Regiam Conſolidam.*



[illegible]. PARTHENION, vel Virginea eſt COTVLA fœtida, non Matricaria.
Camamilla fœtida, Germ. Hondtzdyl & hondſblum. Belg. Padde bloemen & hondyle. Aduerſ. 344.
Fuchſ. perperam Buphthalmum & Thalietrum Cordi.

DIOSC. Siccatum, cum aceto mulſo aut ſale potū, non ſecus atque epithymum, & bilem & pituitam detrahit. ſuſpirioſis prodeſt & melancholicis. herba ſine flore à calculoſis & anhelatoribus magna vtilitate bibitur. Valet decoctum ad inſidendum in duritia vulnerum, & inflammationibus. illinitur ſacro igni, & collectionibus, cum flore.

PYRETHRVM officinarum. Salivaris.
Ger. Bertram. Belg. & Ital. Pyrethrum. Gall. Pied d'Alexandre. Hiſp. Pelitre. Aduerſ. 346.



PYRETHRVM [illegible]trum. Aduerſ. 347.



DIOSC. Radix guſtu feruidiſſimo, pituitam elicit: dein [a] dolore dentium, decocta in aceto, colluto inde ore, auxiliatur: manſa pituitam extrahit: ſudores ciet, perunctio ex oleo corpore. Diuturnis horroribus [b] efficax eſt, & contra perfrictiones membrorum, [c] reſolutionesq; [d] eximiè conducit.

[a] Dentes refrigeratos Gal. mitigat. [b] ad rigores ante periodum. Gal. [c] eadem Gal. [d] & frigidos capitis affectus, vertigines & comitiales.

**FOENICVLVM**, *Hiſp.* Hinojo & Funcho *Luſit. Ital.* Finocchio. *Germ. etiam* Fenichel. & *Angl.* Fenkell.

*Aduerſ. pag. 347.*



DIOSC. *Fœniculum ſi herba edatur aut ſemen cum ptiſana bibatur, mammas lacte replet. comæ decoctum in renum doloribus ſubditum proficit, quippe quod vrinam excitet. contra ſerpentium ictus in vino conuenienter bibitur. menſes ciet. in febribus nauſeā & ſtomachi feruorem, ex aqua frigida potum ſedat. contrita radices & cum melle illita, morſibus canum medentur. Succus caule & folijs exprimitur, & in ſole ſiccatus, in medicamenta adijcitur, quæ ad excitandam oculorum aciem † commodè temperantur. Extrahitur ſuccus ad eadem valens, etiam ſemine viridi ramulisq́, & radicibus prima germinatione inciſis. In Iberia quæ ad occidentem ſpectat, ſuccum reddit gummi ſimilem. Caulem medium, dum herba floret, ruſtici demetunt, igniq́ admouent, quò facilius vi caloris exudans, gummi remittat. quod efficacius ſucco eſt, ad medicamenta oculorum.*

† *oculorum aciem* ] non modò ſuccus oculorum hebetudines expurgat foris illitus: ſed intrò quidem in corpus ſumptus Fœniculus ſiccando humores tenues ſpiritus incraſſantes, claritatem adfert; vel etiam per vrinas educit aquea excrementa cerebro perfuſa, quæ hebetudines oculorum inferunt.

Gal. Ex tertio ordine calfacientium: deſiccat verò non æquè, ſed ipſum quiſpiam in hoc primi eſſe ordinis poſuerit: proinde lac procreat. Quod ſi admodum deſiccaret, non ſanè efficeret. Suffuſis eadem ratione auxiliatur, vrinas menſeſque ciet.

**FOENICVLVM** *erraticum ſiue Hippomarathrum.*

DIOSC. *Eſt & ſylueſtre fœniculum, magnum. fert autem ſemen Cachryi ſimile. Cuius radix iucundè olet, potáq́ ſtranguriæ medetur. menſes impoſita ciet. ventrem ſiſtit, radice aut ſemine poto. contra ſerpentium morſus auxiliatur. calculos comminuit. regium morbum expurgat. lactis abundantiam facit. decoctum foliorum hauſtum, fœminas à partu purgat.*

*Traditur aliud Hippomarathri genus, longo, exili, & anguſto folio, ſemine coriandri, rotundo, acri, & odorato. Excalfaciendi naturam habet, & viribus † fœniculo reſpondet, ad omnia infirmius.*

† Gal. Hippomarathro facultate ſimile, ſed debilius.

Gal. Radix & ſemen amplius quàm domeſtici deſiccandi vim obtinet: quocirca ventrē quoque eo nomine ſiſtere videtur. Nec ſanè manifeſta illis ineſſe videtur adſtrictio. Huius non radix modò, ſed & ſemen Cachryi aſſimile eſt, poteſtque & calculos frangere, & auriginoſos ſanare, menſeſque & vrinas mouere, non tamen lac congerere, ſicut illud ſuperius.

ANETHVM. *Hiſp.* Eneldo. *Gall.* Anet. *Ital.* Aneto. *Aduerſ. pag.* 347.



MEVM. *Ital.* Finochiella. *Hiſp.* Catalonis Siſtra, Pinillo oloroſo. *Angl.* Mew. *v. Aduerſ.* 347. 348. *perperam Fuchſ. & Trago Daucus Creticus. & Cordo Tordilium.*



DIOSC. *Aridi Anethi coma ſeminiſq; decoctum, potu lac euocat: inflationes & tormina ſedat; aluum, vomitioneſq; ſiſtit. Vrinas ciet. Singultus lenit. Oculorum aciem hebetat: genituram reſtinguit, aſſiduè potum. ſeminis vulua malo opportunis, ad deſeſſiones vtile. Condylomata illitus eius cinis tollit.*

Gal. ſecundi ordinis intenſi calidum, aut tertij remiſſi; exiccantium verò eſt ſecundi incipientis, aut primi finientis. Itaque meritò in oleo decoctum digerit, dolorem ſedat, ſomnum conciliat, & crudos & incoctos humores concoquit. fit enim ex eo oleũ cuius propinqua fit temperies his monẽtibus, & concoquentibus vocatis medicamentis, niſi quatenus paulò illis tum ſubtilius eſt, ac proinde digerens. Vſtum autem tertij ordinis tum excalfacientium, tum deſiccantium fit, & proinde vlceribus nimis humidis mollibuſq; prodeſt; potiſſimùm ijs quæ in pudendis conſiſtunt. At quæ in præputio ſunt inueterata, ea probè cicatrice includit. Ceterùm viride humidius eſt & minùs calidum, itaque magis concoquit & ſomnum conciliat; ſed minus digerit.

MEVM.

DIOSC. *Radicibus longis, tenuibus, odoratis, linguam excalfacientibus. Quæ feruefactæ ex aqua, vel tritæ citra coctionem, præcluſorum renum veſicæq; farcta vitia potu iuuant. vrinæ difficultati medentur. ſtomachi inflationes diſcutiunt. Torminibus, affectæ vuluæ, articulorum doloribus, atque fluxionibus pectoris, tritæ cum melle in eclegmate auxiliantur. ſanguinem per menſtrua pellunt, deſeſſionibus feruefactæ. infantibus autem illitæ imo ventri, vrinas mouent. quod ſi plus quàm deceat ex his bibatur, caput dolore afficiunt.*

Gal. & Aegin. Mei radices calidæ tertio ordine, ſiccæ ſecundo: proinde vrinã menſeſque ciere volentes hoc vtuntur pharmaco. Sed ſi pluſculum ſumatur, capiti dolorem mouet, eo quod plus illum ſit calidum quàm ſiccum, quippe quòd eius caliditas humiditatem crudiorem * elevatam, & flatuoſiorem ad caput deferat, atque ita ipſum afficiat & lædatque.

* vt amygdala, vinum & huiuſmodi.

*Spurium* MEVM *alterum Italicum.*
*Meum secundum Matth.*

FERVLA. *Ital.* Ferola. *Gall.* Ferule.
*Aduerſ. pag. 548.*





Superiori Meo facie non abſimile; ſed folia, caulės cubitales, vmbellæ, craſſiora & habitiora ſubuiroſi odoris. Radix item maior, foris pulla Peucedani facie & concretione, tetri & iniucundi cum odoris, tum ſaporis.

FERVLA.

DIOSC. *E viridi Ferulæ medulla pota vtilis eſt ad cruentas excreationes, cœliacoſq́; contra viperarum morſus in vino datur. erumpentem naribus ſanguinem indita ſiſtit. Semen potum torminoſis auxiliatur. ſudores ciet, vnctis ex oleo corpore. Caules, ſi edantur, capitis dolores faciunt. multa conduntur. Ferula itaq; caulem profert ternûm ſæpe cubitorum: folia fœniculi, longe aſperiora & latiora. quæ ab ima caule vulnerata ſagapenum efficitur.*

Sagapenum.

Gal. Ferulæ ſemen excalfacit & attenuat. Cæterùm id quod intus ineſt, quod medullam vocant, adſtringentem qualitatem participat, cuius nomine ſanguinem ſpuentibus & cœliacis conuenit.

Gal.

## GALBANIFERA *Ferula.*



Oritur in hortis noſtris hæc peruenuſta plãta ſemine copioſo lato, foliaceo, aromatico, reperto Antuerpiæ in Galbani lachryma. Tota facie Ferulã refert: folia exilia: floſculi item in vmbellis hilarioribus. radix craſſa, ſucco prægnãs.

DIOSC. *Galbanum ſuccus eſt naſcentis in Syria ferula, quod nonnulli metopium vocant. Maximè laudatur cartilaginoſum, merum, thuris effigiem præbens, pingue, minimè lignoſum, retinens nonnihil adiecti ſeminis & ferulæ, graui odore, neq; valde humidum neque nimis aridum. Adulteratur faba freſa, reſina, & ammoniaco. Galbanum excalfacit, vrit, extrahit, diſcutit. menſes ac partus trahit, appoſitu vel ſuffitu. lentigines aceto & nitro perunctas tollit. deuoratur ad tuſſim veterem, difficultatem ſpirandi, ſuſpiria, rupta, conuulſa: aduerſatur toxicis, potum cum vino & myrrha. ſimili modo ſumptum mortuos partus extrahit. imponitur lateris doloribus, & furunculis. comitiales, & vuluæ ſtrangulatus, & vertiginoſos olfactu ſuſcitat. ſi vratur, fugat nidore ſerpentes, & perunctos feriri non patitur. ſerpentes cum oleo & ſphondylo circũ poſitum, necat. dentium dolorem oblitum, aut cauernis inditum, mitigat. vrinæ difficili prodeſſe exiſtimatur. Reſoluitur ad potiones amaris nucibus, aqua, aut ruta, aut calido pane, mulſáue. aliàs meconio, ære vſto, aut felle liquido. Si purgare galbanum voles, in feruentem aquam demittito. namq; cùm liquefactum fuerit, eius ſordes ſuitabunt. quas hoc modo facilè ſeparabis: munido linteo raroq; alligatum in fictili aut ærea pyxide ita pendeat, vt imum vaſis ne tangat, opertoq; vaſe in feruidam aquam demittito. ſic enim ſyncerum, veluti per colum eliqueſcet, & lignoſum in linteo remanebit.*

Gal. Galbanum ſuccus eſt plantæ ferulaceæ molliendi & digerendi vi: fueritque ſanè ex tertio ordine excalfacientium incipiente, aut ſecundo completo; in deſiccando verò ex ſecundo incipiente.

### *Ammoniacum.*

DIOSC. *Ammoniacum, ferulæ ſuccus eſt, quam iuxta Cyrenen Aphrica gignit. cuius fruticem cum radice agaſyllim vocant. Probatur bene coloratum, ligni & calculorum expers, thuris ſimilitudine, minutis glebis, denſum, ſyncerum, nulla ſorde ſpurcatum, caſtoreum odore imitans, guſtu amarum. hoc genus thrauſma, id eſt friatur am, appellant: quod verò terram & calculos collegit, phyrama. gignitur in Aphrica iuxta Ammonis oraculum, ſuccum ſtillante ferulacea arbore. Mollit. extrahit, calfacit. tubercula duritiáſq; diſcutit. potum, aluum ſoluit. partus extrahit. lienem conſumit, drachma pondere hauſtum. articulorum coxendicúmque doloribus liberat. auxilio eſt anhelatoribus, orthopnoicis, comitialibus, item quibus humor in pectore coit, ſi cum melle delingatur, aut cum ptiſanæ ſucco ſorbeatur. cruentam vrinam pellit. albugines oculorum abſterget. genarum ſcabritiam abſumit. tritum autem cum aceto, & impoſitum, iocineris lieniſq; duritias ſedat. diſcutit tofos, qui in artubus concalluerunt, cum melle aut cum pice illitum. laſſitudines & coxendicum dolores eo perungi vtile eſt, cum nitro & cyprino oleo, vice acopi.*

Gal. Ammoniacum emolliendi facultatem habet intenſam, adeo vt & articulorum tophos diſſoluat, & lienes induratos ſanet, & chœradas per halitum digerat.

FOENICVLVM. *Hiſp.* Hinojo & Funcho Luſit. *Ital.* Finocchio.
*Germ. etiam Fenichel. & Angl. Fenkell.*
*Aduerſ. pag. 347.*



DIOSC. *Fœniculum ſi herba edatur aut ſemen cum ptiſana bibatur, mammas lacte replet. coma decoctum in renum doloribus ſubditum proficit, quippe quod vrinam excitet. contra ſerpentium ictus in vino conuenienter bibitur. menſes ciet. in febribus nauſeã & ſtomachi feruorem, ex aqua frigida potum ſedat. contritæ radices & cum melle illitæ, morſibus canum medentur. Succus caule & folijs exprimitur, & in ſole ſiccatus, in medicamenta adijcitur, quæ ad excitandam oculorum aciem † commodè temperantur. Extrahitur ſuccus ad eadem valens, etiam ſemine viridi ramulisq́, & radicibus prima germinatione inciſis. In Iberia quæ ad occidentem ſpectat, ſuccum reddit gummi ſimilem. Caulem medium, dum herba floret, ruſtici demetunt, ignió admouent, quò facilius vi caloris exudans, gummi remittat. quod efficacius ſucco eſt, ad medicamenta oculor.*

† *oculorum aciem* ] non modò ſuccus oculorum hebetudines expurgat foris illitus: ſed intrò quidem in corpus ſumptus Fœniculus ſiccando humores tenues ſpiritus incraſſantes, claritatem adfert; vel etiam per vrinas educit aquea excrementa cerebro perfuſa, quæ hebetudines oculorum inferunt.

Gal. Ex tertio ordine calfacientium: deſiccat verò non æquè, ſed ipſum quiſpiam in hoc primi eſſe ordinis poſuerit: proinde lac procreat. Quod ſi admodum deſiccaret, non ſanè efficeret. Suffuſis eadem ratione auxiliatur, vrinas menſeſque ciet.

FOENICVLVM *erraticum ſiue Hippomarathrum.*

DIOSC. *Eſt & ſylueſtre fœniculum, magnum. fert autem ſemen cachryi ſimile. Cuius radix incundè olet, potáq, ſtranguriæ medetur. menſes impoſita ciet. ventrem ſiſtit, radice aut ſemine poto. contra ſerpentium morſus auxiliatur. calculos comminuit. regium morbum expurgat. lactis abundantiam facit. decoctum foliorum hauſtum, fœminas à partu purgat.*

*Traditur aliud Hippomarathri genus, longo, exili, & anguſto folio, ſemine coriandri, rotundo, acri, & odorato. Excalfaciendi naturam habet, & viribus † fœniculo reſpondet, ad omnia infirmius.*

† Gal. Hippomarathro facultate ſimile, ſed debilius.

Gal. Radix & ſemen amplius quàm domeſtici deſiccandi vim obtinet: quocirca ventrẽ quoque eo nomine ſiſtere videtur. Nec ſanè manifeſta illis ineſſe videtur adſtrictio. Huius non radix modò, ſed & ſemen Cachryi aſſimile eſt, poteſtque & calculos frangere, & aurigino ſos ſanare, menſeſque & vrinas mouere, non tamen lac congerere, ſicut illud ſuperius.

Anethvm. *Hiſp.* Eneldo. Gall. Anet. *Ital.* Aneto. *Aduerſ. pag. 347.*



Mevm. *Ital.* Finochiella. *Hiſp.* Catalonis Siſira, Pinillo oloroſo, *Angl.* Mew. *Aduerſ. 347. 348. perperam Fuchſ. & Trago Daucus Creticus. & Cordo Tordilium.*



Diosc. *Aridi Anethi coma ſeminiſq; decoctum, potu lac euocat: inflationes & tormina ſedat; aluum, vomitioneſq; ſiſtit. Vrinas ciet. Singultus lenit. Oculorum aciem hebetat: genituram reſtinguit, aſſiduè potum. fœminis vulua malo opportunis, ad deſeſſiones vtile. Condylomata illitus eius cinis tollit.*

Gal. ſecundi ordinis intenſi calidum, aut tertij remiſſi; exiccantium verò eſt ſecundi incipientis, aut primi finientis. Itaque meritò in oleo decoctum digerit, dolorem ſedat, ſomnum conciliat, & crudos & incoctos humores concoquit. fit enim ex eo oleũ cuius propinqua fit temperies pus mouẽtibus, & concoquentibus vocatis medicamentis, niſi quatenus paulò illis tum ſubtilius eſt, ac proinde digerens. Vſtum autem tertij ordinis tum excalfacientium, tum deſiccantium fit, & proinde vlceribus nimis humidis mollibuſq; prodeſt; potiſſimùm ijs quæ in pudendis conſiſtunt. At quæ in preputio ſunt inueterata, ea probè cicatrice includit. Cæterùm viride humidius eſt & minùs calidum; itaque magis concoquit & ſomnum conciliat; ſed minus digerit.

Mevm.

Diosc. *Radicibus longis, tenuibus, odoratis, linguam excalfacientibus. Quæ ferueſactæ ex aqua, vel tritæ citra coctionem, præcinſorum renum veſicæq; farctæ vitta potu leniunt, vrinæ difficultati medentur, ſtomachi inflationes diſcutiunt. Torminibus, affectæ vuluæ, articulorum doloribus, atque fluxionibus pectoris, tritæ cum melle in eclegmate auxiliantur. ſanguinem per menſtrua pellunt, deſeſſionibus ferueſactæ. infantibus autem illitæ imo ventri, vrinas mouent. quod ſi plus quàm deceat ex his bibatur, caput dolore afficiunt.* lege in [illegible] à viceto.

Gal. & Aegin. Mei radices calidæ tertio ordine. ſiccæ ſecundo: proinde vrinã menſeſque ciere volentes hoc vtuntur pharmaco. Sed ſi pluſculum ſumatur, capiti dolorem mouet, vtpote cùm pluſculum ſit calidum quàm ſiccum, quippe quòd eius caliditas humiditatem crudiorem etiamnum, & flatuoſiorem ad caput deferat, atque ita ipſum afficiat † lædatque.

† vt amygdala, vinum & huiuſmodi.

*Spurium* MEVM *alterum Italicum.*
*Meum ſecundum Matth.*



FERVLA. *Ital.* Ferola. *Gall.* Ferule.
*Aduerſ. pag.* 348.



Superiori Meo facie non abſimile; ſed folia, caules cubitales, vmbellæ, craſſiora & habitiora: ſubuiroſi odoris. Radix item maior, foris pulla Peucedani facie & concretione, tetri & iniucundi cum odoris, tum ſaporis.

FERVLA.

DIOSC. *E viridi Ferula medulla pota vtilis eſt ad cruentas excreationes, cœliacoſq́ contra viperarum morſus in vino datur. erumpentem naribus ſanguinem indita ſiſtit. Semen potum torminoſis auxiliatur. ſudores ciet, vnſto ex oleo corpore. Caules, ſi edantur, capitis dolores faciunt, vtero conducunt. Ferula itaq; caulem profert ternûm ſæpe cubitorum: folia fœniculi, longe aſperiora & latiora. quæ ab imo caule vulnerata ſagapenum effunditur.*

Sagapenum.

Gal. Ferulæ ſemen excalfacit & attenuat. Cæterùm id quod intus ineſt, quod medullam vocant, adſtringentem qualitatem participat, cuius nomine ſanguinem ſpuentibus & cœliacis conuenit.

ALEXANDER ... FERDINANDVS ... DEI GRA

## GALBANIFERA *Ferula*.



Oritur in hortis noſtris hæc peruenuſta plãta ſemine copioſo lato, foliaceo, aromatico, reperto Antuerpiæ in Galbani lachryma. Tota facie Ferulã refert: folia exilia: floſculi item in vmbellis hilarioribus. radix craſſa, ſucco prægnãs.

D I O S C. *Galbanum ſuccus eſt naſcentis in Syria ferula, quod nonnulli metopium vocant. Maximè laudatur cartilaginoſum, merum, thuris effigiem prabens, pingue, minimè lignoſum, retinens nonnihil adiecti ſeminis & ferula, graui odore, neq; valde humidum neque nimis aridum. Adulteratur faba freſa, reſina, & ammoniaco. Galbanum excalfacit, vrit, extrahit, diſcutit. menſes ac partus trahit, appoſitu vel ſuffitu. lentigines aceto & nitro perunctas tollit. deuoratur ad tuſſim veterem, difficultatem ſpirandi, ſuſpiria, rupta, conuulſa. aduerſatur toxicis, potum cum vino & myrrha. ſimili modo ſumptum mortuos partus extrahit. imponitur lateris doloribus, & furunculis. comitiales, & vulua ſtrangulatas, & vertiginoſos olfactu ſuſcitat. ſi vratur, fugat nidore ſerpentes, & perunctos feriri non patitur. ſerpentes cum oleo & ſphondylo circũ poſitum, necat. dentium dolorem oblitum, aut cauernis inditum, mitigat. vrinæ difficili prodeſſe exiſtimatur. Reſoluitur ad potiones amaris nucibus, aqua, aut ruta, aut calido pane, mulſane. aliàs meconio, ære vſto, aut felle liquido. Si purgare galbanum voles, in feruentem aquam demittito. nanq; cùm liquefactum fuerit, eius ſordes fluitabunt. quas hoc modo facilè ſeparabis: mundo linteo raroq; alligatum in fictili aut area pyxide ita pendeat, vt interuaſis ne tangat, opertoq; vaſe in feruidam aquam demittito. ſic enim ſyncerum, veluti per colum eliqueſcet, & lignoſum in linteo remanebit.*

Gal. Galbanum ſuccus eſt plantæ ferulaceæ molliendi & digerendi vi: fueritque ſanè ex tertio ordine excalfacientium incipiente, aut ſecundo completo; in deſiccando verò ex ſecundo incipiente.

### *Ammoniacum.*

D I O S C. *Ammoniacum, ferula ſuccus eſt, quam iuxta Cyrenen Aphrica gignit. cuius fruticem cum radice agaſyllim vocant. Probatur bene coloratum, ligni & calculorum expers, thuris ſimilitudine, minutis glebis, denſum, ſyncerum, nulla ſorde ſpurcatum, caſtoreum odore imitans, guſtu amarum. hoc genus thrauſma, id eſt ſtillatitiu, appellant: quod verò terram & calculos collegit, phyrama. gignitur in Aphrica iuxta Ammonis oraculum, ſuccum ſtillante ferulacea arbore. Mollit, extrahit, calfacit. tubercula duritiáſq; diſcutit. potum, aluum ſoluit. partus extrahit. lienem conſumit, drachma pondere hauſtum. articulorum coxendicumque doloribus liberat. auxilio eſt anhelatoribus, orthopnoicis, comitialibus. item quibus humor in pectore coit, ſi cum melle delingatur, aut cum ptiſana ſucco ſorbeatur. cruentam vrinam pellit. albugines oculorum abſterget. genarum ſcabritiam abſumit. tritum autem cum aceto, & impoſitum, iocineris lieniſq; duritias ſedat. diſcutit tofos, qui in artubus concalluerunt, cum melle aut cum pice illitum. laſſitudines & coxendicum dolores eo perungi vtile eſt, cum nitro & cyprino oleo, vice acopi.*

Gal. Ammoniacum emolliendi facultatem habet intenſam, adeo vt & articulorum tophos diſſoluat, & lienes induratos ſanet, & chœradas per halitum digerat.

THAPSIA *vulgaris Caroli effigie.*

*Matth. & Ital.* Thaſſia. *Gall.* Turbit gris.

*Sagapeni odore Ferulacea, an Sagapenifera Ferula?*





Sagapeno adinodum odore aſſinis eſt ea Ferulacea planta quam alit generoſus vir Ioannes de Brancion, patulis & ramoſis folijs procumbētibus, delicatioribus, Syderitidis Achilleæ & Cotulæ fœtidæ ritu diuiſis. Radice ſucculenta Peucedani foris pulla, intus candida, odoris viroſi. Flos in latis vmbellis luteus, & ſemen folioſum Seſeli Peloponenſis. Naſcitur plurima in Apulia Gargano monte Matth. teſte.

SAGAPENVM. *Aduerſ. 349.*

Sagapenum potentiſſimè digerit: eſtque epipaſticum medicamentum; alopecijs vtile, educendo, & digerendo ſerum pituitoſum, quo locus affectus obruitur; & ſanguinem ad partem alliciendo.

DIOSC. *Sagapenum ferulaceæ herbæ ſuccus eſt, quæ in Media naſcitur. Optimum eſt tranſlucens, fuluo forinſecus colore, & intus albo, neſcio quid inter laſer & galbanum redolens, guſtu acri. Prodeſt laterum & pectoris doloribus, tuſſibus vetuſtis, conuulſis, & ruptis. craſſam pulmonis pituitam expurgat. datur comitialibus, opiſthotonicis, lienoſis. item contra neruorum reſolutionem, perfrictiones, & febrium circuitus in potu. in vnguentis probe admittitur, menſes pellit. ſed fœtum exanimat, cum hydromelite potum. prodeſt ex vino hauſtum, ſerpentium ictibus. olfactu ex aceto vuluarum ſtrangulatus excitat. oculorum cicatrices, offuſam caliginem, hebetudines, ſuffuſionesq́; detergit. Reſoluitur vt laſer, ruta, aqua, & amaris nucibus, aut melle, aut calido pane.*

Gal. Liquor eſt calidus & tenuium partium, ſicut & alij liquores. Sed & abſterſorium quoddam poſſidet, qua oculorum cicatrices expurgat atque extenuat. Quin & ſuffuſionibus & hebetudinibus oculorum quæ ob humorum prouenit craſſitiem, non malum eſt medicamentum. At ipſa planta ex qua prouenit Ferulæ aſſimilis, imbecilla & inutilis eſt. Sanè ipſa primum Sagapenum appellatur. At liquor eius abuſiuè hoc nomen obtinet, ceu alia quoque multa ex nominis defectu per abuſum nuncupamus.

THAPSIA. *Dioſc. Turbith Meſue. Aduerſ. 250.*

DIOSC. *Radix foris nigra, intus candida, longa, acris, craſſiore libro veſtita. Lactis extrahendi ratio hæc eſt: Facto in ambitu ſcrobe, cortices inciduntur: aut radix in fornicis ſpeciem in ſe excauata, cooperitur, quò mertus ſuccus confluat. oportet illuc ſequenti die ſe conferre, & congeſtum ſuccum extrahere. Tunditur etiam radix in pila, & ſuccus organo per qualum expreſſus, fictili craſſo inſolatur. Aliqui folium vnà terunt. ſed inualidior huiuſcemodi ſuccus. Hoc autem intereſt, quoniam qui ab radice manauit, grauius olet, & humidus permanet: è folijs autem extractus, exiccatur, atque teredinum iniuriam ſentit. Qui ſuccum colligit, ſtare debet non obuerſus vento: aut potius, cùm dies apricus eſt, & à flatu ſilet. quoniam ob halitus acrimoniam facies vehementer intumeſcit, nudaq; corpora inuadunt puſtulæ: ob id prius liquido cerato & adſtringente, nudas partes illinūt, & ita muniti accedunt. Tam cortex radicis, quā ſuccus, purgandi vim habent. lacteus ſuccus in aqua mulſa potus, vtrinq; bilem extrahit. Radicis modus, quaterni oboli, cum tribus ſeminis anethi drachmis: ſucci, terni oboli: lactis, obolus vnus. quod eo amplius aſſumitur, periculoſum eſt. Huiuſmodi purgatio conuenit ſuſpiriosis, & diuturnis laterum doloribus, reiectionibusq;. datur in cibis aut obſonio, quibus difficile ſit vomere. Tam radix quàm ſuccus omnium maximè, quæ pares cum eis vires adepta ſunt, vim habent extractoriam ex alto, vbi ex imo aliquid euocandum eſt, aut meatuum laxitas aliò transferenda eſt. vnde ſuccus illitione, aut radix recens affrictu, alopecias explent. Radix ſuccusq; cum æquis ceræ thurisq; portionibus, ſugillata liuoresq; tollunt: ſed non plus binis horis dimittantur: locus deinde aqua marīs calida foueatur. Vitia cutis in facie emēdat, cum melle illitus ſuccus. lepras tollit. tubercula diſcutit, perunctus cum ſulphure. in diuturnis pulmonum, laterum, pedum, articulorumq; valetudinibus vtiliter illinitur. valet ad integendam colis glandem, ijs qui natura, non circumciſione, curti ſunt. tumorem enim excitat, qui pinguium fotu emollitus, præputij iacturam reſarcit.*

Gal. Acrem habet ac valenter excalfacientem facultatem cum humiditate coniunctam. Quamobrem ex alto violenter extrahit, & ipſum quod extrahit digerit. Verùm pluſculum ad ea efficienda tempus poſtulat, vt quæ larga humiditate excremētitia impleta eſt, ob quam celeriter corrumpitur.

MESVE. Turbith calidum eſt ordine tertio, purgat trahendo mediocriter, flatus excitat ventriculum ad nauſeam euertentes: ſiccat quoque excrementis etiam tenuibus vacuatis. Correctum enim Turbith pituitam craſſam & lent[illegible] ac putrem à ventriculo, thorace, neruis, etiam à remotis, præcipuè iuncturis educit. Ob id ad dolores arthriticos vſus eius eſt: à pſora, lepra, baras, & alijs vitijs pituitoſis, tum cutis, tum aliarum partium; & pituitoſis febribus, aut præſeruat, aut vindicat. Hoc autem ſumpto, vitabis auſterum, & vſum piſcium. Purgat tardè & imbeciliter, & ſtomachum ad nauſeam ſubuertit, & vſu crebro corpus extenuat. Ob id cortex eius ad albū vſque abradendus eſt. Acribus autem, vt Zingibere, ſic eius actio intenditur, vt proprietate quadā mirabili per id cumulatum, etiam à iuncturis, & his remotiſſimis & profundiſſimis pituitam craſſam & lentam extrahat, cùm per ſe ſolam tenuem pituitam educat, idq; tardè. Ne verò ſtomachū exagitet, ac euertat, medicamenta ſtomachica miſcentur, & odorata agitationem eius placatura, vt Maſtiche, Zingiber, piper longum, gallia, & aromatica alia. Ne denique corpus emaciet, oleum amygdalinum, vel † amygdala vel ſaccharū ei miſcenda ſunt; vel cum Ruſſo piſtachia. Si quam in corpore noxam reliquit, pota melſa calente, aut quæ ſaccharo rubro eſt dulcorata, aqua calida, eam profligabis. Coctionem & tritaram mediocrem ſuſtinet. Datur puluere à drachma vna ad duas: Decocto autem à drachmis duabus ad drach. quatuor.

† Vt in Diapiſtacione.

PEVCEDANVM. *Ital.* Peucedano. *Hiſp.* Yeruatun y fenicho de porco. *Gal.* Peucedane. *Aduerſ.* 350.





Pevceda-
nvm maius
Italicum.

## Pevcedanvm.

Diosc. *Tener radix culſello conciditur, profluenſq; è plaga ſuccus vmbra mandatur. in ſole ſiquidem confeſtim euaneſcit. Colligitur capite prius & naribus roſaceo perfuſis, ne capitis dolor premat, & vertigo ſentiatur. aſſatione radix inutilis fit. Tam lac quàm ſuccus radice & caulibus extrahi ſolet, ſicuti è mãdragora. verùm ineſficacior ſucco lachryma habetur, & velocius expirat. Interdũ etiã concreta inuenitur lachryma, thuris ſimilitudine, caulibus radicibúſq; adhærẽs. Præfertur ſuccus è Sardinia & Samothrace, colore ruſo, odore graui, feruẽs guſtu. Ex oleo & roſaceo illitũ Peucedanũ prodeſt lethargicis, phreniticis, vertiginoſis, comitialibus, & longis capitis doloribus, reſolutis, iſchiadicis, conuulſis.*[a] *omnibus, in vniuerſum, vitijs neruorum, ex oleo & aceto illitum, prodeſt. eius olfactu reſpirant vuluæ ſtrangulatus. & veternoſi reuocantur. incenſum ſerpentes abigit. aurium doloribus conuenienter ex roſaceo inſtillatur. cauernis dentium*[b] *inditum, mitigat dolorem. contra tuſſim*[c] *efficaciſſimè ex ouo aſſumitur. ſuſpirijs, torminibus, & inflationibus ſubuenit. ventrem leniter emollit. lienem*[d] *abſumit. difficiles partus mirò adiuuat. facit ad veſicæ cruciatus, & renum diſtentiones potum. vuluam aperit. Radix ad eadem vtilis eſt, ſed ineſficacior. eius decoctum bibitur. farina eius, ſordida vlcera purgat, & vetera cicatrice obducit. Squamas oſſium extrahit. in cerata & calfacientia malagmata additur. Radix eligi debet recens quæ cariem nõ ſenſerit, firma, odoris plena. Succus ad potiones amaris nucibus aut Ruta aut pane calido, aut anetho reſoluitur.*

[a] Gal. quia ſuccus excalfaciens admodum & digerens.

[b] eadem Gal. quia tenuiem partium & excalfactorius.

[c] Gal. morbis in pulmone thoraceque ex craſſitudine & viſcoſitate humorum prouenientibus. Atque intro quidem in corpus ſumptus: ſed tamen etiam olfactu prodeſt.

[d] eadem Gal. incidendo, digerendo atque extenuando craſſos humores: Sed & radice ad hæc vti liceat, quæ & ſquamas celerrimè ab oſſibus detrahit, quia videlicet validè deſiccat, minus tamen quàm ſuccus excalfaciens. Et vlceribus contumacibus remedium eſt optimum arida illita: ipſa enim expurgat, carnem inducit, & ad cicatricem perducit: Excalfaciens quidem ordine ſecundo iam completo, deſiccans verò tertio iam quodammodo incipiente.

*Varietas.* Peucedanum Italicum eſt Narbonenſi quadruplo maius omni ſui parte. Prouenit copioſe in collibus Lauretanis & agri Romani.

PANAX ASCLEPIVM.
*Aduerſ. pag. 351.*



CACHRYS verior.
*Libanotis Galeno.*



Circa Iuſtinopolim & Aquilegiam Iſtriæ ſpontè oritur.

DIOSC. *Auxiliarem vim habent flores & ſemina, contra vlcera, phagedænas, & tuberculis, ſi trita cum melle imponatur. Aduerſus ſerpentes ex vino bibuntur, & cum oleo illinuntur.*

Gal. minus eſt calidum Heracleio Panace: quamobrem floribus eius & ſemine melli miſtis, ad vlcera, phymata & phagedænas vtuntur.

ROSMARINVM *ferulaceum ſuperius deſcriptum*
*Aduerſ. pag. 351.*
*Eſt potius Roſmarinum alterum ferulaceum Dioſc.*

CACHRYS *verior.*

Semine eſt tereti, oblongo ſtrobilo ſiue nucleo Pini ſubpari, bipartito ferulæ ritu, guſtu aromatico acri Seſeli Aethiopici reſinaceo, caule cubitum & ſeſquicubitum æquante, folijs fœniculo craſſiora, pallidè virentia. Quidam Seſeli Maſſilienſe ſtatuerunt; & ianè facultates reſpondent, vti & Roſmarino fœcundo, cuius ſemen Cachrys dicitur, & appoſitè ſubſtitui poſſunt. Belgis hortenſe eſt.

DIOSC.

DIOSC. *Trita omnium herba communiter hemorrhoidum profluuia ſiſtit. ſedis inflammationes & condylomata mitigat. concoquit ſtrumas & abſceſſus, qui ad maturationem ægrè perducuntur. Siccæ radices cum melle vlcera purgant. torminibus medentur, cum vino potæ. & contra ſerpentium morſus conueniunt. menſes & vrinas cient. veteres tumores illitu diſcutiunt. Tam radicis quàm herbæ ſuccus, adiecto melle illitus, oculorum aciem exacuit. Potum ſemen ad eadem pollet. ſi comitiale malum ſentiatur, aut vetus pectoris vitium, auxilio eſt. regio morbo laborãtibus cum vino & pipere datur. ſudores mouet, cum oleo perunctum. ruptis & conuulſis prodeſt. podagris cum loliacea farina & aceto tritum, illinitur. purgat vitiligines, addito aceto quam acerrimo. Semine in potionibus vtendũ, eius quidem quod Cachryn non ferat. quippe illud ſua acrimonia arteriam exaſperat. Roſmarinum cum erica naſci, folijs lactucæ ſylueſtris amaræ aſperioribus, candidioribuſq́, radice breui, Theophraſtus author eſt. potumq́ idipſum alterutra parte purgare. Cachrys vim habet excalfaciendi, & vehementer exiccandi. quare abſtergentibus medicamentis inſcritur. contra oculorum fluxiones capiti illinitur, ita vt tertio die ſoluatur.*

Gal. Libanotides tres ſunt, vna ſterilis, duæ fructum ferentes. Omnes verò eiuſdem facultatis, emollientis & digerentis, abſtergentis, incidentis. Succus tum radicis, tum herbæ miſtus melli obtuſam oculorum aciem ab humorum craſſitudine curat.

ELLEBORVS FERVLACEVS *Theoph. Conſiligo Matth. Helleborinum Cordi, & Seſamoides minus Geſ. Aduerſ. 351. & 345. Buphthalmum Dod. & Anguillara.*



SAXIFRAGA *Anglorum, facie Seſeli pratenſis Monſpellienſium.*



SESELI

Seſeli *Maſſilienſe. Aduerſ. pag.* 332.



Ligvsticvm *alterum Belgarum.*



Seſeli Maſſilienſe Ferulæ aut Dauci Cretici facie; maioribus, craſſioribus, latioribus, latiuſque ſparſis Fœniculi foliis. Caulis bicubitalis & procerior: ſemen in vmbellis Mei, compreſſum, anethi carnoſius, guſtu Seſeli Æthiopici aut Peloponenſis, valde aromaticum. Munere Ambroſij Boone, Bruxellenſis, Regij Conſiliatij, peritiſſimi, & Franciſci van Zinnich pharmacopœi doctiſſimi, & rariorum ſimplicium, vt ſi quis alius, ſtudioſiſſimi in vireto Mutonus Tornaci ſerendum curauit, noſque plantis donauit.

Dioscor. *Seſeli Maſſilienſe folia fœniculi habet, craſſiora: caulem vegetiorem: vmbellam anethi, in qua ſemen oblongum, anguloſum, deguſtanti ſtatim acre. radix longa eſt, iucundi odoris. Semen & radix excalfaciendi vim habent. potu ſtrangyria & † orthopnœa medentur. ſuffocationibus mulierum comitialibusq́; proſunt, menſes & partus trahunt. ad omnia interna mala pollent. tuſſim veterem ſanant. ſemen cum vino potum, concoquit, & tormina diſcutit. epialis febribus vtile. contra perfrictiones in itineribus, cum pipere & vino bibitur, capris, cæterisq́; pecudibus datur in potu, quò faciliùs ſuos fœtus enitantur.*

† Eadem Gal. ſuperius cap. de Seſeli Peloponenſi.

Ligvsticvm *alterum Belgarum.*

Non inelegans planta multis iam annis à me reperta in Taurinis amœniſſimis collibus non procul à Padi fluentis. In hortis Belgicis alitur, caulem promens cubitalem & ſeſquicubitalem, quem ambiunt folia Rutacea Sileris Montani latiora, rotundiora, Abſinthij fruticis ferè paria. Flores & ſemen rotundum nonnihil aromaticum in vmbellis Smyrnij Cretici.

ASPARAGVS *domeſticus vulgaris.*



ASPARAGVS. *Aduerſ. pag. 333. &c. Syluest. Aſparag. Matth.*

Maritimus numeroſis maioribus baccis rubellis & foliis longioribus, mollioribus, acrior eſt propter ſalſuginem. In Græc… mento.

DIOSCOR. *Cauliculi triti in vino albo, renum dolores ſedant. Aſſus autem coctúſve, vrinæ ſtillicidium, difficultatemq; ac dyſenterias mitigat. Radix cum vino aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. decocta cum ficis aut ciceribus ſumpta, regium morbum ſanat. Coxendicis cruciatus, ſtranguriamq; leuat. Alligata radix*[e]*, aut hauſtum eius decoctum conceptum adimit, & ſterilitatem auffert.*

Hortenſes vel marini mitiores multò, magiſque temperati. Rhaſis calidos & humidos putat: quod de tenellis turionibus intelligendum.

Plin. Vtiliſſimus ſtomacho cibus, vt traditur, Aſparagi. Cumino quidem[a] addito[b] inflãmationes quidẽ ſtomachi, coliq; diſcutiunt. Iidem oculis[c] claritatẽ afferunt. Ventrem leniter[5] molliunt. Pectoris & ſpinæ doloribus, inteſtinorumque vitiis proſunt. Vino co… quuntur[c] addito: lumborum & renum dolores mitigant. Venerem ſtimulant. Vrinam cient[4] vtiliſſimè, præterquam quòd veſicam exulcerant. Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & in vino albo pota, calculos[d] exturbat. Quidam ad vuluæ dolorem radicẽ cum vino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra elephantiam proficit.

[a b] Inflationes (potius quàm inflammationes) ſtomachi & coli diſcutiunt addito cumino, vt magis ſiccent, quod Auicennas in colica pituitoſa prodeſſe ait. [c] Flatus diſſoluit qui dolores faciunt.

[d] Calculos exturbat renum: Eſt enim tenuium partium & caloris particeps: quare dum incidit pituitam craſſam, arenulas coniunctas diuidit: vel vrinam multam ad renes deducendo, calculos tam in vretere quàm veſica exturbat.

[e] *Alligata radix*] Sterilitatem auferre, & conceptum adimere, ex diametro pugnant. Nam quæ venerem ſtimulant, ſolent fœcũditatem adferre; quemadmodum ex Plinio Aſparagi, niſi quiſpiam crediderit, Rubiæ conſimili vi, non modò copioſam vrinam ciere, & nonnunquam ſanguinem; ſed hauſtam & decoctam, partus, menſes, ſecundaſque trahere, & cum Plinio veſicam vicerare: etiamque vterum. Quare ſi hoc efficiat; non mirum fuerit, ſi ſterilitatem inducat. Hoc tamen præſtare rarò videmus in mulieribus noſtris; quæ frequenter Aſparagis vtuntur cum ad morbos, obſtructiones iecoris & renũ; Seths. tum ad cibos; quæ tamen fœcundiſſimæ ſunt. Aſparagi quippe natura, etiam S. Sethio media poſita eſt inter olera & carnes, propter nutriendi facultatem plantarum & carnium, quæ ſimiliter ſe habet. Olerum † enim omnium maximè nutrit Aſparagus.

† Gal. Tanto firmiùs alunt quàm olera Aſparagi, quo ipſis ſunt ſicciores.

Auicennas contrarium ſcripſit, quod magis probarem: Augere nempe ſemen, coitum, & conferre difficultati impprægnationis.

[c] *Iidem oculis claritatem afferunt.*] Huius facultatis non meminit Dioſc. neq; Galenus, neque alij. Sed vt Fœniculus ſiccãdo humores tenues ſpiritus incraſſantes claritatem afferre poſſunt. Vel cùm vrinam mouent & purgant caput, recrementis aqueis minus abundat cerebrum; & ob id ſenſus efficaciores redduntur.

[3] *Ventrem leniter molliunt.*] Vtacria omnia tandem ventrem mouent.

[4] *Vrinam cient.*] Vicerare veſicam ferè omnibus medicamentis commune, quæ potenter mouent vrinas: quare his quibus affecta eſt veſica, frequentior vſus Aſparagorum periculoſus eſt.

CORRVDA

CORRVDÆ *varietas.* *
*Aſparagus petræus & myacanthinus Gal°.*



CORRVDA *tertia Cluſij.*



* Hiſpanica altera aut Luſitanica Corruda folio eſt maiore, longiore & duriore quàm Narbonica, Scorpio Theophraſti æmulo. Cætera cuncta non abſimilia. Belgis ſtudioſè in fictilibus alitur munere C. Cluſij.

CORRVDA *tertia.*

Tertiam Corrudæ differentiam memini in Galloprouincia à C. Cluſio literis proditam, ramoſis candidis cubitalibus virgultis; Corrudæ Narbonenſi ſimilibus, in quibus horridæ ſpinæ reflexæ è foliorum prioribus longiorum exortu aptantur. floſculi ex viridi pallentes inter folia ex alarum ſinu, longo tenuique pediculo hærent. Baccæ veluti tricoccæ, vnico intus grano, rarò duobus, Smilacis aſperæ; alteram Corrudam radix æmulatur.

DIOSCOR. *Cauliculi in cibo cocti ventrem emolliunt, vrinam cient. Radicis decoctum contra vrinæ difficultatem, Regium morbum, renum vitia, & coxendicum cruciatus, in potu proficit. Cum vino autem, phalangiorum morſibus auxiliatur; ſi decocti ſuccus ſuper * dente contineatur, eius dolori medetur. Semen potum ad eadem valet. Canes, vt aiunt, ſi decoctum bibant, emoriuntur.*

Gal. Abſtergendi vim habet, idque citra manifeſtam aut caliditatem aut frigiditatem. Hinc renes ac iecur infarctu liberat, & maximè herbæ ipſius radices & ſemen. *Quin & dentium dolores ſanat ſiccitatis nomine, quam vel maximè dentes requirunt.

Primæ pullulationes edendo aptæ, & vt marini Aſparagi, abſtergunt citra manifeſtum calorem aut frigiditatem, quæ humido abſumpto calidiores & ſicciores euadunt. Semen calidum & ſiccum ſecundo ordine.

DRYPIS *Theoph. Anguillare.*



Radice reptrice, Graminis canini ſimili, in gracilioribus geniculatis ramulis cubitalibus, folijs ſpecioſa Iuniperi minoris, Nepæ aut Corrudæ Hiſpanicæ. floſculi albi vmbellatim conferti. Semen, inquit Anguillara, glumis nondum exutum, Oryzæ ſimile; exutum autem Sertulæ Campanæ, croceum.

MYRIOPHYLLVM *aut Marathriphyllum paluſtre.*
*Aduerſ. pag. 354. & 333. 334.*



MYRIOPHYLLVM *Equiſetifolium.*



DIOSCOR. *Vulnera recentia ab inflammatione vindicat, ſi vel viride, vel ſiccum ex aceto oblinatur. Præcipitatis in potu cum aqua & ſale datur.*

Gal. Vſqueadeo deſiccatoriæ eſt facultatis, vt vulnera glutinet.

MYRIOPHYLLVM *æquiſetifolium fluuiatile,*
*Aduerſ. pag. 354.*
*Myriophyllum alterum Matth.*
*Viola aquatilis Dod.*
*Belg.* water violieren.
*Gal.* giroflées d'eaue.



EQVISETVM *maius cum aſparagis nouellis. Aduerſ. pag.355.* CAVCON *Plin. Anguil. Ital. & Hiſp.* Coda di cauallo.

DIOSCOR. *Vis herba ſpiſſare. quare [1] ſanguinem naribus erumpentem ſuccus ipſe ſiſtit. prodeſt dyſentericis in vino potus. vrinam cit. Sanguinolenta [b] vulnera glutinantur, tritis foliis, & illitis. Radix cum ſua herba tuſſim, orthopnœam, ruptaq́; adiuuat. Foliis in aqua potis, diſſectiones veſicæ [2] & inteſtinorum, enteroceleq́; in vnum coaleſcere, cogiq́; feruntur.*

*Alterum Equiſetum caulis eſt rectus, cubitalis, aut maior, inanis. comis per interualla breuioribus, candidioribus, & mollioribus. Id cum aceto tritum vulneribus remedio eſt, eademq́; fungitur facultate.*

[1] Eadem Gal. & rubrum muliebre profluuium.

Gal. [2] Adſtringentem cum amaritudine facultatem poſſidet, ac proinde valenter, ſimulque citra mordacitatem exiccante. Itaq; vulnera vel maxima conglutinat [3], etiamſi præſectos eſſe neruos contigerit; præterea vocatas enterocelas glutinat.

[3] Eadem Galenus ex relatu aliorum ſcribit.

Neruos laceros glutinat, ruptis & vulſis medetur.

Plin. lib. 26. cap. 7. Caucon ad tuſſim & ſuſpiria ex vino auſtero tritam commendat.

HIPPVRIS *fontalis, ſecundum Dioſc. Equiſetum. Aduerſ. pag. 355. Equiſetum alterum Matth.*

HIPPVRIS minor congener cum maiore Equiſeto. Aduerſ. pag. 355.





TRAGOS, *ſiue Vua marina maior. Aduerſ. pag. 354. num Equiſetum 4^m. Matth. depictum, non deſcriptum: An Croton Nicandri Anguillaræ?*



IVNCARIA *Salamanticenſis Cluſij.*



Narbonenſi maior Hiſpanica, erectis virgultis, ſemine quadruplo maiore, quam opera Cluſij in Belgij hortis feliciter enatam vidimus Mechliniæ & Lieræ.

DIOSCOR. *Racemorum acini guſtu multum adſtringent: quorum decem ex vino poti, cœliacis, & feminis ſluxione vulua laborantibus, auxiliantur. Teruntur à pleriſque, & in paſtillos digeſti aſſeruantur: quibus vtuntur, cùm opus eſt.*

IVNCARIA *Salamanticenſis Cluſij.*

Cui plantæ generi referenda hæc exotica planta, ambigimus. Sed cùm doctiſs. huius hiſtoriæ C. Cluſius illam Iunceam totam fecerit, Equiſeti tamen ritu aſperam & geniculatam, illius familiæ annectendam duximus. Deſcribitur autẽ à Cluſio his verbis: Salamanticenſes à Iunceorum cauliculorum forma & gracilitate Iuncariam appellant. Tota enim Iuncea eſt, ſed Equiſeti modo aſpera & geniculata, foliis vtrinque lini, & frequentibus ramulis ex alarum ſinu prodeuntibus, copioſos & paleaceos candicanteſque flores proferentibus; ſemen deinde exiguum, nigricans: radix tenuis & candida. Tota herba ſubdulcis eſt. Prouenit locis arenoſis, inter vineta ſecundo à Salamantica lapide. Floret Iulio, ſemen profert Auguſto: quo tempore etiam ſubinde recens germinat.

*ἐρυθρόδανον.* RVBIA *maior. Rubia tinctorum officinarum. Aduerſ. pag. 357. Thapſia Aſclepiadis Anguil. Germ.* Rotte. *Belg.* Crappe, *&* Mee. *Angl.* Madder. *Gal.* Garance. *Hiſp.* Ruuia, *&* Granza. *Ital.* Robbia & Rubia.

DIOSCOR. *Vrinam ciet, qua de cauſa regio morbo opitulatur pota cum aqua mulſa; item iſchiadicis & paralyticis[1], craſſam copioſamq́; vrinam pellit[2], nonnunquam[3] & ſanguineam; bibentes tamen quotidie lauari oportet, & excrementorum quæ redduntur differentiam ſpectare: aduerſus ſerpentium morſus, ramulos cum foliis bibere prodeſt. [4] Semen ex aceto potum lienem abſumit. Impoſita radix partus menſes, ſecundaſq; trahit. Albæ vitiligini illita ex aceto medetur.*

1 Eadẽ Gal. & Pau.
3. & 4. Eadem Gal.

TRAGON *Matth. Aduerſ. pag. 356.*
*Drypis Theoph. Guilland.*
*Lege* TRAGON *improbatur Matthiolo.*



RVBIA *maior. Rubia tinctorum officinarum.*



Radix ſemenque trahunt menſes, aluum ſiſtunt, collectiones diſcutiunt Plinio.

[a] Gal. Amara guſtu & * acerba eſt; itaque quæcunque agere diximus, vbi eiuſmodi coiuerint qualitates, ea omnia in hac radice luculenter conſpicies: quippe cùm lienem & iecur expurget: ac mediocriter quæ exterſionem poſtulant, extergit.

[f] Contra ſerpentes rami imponuntur Plinio.

* *Acerba Gal.* ] Acerbi, viſcidi & amari dulcis in mãdendo nõnihil eſt particeps; vnde implicatas, cõpoſitas & mirificas dotes colligas; quibus potu ſanguinis grumos diſſoluit & diſcutit, nõ ſecus ac Carabe, † Bitumen, Piſſa ſphaltũ ſiue Mumia Græcorũ; egerit eliquatũ per vrinas, quod, Dioſcoride teſte, diſcutit, glutinat, emollit, ab inflammatione * tuetur: purgationes mulierum cum vino & caſtoreo potum elicit: cum aceto diſcutit ſanguinem concretum. *Addit Gal.* Meritò eo vtuntur ad glutinationes vulnerum cruentorum; & ad alia omnia quæ exſiccari debent cum modica calfactione. Acerbitate, dulcedine glutinoſa & ſiccitate moderatis defluxiones cohibet, calefacta refrigerat, & refrigerata calefacit, eadem qua ſuperius in Circæa Aduerſ. pag. 104. diximus ratione. quibus potius à docto & modeſto Dodonæo, ad rupta, cæſa, vulnera, præcipitationes, ſanguinis fluores, inflammationes, omnia denique etiam thoracis & inteſtinorum vulnera commendanda erat; quàm Dioſcoridea, Galenica & Pliniana perperam refutare & incuſare: Calore enim, & quodam, qui illi ineſt, amarore non iniucundo abſtergit & educit ſanguinis internorumque vulnerum & vlcerum colluuiem; & rurſum aſtrictione inibi relicta, roboreque parti reſtituto, ſanguinem ſupprimere, & perſanare poteſt. Similem rationem addit Galenus de Symphyto petræo.

† *Carabe* ] Quod ſanguinem eliquat & ſerum ſeparat. * Quia diſcutiendo collectiones diſſipat.

RVBIÆ *maxima varietas.*

Longè maior Monſpelium circa in oliuetis, ſenticetis & viperis ſeſſis amœnitatibus viſenda, vbi Rubia maxima nuncupatur: ſemen nigrum & cætera cuncta à noſtra non diſſimilia.

RVBIA

DRYPIS *Theoph. Anguillaræ.*



Radice reptrice, Graminis canini ſimili, in gracilioribus geniculatis ramulis cubitalibus, folia ſpecioſa Iuniperi minoris, Nepæ aut Corrudæ Hiſpanicæ. floſculi albi vmbellatim conferti. Semen, inquit Anguillara, glumis nondum exutum, Oryzæ ſimile; exutum autem Sertulæ Campanæ, croceum.

MYRIOPHYLLVM *aut Marathriphyllum paluſtre.*
*Aduerſ. pag. 354. & 333. 334.*



DIOSCOR. *Vulnera recentia ab inflammatione vindicat, ſi vel viride, vel ſiccum ex aceto oblinatur. Præcipitatis in potu cum aqua & ſale datur.*

Gal. Vſqueadeo deſiccatoriæ eſt facultatis, vt vulnera glutinet.

MYRIOPHYLLVM Equiſetifolium.



MYRIOPHYLLVM *equiſetifolium fluuiatile.*
*Aduerſ. pag. 354.*
*Myriophyllum alterum Matth.*
*Viola aquatilis Dod.*
*Belg.* water violeren.
*Gal.* giroflees d'eaue.

HIPPVRIS



EQVISETVM *maius cum aſparagis nouellis. Aduerſ. pag.355.* CAVCON *Plin. Anguil.*
*Ital. & Hiſp.* Coda di cauallo.

DIOSCOR. *Vis herba ſpiſſare. quare*[1] *ſanguinem naribus erumpentem ſuccus ipſe ſiſtit. prodeſt dyſentericis in vino potus. vrinam cit. Sanguinolenta*[2] *vulnera glutinantur, tritis folijs, & illitis. Radix cum ſua herba tuſſim, orthopnœam, ruptaq́; adiuuat. Folijs in aqua potis, diſſectiones veſicæ*[3] *& inteſtinorum, enteroceleq́; in vnum coaleſcere, cogiq́; feruntur.*

*Alterum Equiſetum caulis eſt rectus, cubitalis, aut maior, inanis. comis per interualla breuioribus, candidioribus, & mollioribus. Id cum aceto tritum vulneribus remedio eſt, eademq́; fungitur facultate.*

[1] Eadem Gal. & rubrum muliebre profluuium.

Gal. [2] Adſtringentem cum amaritudine facultatem poſſidet, ac proinde valenter, ſimulque citra mordacitatem exiccante. Itaq; vulnera vel maxima conglutinat; etiamſi præſectos eſſe neruos contigerit; præterea vocatas enterocelas glutinat.

[3] Eadem Galenus ex relatu aliorum ſcribit.

Neruos laceros glutinat, ruptis & vulſis medetur.

Plin. lib. 26. cap. 7. Caucon ad tuſſim & ſuſpiria ex vino auſtero tritam commendat.

HIPPVRIS *fontalis, ſecundum Dioſc. Equiſetum. Aduerſ. pag. 355. Equiſetum alterum Matth.*

Hippvris maior congener cum minore Equiſeto. Matth pag. 355.





Tragos, ſiue Vua marina maior, Aduerſ. pag. 354. *num Equiſetum 4m. Matth. depictum, non deſcriptum? An Croton Nicandri Anguillaræ?*



Ivncaria *Salamanticenſis Cluſij.*



Narbonenſi maior Hiſpanica, erectis virgultis, ſemine quadruplo maiore, quam opera Cluſij in Belgij hortis feliciter enatam vidimus Mechliniæ & Lieræ.

Dioscor. *Racemorum acini guſtu multum adſtringunt: quorum decem ex vino poti, cœliacis, & fœminis fluxione vulua laborantibus, auxiliantur. Tunduntur à pleriſque, & in paſtillos digeſti aſſeruantur: quibus vtuntur, cùm opus eſt.*

Ivncaria *Salamanticenſis Cluſij.*

Cui plantæ generi referenda hæc exotica planta, ambigimus. Sed cùm doctiſſ. huius hiſtoriæ C. Cluſius illam Iunceam totam fecerit, Equiſeti tamen ritu aſperam & geniculatam, illius familiæ annectendam duximus. Deſcribitur autè à Cluſio his verbis: Salamanticenſes à Iunceorum cauliculorum forma & gracilitate Iuncariam appellant. Tota enim Iuncea eſt, ſed Equiſeti modo aſpera & geniculata, foliis vtrinque lini, & frequentibus ramulis ex alarum ſinu prodeuntibus, copioſos & paleaceos candicanteſque flores proferentibus; ſemen deinde exiguum, nigricans: radix tenuis & candida. Tota herba ſubdulcis eſt. Prouenit locis arenoſis, inter vinea ſecundo à Salamantica lapide. Floret Iulio, ſemen profert Auguſto: quo tempore etiam ſubinde recens germinat.

Ἐρυθρόδανον. Rvbia *maior. Rubia tinctorum officinarum. Aduerſ. pag. 357. Thapſia Aſclepiadis Anguil. Germ. Rotte. Belg. Grappe, & Mee. Angl. Madder. Gal. Garance. Hiſp.* Ruuia, & Granza. *ital.* Robbia & Rubia.

Dioscor. *Vrinam ciet, qua de cauſa regio morbo opitulatur pota cum aqua mulſa, item iſchiadicis & paralyticis[1], craſſam copioſamq́; [2] vrinam pellit [3], nonnunquam [4] & ſanguinem; bibentes tamen quotidie lauari oportet. & excrementorum quæ redduntur differentiam ſpectare: aduerſus ſerpentium morſus, ramulos cum foliis bibere prodeſt; [5] Semen ex aceto potum lienem abſumit. Impoſita radix partus, menſes, ſecundaſq́; trahit. Albas vitiligines illita ex aceto medetur.*

1 Eadē Gal. & Plin. 2. & 4. Eadem Gal.

TRAGON *Matth. Aduerſ. pag. 356.*
*Drypis Theoph. Guiland.*
*Lege* TRAGON *improbatur Matthiolo.*



RVBIA *maior. Rubia tinctorum officinarum.*



Radix ſemenque trahunt menſes, aluum ſiſtunt, collectiones diſcutiunt Plinio.

[4] Gal. Amara guſtu & * acerba eſt; itaque quæcunque agere diximus, vbi eiuſmodi coiuerint qualitates, ea omnia in hac radice luculenter conſpicies: quippe cùm lienem & iecur expurget: ac mediocriter quæ extersionem poſtulant, extergit.

[5] Contra ſerpentes rami imponuntur Plinio.

* *Acerba Gal.*] Acerbi, viſcidi & amari dulcis in mãdendo nõnihil eſt particeps; vnde implicatas, cõpoſitas & mirificas dotes colligas; quibus potu ſanguinis grumos diſſoluit & diſcutit, nõ ſecus ac Carabe, † Bitumen, Piſſa ſphaltũ ſiue Mumia Græcorũ; egerit eliquatũ per vrinas, quod, Dioſcoride teſte, diſcutit, glutinat, emollit, ab inflammatione * tuetur: purgationes mulierum cum vino & caſtoreo potum elicit: cum aceto diſcutit ſanguinem concretum. *Addit Gal.* Meritò eo vtuntur ad glutinationes vulnerum cruentorum; & ad alia omnia quæ exſiccari debent cum modica calfactione. Acerbitate, dulcedine glutinoſa & ſiccitate moderatis defluxiones cohibet, calefacta refrigerat, & refrigerata calefacit, eadem qua ſuperius in Circæa Aduerſ. pag. 104. diximus ratione. quibus potius à docto & modeſto Dodonæo, ad rupta, cæſa, vulnera, præcipitationes, ſanguinis fluores, inflammationes, omnia denique etiam thoracis & inteſtinorum vulnera commendanda erat; quàm Dioſcoridea, Galenica & Pliniana perperam refutare & incuſare: Calore enim, & quodam, qui illi ineſt, amarore non iniucundo abſtergit & educit ſanguinis internorumq́ue vulnerum & vlcerum colluuiem; & rurſum aſtrictione inibi relicta, roboreq́ue parti reſtituto, ſanguinem ſupprimere, & perſanare poteſt.

Similem rationem addit Galenus de Symphyto petræo.

† *Carabe*] Quod ſanguinem eliquat & ſerum ſeparat. * Quia diſcutiendo collectiones diſſipat.

RVBIÆ *maximæ varietas.*

Longè maior Monſpellium circa in oliuetis, ſenticetis & vipretis foliis atrocitentibus viſenda, vbi Rubia maxima nuncupatur: ſemen nigrum & cætera cuncta à noſtra non diſſimilia.

RVBIA

RVBIA *minima.*



Altera perpuſilla, quam in rupibus Vincentij non procul Briſtolio Angliæ enatam legimus. foliis eſt Herniariæ paribus mucronatis poſitu rubiæ, cauliculis reptricibus ſeſquiunciam altis, in quibus floſculi luteoli. Radix exilis Rubiæ, corallio concolor.

ASPERVLA, *aut* ASPERGVLA.



APARINE. *φιλέτιον & φιλάνθρωπον Hipp.*
*Aſpera Lappago, ſiue Aſperugo Plin. Dod.*
*φιλάνθρωπος, quòd veſtibus adhæreat.*
*Angl.* Goeſhaerte. *Ger.* Kleb kraut. *Belg.* Cleſcrupt. *Gal.* Reble, & grateron. *Hiſp.* Preſera, aut amor de hortulano. *Ital.* Speronella.



DIOSCOR. *Seminis, caulium, & foliorum expreſſus ſuccus, à phalangiis & viperis demorſis, auxiliatur. aurium dolores ſuccus infuſus curat. Herba cum axungia trita ſtrumas diſcutit.*

Gal. Modicè extergit & ſiccat, habetque nonnihil tenuium partium.

Plin. addit: Sanguinis abundantiam ex vulneribus reprimunt folia impoſita.

ASPERVLA, *aut* ASPERGVLA *odora noſtras.*
*Aduerſ. pag. 357.*
*Germ.* Herdeſfreydt, *&* Waldmeiſter.
*Alyſſon Plin. Cordo.*
*Matriſylua Tragi.*

ubia læuis Taurinen-ſium.



RVBIA *læuis Taurinenſium.*

Aſperulæ æmulatione ſummis cauliculis flores candidi ſtellati verticillatim prodeunt. Folia quaterna decuſſatim ſibi mutuo exorta Cacubalo Pliniano paria, Solano tetraphyllo minora, in cauliculis ſeſquipedalibus & bicubitalibus ex interuallis geniculatis. Frequens hæc in Pedemontium collibus Taurino finitimis.

ASPERVLA *cærulea. Perperam Alyſſon Gal.*



Cæruleam in Flandriæ hortis, interdumq́; agris videre meminimus; ſed inodoram, foliis hirſutis Aſpergulæ. Semen item & flores non diſſimiles, ſed cærulei ſummis ſtellatim digeſtis foliolis procumbunt. Radice rubente, tenui & oblonga.

Mollugo vul gatior herba riorum,



MOLLVGO *vulgatior herbariorum.*
*Galion album quorundam.*

Collibus incultis & cretaceis agrorum marginibus Gallobelgij & Angliæ plurima. Folia lęuia & Maio menſe floſculi candidi copioſi Aparines minores in pluribus anguloſis viticuloſis geniculatis cauliculis, cubiti & ſeſquicubiti proceritatis, humi ſparſis. Radix lignoſior, fibroſa, cineritia.

MOLLVGO *Belgarum.*
*Mollugo montana Dod.*



ALYSSON *Germanicum Echioides, ſiue facie Molluginis Herbariorum; Aparine Plinij putatum.*



Molluginem ſtatuunt ſtirpiũ cultores noſtri ex collibus Falkenburgenſibus Leodio proximis erutam inque hortos tranſlatam. Galio albo tota ſui parte ſimilis, niſi compluriũ florum exilium ſpecioſa fœtura, in caule cubitali & bicubitali ſurrecto donata. Folia molliora. Radix nigricat. vſus hactenus incomperta.

ALYSSON *Germanicum Echioides.*

E radice geniculatis bicubitalibus cauliculis aſperis, Aparines ritu vicina quamuis a ſtrepitu folia bina & terna attouitentia Echij modo hiſpida Rubiæ paria, & aliquãdo maiora. Floſculi purpurei violacei, Echij minores verticillatim Cruciatæ modo, à medio caule ſummo tenus. Semen inuolucris foliaceis ſinuoſis Seſamo ſimile aut Thlaſpi fuſcum, guſtanti dulce clauditur, cuiuſmodi primus nobis impertiuit peritus iuxtà ac amicus Mutonus Neruienſis. Vniuerſa planta guſtu Echium æmulatur.

Saginæ Sper-
gula.



*Saginæ* SPEROVLA. *Aduerſ. pag.* 357.
*Aſſeritur Polygonon & Knawel Germanorum Tragi.*

Vomitu pituitoſos humores huius ſemen educere, refert Dod. gallinaſque eius eſu plura excludere oua aiunt.

*Trag.* Ad ſtranguriam & ſtillicidium vrinæ mirificè facit, ideò lactis copiam auget.

*Γάλιον à lacte,* GALIVM *luteum. Aduerſ. pag.* 358.
*Ger.* Megerkraut, walſtros. *Gal.* petit Muguet.
*Hiſp.* Coaia leche yerua. *Ital.* Galio.
*Angl.* Maydens here.



Cruciata
minor.



DIOSCOR. *Flos eius ambuſtis illinitur, & ſanguinis profluuia ſiſtit: Miſcetur cerato roſaceo; inſolatur donec albeſcat: & tale eſt acopum laſſitudinibus vtile. Radix venerem excitat.*

Eadem Gal. Exiccatoriam & ſubacrem obtinet facultatem.

CRVCIATA *minor. Ger.* Golden Walmeiſter. *.i. Aſperula aurea. Belg.* Cruiſette. *Gal.* Croiſee.

Pota thoraci, ventriculo, meſeraicarum & viſcerum infarctus reſerando, remedio eſt. Amarore potenter abſtergit, illuuiem & excrementa pituitoſa foras exigit: ideò appetentiam facit, & concoctionem iuuat.

SYLVESTRIS Rubia minor reddēda Aduerſ. pag. 357.



POLYGONATVM minus, Rubiæfolia, Chamædaphne Dioſco. Mattho. Aduerſ. pag. 358.



PHYLLITIS.



HEMIONITIS.



## De PHYLLITIDE, & HEMIONITIDE, earumq; varietatibus.

PHYLLITIS. *Lingua Ceruina officinarum, & perperam Scolopendria. Angl.* Hartes tunge. *Germ.* Hirtzung. *Belg.* Herts tonge. *Gal.* Langue de cerf. *Hiſp.* Lengua Ceruina.

Hemionitis Anglica nobis icone & oratione exhibita, Aduerſ. pag. 359. Mechliniæ apud D. Brancionem & Georgium Rye, quibus eam dono miſeramus, ſtudioſè in fictilibus diu propter raritatem & teneritatem enutrita; tandem admirabili ſui metamorphoſi & tranſmutatione, in Phyllitidem abiit. Quod facit vt facilè credam Phyllitidem & Hemionitidem eaſdem & congeneres eſſe, & cultu ſubire huiuſmodi mutationes: nec magis differre quàm agreſte Cichorium à ſatiuo: neque facultates quas vtrique tribuit Dioſc. refragantur. Nam quæ paſſim murorum, viarum & ſyluarum vdis fertilior & lætior oritur, in longiora folia erumpit, quæ in mucronem deficiunt, & ima ſui baſi contrahuntur.

* Sed quæ nonnullis rupibus ſaxorum interueniis prouenit, folia breuiora multò, ad baſim latiora & falcata habere conſpeximus, quorum aliqua palmum vix ſuperabant, nonnulla verò ſeſquipalmum longitudine æquabant. Attamen longitudo foliorum illius Hemionitidis, quam Roma tranſmiſſam, in fictili Mechliniæ alebat piæ memoriæ D. de Brancion, vix vncialis & ſeſquiuncialis erat; fortè tranſplantatione iniuriæ adeo obnoxia fuit, & velut ſemianimis, ac multum imbecilla. * HEMIONITIS.

PHYLLITIS *multifido folio.**



HEMIONITIDIS *varietas altera. Hemionitis altera peregrina Cluſ. à peregrina elegantia.*†



Hemionitis duplicatis foliis ad baſim.

* *Varietas Phyllitidis.* Multifido folio in Sommerſeti Angliæ cautibus frequens oritur, alioqui Phyllitidi vulgatæ perſimilis.

† Naturæ luxu foliis duplicatis ad baſim latioribus falcatas apophyſes vtrinq;, lateribus mucronatas exerit, &c. Modus, ortus & parilitas ſuperioris Hemionitidis.

PHYLLITIS. *Aduerſ. pag.* 359.

DIOSCOR. *Phyllitis guſtu acerba eſt* †. *Folia in vino pota ſerpentium morſibus aduerſatur. Quadrupedibus per os infuſa auxilio ſunt. Et ſi dyſenteria aut reſoluta aluus exercet, poti dantur.*

Gal. † Cùm qualitatis ſit acerbæ, non abſurdè diarrhœas, ſiue profluuia, & dyſenterias iuuat.

HEMIONITIS. *Aduerſ. pag.* 355.

DIOSCOR. *Auſtero ſapore: Ea ex aceto pota lienem abſumit.*

Gal. Simul & aſtrictionem & amaritudinem poſſidet, quamobrem cum aceto pota lienoſis auxilio eſt.

Lege lin. 45. [illegible] Item lege lin. 25. [illegible]

Aſplenum.



## Aſplenvm. *Aduerſ. pag. 360.*

Dioscor. *Vim hanc habent folia in aceto feruefacta, vt per dies quadraginta pota, lienem abſumant. quibus etiam contritis lienem ex vino illini oportet. Stranguria & regio morbo prodeſt, ſingultū ſedat.* † *Calculos in veſica comminuit. Conceptum adimere creditur; per ſe aut cū muli liene appenſa. Tradunt noctu, ſilente Luna, huius rei gratia effodiendam.*

Gal. Tenuium quidem partium, non tamen calida eſt herba. Hac vtrique ratione & † lapides frangit, & lienem liquat.

## Lvnaria *racemoſa. Aduerſ. pag. 360.*



Lunaria Magorum Arabum.



*Eximiè ferruminandi.*] Ideò ad enterocelas & hernias magnæ commendationis, & vtilitatis, pota & impoſita.

## Lvnaria *Magorum Arabum.*
### *Ital.* Lunaria di Magi Arabi.

A foliis itidem ſinuatis Lunæ creſcentis ſimilibus hæc rara planta Lunariæ nomen adepta à peritis rei herbariæ, quam non niſi conuallibus Allobrogum inter montem illum præcelſum, vulgò Mons Seny vocatum, & D. Ioannem Maurianum, vernaculè S. Iean de Morienne, collegi, nominéque Lunariæ donaui: alij quo diſcernatur ab aliis Lunariis, Lunariam Magorum Arabum dixere.

Exem

Exeunt Martio, tenella folia à radice lignoſa, flexuoſa, cinerea, Oxalidis Francę rotundifolię primulum erumpentis ſimilia, Thlaſpi hederaceo ferè paria. flores verò & ſemina necdum nobis viſa fatemur, eoque nihil aſſerimus, eiuſque nullum vſum exploratum habemus.

*Lege* OPHIOGLOSSVM, *ſiue* ENEAPHYLLVM.
*Lingua vulneraria Cordi.*
*Lingua ſerpentis. Germ.* Naterzungelin.
*Belg.* Natertongen. *Aduerſ. 360.*



TRICHOMANES *Dioſc.*



Eadem quæ Lunaria poteſt, ſed inefficacius.

ADIANTVM. *Aduerſ. pag. 361.* *Callitrichon Apuleij.*

DIOSCOR. *Decoctum herba potum, prodeſt ſpirandi difficultati, † ſuſpirioſis, lieni, & felle ſuffuſis & vrinæ difficili. calculos * frangit. aluum ' ſiſtit. ſerpentium morſibus auxilio eſt. Contra ſtomachi fluxiones in vino bibitur. Secundas ciet, & menſtrua. ſanguinis reiectiones inhibet. Contra ſerpentium morſus cruda herba illinitur. alopecias, ' denſat, ſtrumas diſcutit, furfures, & manantia capitis vlcera, ex lixiuio emendat. defluentes capillos continet, cum ladano & myrtino, & ſuſino, aut hyſſopo, vinoq́;. Decoctum eius cum lixiuio & vino infuſum, idem præſtat. coturnices & gallinaceos pugnaciores facit, in cibos eorum additum. Seritur gratia vtilitatis pecorum, circa ouilia. Vmbroſis, & paluſtribus, circa parietum aſpergines, & fontium ſpecus enaſcitur.* * Ead. Gal.

† Gal. Viſcoſorum craſſorumque è pectore pulmoneq́; excreationibus non mediocriter confert.

Gal. In caliditate quidem & frigiditate ſymmetrum eſt, verùm deſiccat & extenuat, & digerit. Etenim caput ex ' alopecia glabrum capillis conueſtit, & ſtrumas & abſceſſus digerit.

' Eadem Gal. Non tamen vllam manifeſtam caliditatem affert, ſicut nec frigiditatem. Verùm poſuerit ipſam quiſpiam ſecundum hanc oppoſitionem & temperiem in ordine medio. Eadem Gal.

APVL. Herba Callitrichon piſata per ſe & impoſita virginibus ſtrumas ſanat.

TRICHOMANES.

Dioſc. Folia acerba, quæ eadem cum Adianto præſtare conſtat.

SALVIA

Lege SALVIA *vitæ. Adverſ. pag. 352.*
*Adiantum album Theoph. Guilandino.*
*Adiantum album Cordi.*

Lege RORIDA, *ſiue* SOLIS ROS, *&* Δρόσιον
*Recentiorum alia à Droſio Alchimilla.*
*Adverſ. pag. 354. 355.*
*Rorella & Salſirola Cordi.*

RORIDA, *ſiue Solis ros maior.*





RORIDÆ *varietas.*

Locis vdis Belgij nonnunquam ad dodrantalem altitudinem aſſurgit.

Non poſſunt ſibi practici perſuadere longa experientia & vſu edocti vim cauſticam Roridæ Solis phthiſicis & tabidis eſſe nocuam: & certè non alia ratione in corpora agere putant, quàm Scylla, Pancratium, Cæpe, Allia, Ruta, Sinapi, Eruca, Dracunculi radix & huiuſmodi acria, quæ extrinſecus admota, vrere, & exulcerare ſolent; aſſumpta verò, interiora minimè arrodunt; ſed ad viſcida, pituitoſa, putridáve excrementa, (quibus phthiſici aliquando ſuffocantur,) extenuanda, incidenda, à putredine arcenda, & exiccanda vlcera, caloremque natiuum inde obrutum & animi vigorem excitandum faciunt. Corrigunt enim prouentum & ſaburram craſſorum, viſcidorum & putridorum humorum. Quam plurima hodie eſitantur, quæ admota ex alto diuellunt & trahunt, etiamq; cruſtas inurunt. Sic Ros Solis ſenum ſpiritus vegetat, craſſos & lentos humores concoquendo, incidendo, attenuando, atque abſtergendo educit.

FILIX *mas.*
*Gallis Feugiere. Hiſp. Helecho, Ital. Felce.*
*Aduerſ. pag. 362.*



FILIX *Fœmina.*
*Aduerſ. 362.*



DIOSC. *Guſtu ſubaſtringit. Radix latas † tineas excutit, ſumpta drachmis quatuor ex aqua mulſa, melius ſi cum Scammonia aut Veratri nigri totidem obolis detur. Sed qui ſumunt, allia guſtare debent. Laborantes lienis incremento recreat. Radix & potu & illitu cum axungia vulneribus ſagitta arundinacea factis, eſt auxilio. Cuius rei probatio talis fertur. Peribit filix, quam per ambitum ſata copioſior arundo coronet: & contra euaneſcens, abibit arundo, quam obſepiens multa filix in orbem cinxerit.*

Teadem Gal. eſt enim amara, paulum habens adſtrictionis, quam ob rem ulceribus impoſita vim habet valenter deſiccandi; non tamen mordax eſt. Similem ei vim habet Thelypteris nominata.

*Fœmina.*

DIOSC. *Radices pellunt lata interaneorum animalia, cum melle eclegmate ſumptæ. Potæ cum vino ꝗ triduo, teretes tineas eiiciunt. Data fœminis, ſterilitatem faciunt, & prægnantibus abortum, ſi ſupergrediuntur. Farina humidis ulceribus, & cicatrici repugnantibus, inſpergitur. Iumentorum ceruicibus medetur. Folia recentia in oleribus cocta manducantur, ut ventrem emolliant.*

Oſmundæ flores.



OSMVNDA. *Aduerſ. pag. 363.*
*Filix latifolia Cordi.*

APVL. Ad vulnera: herbę Filicis radicem piſtatam in vulnus pones, & argemoniæ drachmas duas cum vino potui dato, mirificè curat. *Ad ramicem puerorum: herbam Filicem, quam in radice eſculi arboris inueneris, tunde eam cum axungia, & panno inducens impone, & faſciam ſurſum verſus ligabis, quinta die ſanabitur. Ad dolorem femorum vel ſuræ: herba Filice fumigabis loca. Item infantem languidum ſi ex ea fumigabis, facilime conualeſcet infans.

*Recentiores hoc Oſmundæ attribuunt.

CHAMÆFILIX *marina Anglica.*



Oſmunda.



Non niſi ſaxorum rupiumue interuenijs aut petroſis aſperginibus Cornubiæ innatam reperi ad maris alluuiones non procul ab ædibus generoſi viri D. Moyle. E puſilla molis implexa pullis cirris & compacta radice Trichomanes aut Adianti Pliniani, foliola binum ternumue vncialia, rigida, carnoſa, numeroſa, atrouirentia, lucida, Filicis maris diuiſura, ortu, poſitu, & guſtu, ſulcis itidem auerſa parte extantibus ferrugineis, quorum pediculi & medius neruus ſubæneo nitore ex fuſco lucent.

POLY-



## POLYPODIVM. *Filicula. Aduerſ. 363.*

*Herba Radioli Apulei.*

*Hiſp. & Ital.* Polypodio.

DIOSC. *Radix auſtera aliquantum,* † *& guſtu ſubdulcis; purgandi vim habet. Coquitur cum gallina, aut piſcibus, aut beta, aut malua, ad aluum ſoluendam. Arida farina aqua mulſa inſperſa, detrahit bilem & pituitam: trita luxatis efficaciter illinitur; & aduerſus rimas quæ inter digitos fiunt.*

† eadem Gal. auſteram habet vincentem qualitatem: vt facultatis admodum quidem deſiccantis citra morſum. cum vino minus adſtringit.

APVL. Herba Radiolo contuſa atq; antè curioſe depurgata, cum aceto ſcyllitico vſque adeo cocta donec appareat, perungito, capitis dolorem tollit. Herbæ Radioli radicem euulſam & cultro corticem purgatam cum malua coquito, & ius earum bibatur, ſine labore vel aliquo tædio ventrẽ deducit & omnes æſtus.

## DRYOPTERIS. *Aduerſ. 363.*

*Pteridion fœmina Cordi.*

DIOSC. *Radix guſtu acerba, in dulcedinem vergẽs Pſilothrum eſt cum radicibus trita: illinitur enim primum vſquedum ſudorem euocet: mox ſudor abluitur, & recens imponitur.* Eadem Gal.

LONCHITIS altera.



LONCHITIS *Marantha.*



LON-

LONCHITIS ALTERA *Diſcoridis. Aduerſ pag. 364.*
*Struthiopteris Cordi. Aſplenium ſyl. Tragi.*

DIOSC. *Vulneribus mirum in modum prodeſt; in eiſq; inflammationes excitari non patitur. Pota ex aceto lienem abſumit.*

Eadem Gr.

LONCHITIS *Marantha. Ceterach Ramoſum quorundam à ſimilitudine quadam.*
*Pſeudolonchitis aſpera Matth.*
*videtur Pteridion maſculum Cordi.*

Spithameis nitidis cauliculis, fuſcis, rigidis & folijs Adianthi Pliniani; ſed gemino ſitu, Filicis fœminæ ritu, craſſioribus multò; altera parte virentibus; altera Aſplenij modo rubigineis. Radix puſilla capillamentis crebris fibrata.

ACANTHIVM, *an ὀνοπόρδον Athenæi Anguil. folio lato, incano, aliquantum ſerrato, vbique viarum obuio? Aduerſ. 365.*



*lege* ACANTHIVM ILLYRICVM. *Onopordon alterum herbariorum & Dod. Aduerſ. pag. 365.*



Etiam floribus albis variat.

DIOSC. *Folia vel radices ad remedia opiſthotoni bibuntur.*

Gal. radix & folia facultatis ſunt excalfactoriæ, vt & ijs qui conuelluntur auxilientur.

ACAN-

ACANTHVS *ſatiuus.*
*Aduerſ. 365.*



ACANTHVS *ſyl. Scolymo ſimilis aculeatus Dioſc. an Chamæleonta Monſpellienſium? an num potius hæc noua aculeata Branca vrſina?*

BRANCA *vrſina, ſiue Acanthus aculeatus.*



DIOSC. *Acanthi radices vſtis & ✻ luxatis illitæ proſunt. potæ vrinam mouent, & aluum ſiſtunt. Tabidis, ruptis, conuulſis, mirè vtiles ſunt.*

✻ torſionibus & ligamentorum tractionibus aptius vertendum monuimus.
Eadem Plin. podagris quoque illinuntur tritæ.
Gal. Folia mediocriter facultatem digerentem obtinent, ac radix exiccatoria eſt & leuiter inciſoria, & tenuium partium.

BRANCA *vrſina aculeata.*

*Branca vrſina ſiue Acanthi varietas.* In agro Bononienſi Lombardiæ adeò flores & folia ſimilia ſunt huic Acantho ſpinoſo, vt nobis perſuaſum fuerit Dioſc. eſſe Acanthum ſyluestrem, quem Dioſc. aſſimilauit Scolymo ſyl. & ſatiuo Acantho breuiorem & aculeatum dixit.

DIOSC. *Radix ad eadem qua ſuperior, efficax.*

Scolymos. *Hiſp.* Cardo & Cardos de comer. *Ital. etiam* Carcioffo. *Angl.* Artirgoques. *Aduerſ. 365.*



Scolymos *Theoph. Eryngium luteum Monſp. Eryngium Vegetij Cluſio & Scolymos Theoph. Romanis Spina Borda. Eryngium Archigenis Anguil. Aduerſ. 366.*



Diosc. *Radix illita graueolentiam alarum totiuſq; corporis emendat. Item ſi decocta in vino bibatur, copioſam autem vrinam fœtidamq; † expellit: herba cum recens tenereſcit, in olera, aſparagi modo, tranſit.*

† Gal. Ac proinde graueolentiam ſanat tum alarum, tum totius corporis. Atque hoc ſane medicamento ex tota ineſt eſſentia, nimirum cùm ſuccus ſit purgatorius. At quæ ſecundum qualitates editur actio, calidum in ſecundo ordine completo, aut tertio incipiente, medicamen indicat, ſiccum verò in ſecundo.

Scolymos *Theoph.*

Huius primi *Aſparagi* cum radicibus crudi aut carnibus incocti eduntur apud Salmanticenſes: quo ipſius lacteo ſucco, lactis omne genus coagulant, vt author eſt Cluſius.

*Anguil.* ] Aetius ex ſententia Archigenis Eryngium deſcribit, *folijs Atractylidis*, durioribus, nitidioribus, & pallidioribus, plures ab vna radice cubitales ramos emittentem, *Flores Bophthalmi*, ſed medium ſtamina ſic diſtinguunt, vt oculi formam amplius non ſeruent.

Scly-

*SILYBVM, ſiue Carduus Lacteus. Leucographis Plin. Aduerſ. 366.*

*CARLINA herbariorum. Aduerſ. 367. Chamæleon albus Dioſc. Helxine Pliniana Anguil.*





Eadem Gal. & Apuleius.

DIOSC. *Hæc recens cum ſale oleoq; cocta eſtur. Radicis ſuccus drachmæ pondere potus, vomitiones ciet.*

Leucographin Plin. quidam volunt; ſed qualis eſſet, Plinius ſcriptum non repperit, vt ipſe teſtatur his verbis, lib. 27. cap. 11. Qualis eſſet ſcriptum non repperi, quod & magis miror, inquit, quoniam vtilis proditur ſanguinem excreantibus tribus obolis cum Croco. Item cœliacis tria ex aqua appoſita. Profluuio fœminarú, oculorum quoque medicamentis; & explendis vlceribus, quæ fiunt in teneris partibus corporis.

## CHAMÆLEON *Dioſc.*

DIOSC. *Radix pota acetabuli menſura, latas interaneorum tineas pellit. Bibitur autem in vino auſtero, cum origani feruefacti ſucco. Hydropicis † commodiſſimè drachma in vino datur, etenim eos extenuat. Contra difficultatem vrinæ decoctum propinatur. Hauſta in vino, ſerpentium venenis reſiſtit. Occidit canes & ſues. Mures item necat, ſubacta cum polenta aut aqua, & oleo madefacta.* Eadem Gal. & Apul.

† Gal. exhibent ipſam aqua inter cutem laborantibus aſſimilem habentem temperiem ipſius nigri radici, niſi quatenus illa acrior eſt.

APVL. Ad hepaticos: herbæ Chamæleonis ſuccus potui datus cum vino, febricitanti cum aqua calida, mirè proficit. Ad hydropicos: herba Chamæleon & Chamædaphne & Chamædrys & Chamæpitys æquali pondere tuſa & quã molliſſimè cribrata, ſi in potione vini mixti, iuuenib. cochlearia quinque, viris cochlearia nouem, item minoribus puellis & mulieribus cochlearia tria, puerculis cochlearium vnum dederis, mirificè aquam omnem de corpore per † vrinam digerit.

† quemadmodum labrum veneris thoracis excrementa per vrinas educit.

Cha-



CHAMÆLEON *albus caule donatus.*
*Cardopathium. Chamæleon albus & niger, ſiue Carlina Officinarum.*
*Chamæleon niger vulgaris Herbariorum. Chamæleon albus Fuchſ. Germ.* Eberwurtz. *Belg.* Euerwortele. *& Carlina. Gallis item* Carlina.
*Aduerſ. pag.* 367.

Huius rad cẽ antidotis ſuis miſcet vulgus medicantium ad peſtis contagia. Dentibus attrita eius dolores mulcet. commodiùs vnguentis ad pſoras & lepras inſeritur.

CARDVVS *acaulis Septentrionalium.*
*Chamæleon albus Cordi, & Tragi exiguus Chamæleon.*

CHAMÆLEO niger Dioſc.





Angliæ collibus, Picardiæ, Gallobelgij & Agxiaci caſtri ſatorũ marginibus obuius & frequẽs hic Carduus, vultu & folijs Carlinę, ſed anguſtioribus lacinijs, minoribus; flores purpureſcẽtes & capitula Cardui vulgaris, caule careſcens.

Cha-

## CHAMÆLEO niger Marantha.

DIOSC. *Radix trita, addito atramenti ſutorij exiguo cedrino oleo, & axungia, ſcabie* ✻ *abigit. eadẽ cùm ſibi ſulphur & bitumen aſciuit, & cocta in aceto illinitur, impetigines* † *abſterget. decoctum colutione dentium dolorem mitigat, cum pari pipere & cera oblita radix, dolenti denti auxiliatur. radice conciſa, & in aceto decocta, dentes foueantur. eos quoq; frangit, ſi ſcriptorio ſtylo feruens admoueatur. vitia cutis in facie, vitiliginesq; cũ ſulphure emendat. erodentibus medicamentis admiſcetur. phagedænas, tetraq; vlcera illitu ſanat. Quare chamæleo vocetur, à varietate foliorum euenit. mutant enim cum terra colorem. hic viridia, illic albicantia, alibi cærulea, nonnunquam rubra inueniuntur.*

✻ Gal. eadem, quia letale quiddam obtinet.

† Gal. in ſumma quæ deterſionem poſtulant: præterea digerentibus & emollientibus pharmacis commiſcetur & phagedænica vlcera ſanat illita. Eſt enim ſicca tertio ordine, calfacit verò ſecundo abſoluto.

## CROCODILION. *Aduerſ. 368.*

DIOSC. *Feruefacta in aqua & pota radix ſanguinem copioſum per nares pellit. datur lienoſis, eos euidenter adiuuans.*

CROCODILION *Fuchſ. & Cordi. perperam Chamæleon verus Tragi. Aduerſ pag. 368. 369.*



Gal. Crocodilij ſemen acre eſt atque odoratum, vrinam menſeſque ciens. Itaque facultatem habuerit calidam digerentem & exiccantem, ſuccus tum caulis, tum ſeminis, vt quæ ſimilis ſint facultatis, nephriticos adiuuant. Radix pectoris excreationibus valenter conducit, minus quidem quàm ſemen, acris, non tamen minus amara. Eadem Gal.

## SPINA alba.

*lege* ἄκανθα λευκή.

*Aduerſ. 369.*

DIOSC. *Huius radix pota, † cœliacis, ſtomachicis, & ijs qui cruenta extuſsiunt, efficax eſt, vrinam cit; tumoribus illinitur. Decocto eius dentes in dolore colluti prodeſt. Epotum ſemen conuulſis* ✻ *infantibus, & à ſerpente demorſis auxiliatur. Geſtatum pro amuleto, ſerpentes abigere traditur.*

† Gal. quia radix eius deſiccatoria & modicè adſtringens.

✻ Gal. quia ſemen tenuis eſſentiæ & calidæ facultatis eſt.

## SPINA ARABICA. *Aduerſ. 370.*

DIOSC. *Arabicam ſpinam natura albæ ſpinæ ſimilem eſſe conſtat. ipſa ſiquidem ſtringit. ad ſanguinis reiectiones, menſium* * *abundantiam, cæteraſq; fluxiones radix etiamnum valet. Prouenit in aſperis.*

Gal. Acantha Aegyptia (quidam Arabicam vocãt) ſpinæ albæ noſtrati ſimilis, verùm facultate validius adſtringente pariter & deſiccante. * Itaque profluuium muliebre radix eius iuuat; & alia quæcunque quibus auxilio eſt quæ apud nos naſcitur ſpina: ſed efficacius tamen omnia iuuant, tum radix tum fructus ipſius. Hic verò & columellæ prodeſt, & ijs quæ in ſede inflata ſunt: tum vlcera ad cicatricem ducit, mediocrem habẽs & non moleſtam adſtrictionem.

LEVCACANTHA. *Aduerſ.371.*

DIOSC. *Leucacantha, prælita eſt radice cyperi, valida & * amara. Quæ manducata dolorem dentium ſedat: veteri dolori, atq; iſchiadicis prodeſt, decocto cyathis tribus ex vino poto: eadem ruptis & conuulſis medetur. radicis cyotus ſuccus eoſdem prabet effectus.*

* Gal. proinde incidit & exiccat in tertio ordine; in calfaciendo autem ex primo eſt ordine.

CARDVI BVLBOSI *Monſpellienſium varietas.*
*Aduerſ. pag. 371.*

Huius alteram ſpeciem alit Ioannes Mutonus nullis ſpinis donatam.

SPINA *alba Matthioli: Silybum Guillandini.*
*Scolymus verus Dioſc. quorundam.*
*Fortè Carduus Galactites Plin.*

Iam diu ſeuit hanc & virentem habuit Ioannes Mutonus, folijs, ortu, totaque facie eſt Spinæ albæ nobis deſcriptæ, ſed echinata capitula molliora, minuſque ſpinis infeſta ſunt.

CARDVVS *tomentoſus Anglicus. Aduerſ. 370.*
CORONA *fratrum Herbariorum.*
*Carduus eriocephalus Dod.*



CARDVVS *Stellatus ſiue Stellaria &* CALCITRAPA. *perperam Polyacantha Cordo.*
Gall. Chauſſe trappe. *Germ.* Wallem thiſtel & ſtaben diſtel. *Belg.* Sterre diſtel.
*Aduerſ. 372.*



Arthesiæ, & Neruienſis agri collibus paſſim non ſecus ac in Angliæ Sommerſeti præfectura obuia hæc planta. cuius effigies Aduerſ. pag. 370. flore dehiſcente à pictore delineata.

CARDVVS *ſtellatus, &c.*

An Myacanthus Theoph. cap. 4. lib. 6. Spina alba vera Rondel. An Theoph. Tribulus folio Cicercule Ruellio?

*Varietas.* Candidis floribus varijs in agro Neruienſi.

*Capitulis ſpinoſis* CARDVVS STELLATVS, *ſeu* CALCITRAPA *altera.*
*Videtur eadem cum Iacea altera Granatenſium Cluſij.*

Hoc Calcitrapæ genus videndi & habendi copia fuit in horto Ioannis Mutoni Hiſpano ſemine ortum. Non ita diuerſum ortu & habitu; ſed folia maiora, molliora, Iaceæ nigræ ferè paria & concoloria, Calcitrapæ ſimilia: flores purpuráſtes & cauliculi minimè diuaricati, ſed ſurrecti cubitales & vegetiores & habitiores & capitulo denſioribus ſpinis circumuallato.

CARDVI STELLATI *varietas.*
IACEA *lutea Cluſij.*
*Tragacanthum Salamanticum.*



ATRACTYLIS.
*Aduerſ. 372.*



Huius generis plantam quam debemus Carolo Cluſio, non abs re huic Acanaceorum familiæ annectendam duximus. Conuenit enim radiatis & aculeatis capitulis, folijs, floribus & ſemine cum Carduo ſtellato & Stella ſiue Spina ſolſtitiali; ſed omnia longè maiora: capitula namque Cnicum ſyluestrē ſuperant. Semen item & flos non abſimilia, quo marceſcente, è medio centro, vermiculatum Gummi Ixiæ concolor aut Tragacanthi ruffi æmulum, manat: vnde Tragacanthi nominis occaſio Salamanticēſibus, apud quos in vineis agrorumque marginibus lubens & frequens oritur.

ATRACTYLIS.

DIOSC. *Folia, coma & ſemen trita cum pipere, vinoque pota, contra ſcorpionum ictus proſunt.*

Gal. deſiccandi & modicè digerendi facultate prędita;

Vlcera fiſtuloſa ad cicatricem perducit. Fuchſ.

Pp 2 CAR-

ALEXANDER ... FERDINANDUS ... DE ARAGON



Cardvvs benedictvs. *Aduerſ. 372. 373.*
*Germ.* Cardobenedict. *Gall.* Chardon benit.
*Cnicus ſupinus Cordi. An Carduus ſyl. 2<sup>9</sup>. Theoph.?*

Magni vſus & cõmendationis ad capitis vertiginoſos dolores & peſtiferos morbos. Inſigni amarore obſtructiones viſcerum reſerat; putredinem arcet; vrinas & calculum propellit. Pectoris vitia emendat. Hepati, cordi & viſceribus peramicus, vt cuius ſtillatitia, decoctum, puluiſue ʒ. j. diuturnis & exitialibus febribus proſit. venenatis ictibus herba tuſa, & contagioſis tumoribus imponitur.

*Sequanorum* Cirsivm lvtevm.
*Carlina ſyl. Dod.*
*Atractylis mitior Fuchſ.*

lege Eryſitu- lio,





Picnomos cretæ salonensis
*Galloprouincia. Aduerſ. pag. 373.*
*Chamæleonis nigri ſpecies forte.*
*Acarna quibuſdam.*
*lege* ... ſimilis, ſed maioribus in ſpinoſis & tomentoſis oblongis capitulis.

Acar-

**ACARNAE, ſiue Sequanorum CIRSII CARLINAEVE varietas. CARLINA Syl. minor Cluſij & Eryngium Archigenis.**



**PHOENIX, LEO. CARDVVS Ferox. Ital. Cardo fiero, Leone ditto.**



Eryſia.

Agro Salamantico oriunda ex Acanaceorum genere hæc plantula Carlinæ ſyl. non abſimilis, ſed to-ta minor: & flos luteus, non pallidus è ſingulari palmari cauliculo. annua planta eſt.

## PHOENIX, LEO.

Hunc totius Acanacei generis facilè Phœnicem, Leonem & ferocem dixere nuperi à ſpiculis & infeſtiſſimis ſpinis: nihil enim aliud è folijs altiùs diuiſis & capitulorum exordijs quàm ſpicula & vepres vnciam & ſeſquiunciam longas videas. cauliculus vix palmum æquat. flos Cnici ſylueſtris, pallidus, ſpinis & aculeis ſequentibus horridisque cinctus. Quia planta rara & vix nota, eius vſus nullus: audio tamen quibuſdam aridis collibus Italiæ ab Apeninis non ita diſſitis, magno prouenttu gignere.



ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS



CHAMAELEON Salamanticenſis Cluſij.



ACARNA *Theoph. Anguillaræ.*

Valerandus Dourez Iuſtinopoli Illyriæ rediens Venetias Carduos duos detulit, quorũ alter flauentibus aculeis horridus virentibus ſinuatis folijs, auerſa parte tomento incanis, vel tota planta, plures fundit ſeſquicubitales caules. floribus luteolis, ſemine Cnici, ſed minore, in ſquammoſo & ſpinis horrido capitulo.

ACARNA *Valerandi altera.*



Folijs longioribus, ſpinis horridis caulem pinnatim ſecundum longitudinem ambientibus, quaſique pennæ telo affixis: incana lanugine tota pubet, caulis dodrantalis interdũ cubitalis. Flores Carduibenedicti, cõfertim ſtipati, minores, & Senecionis maiores. ſemẽ cnici minus.

CHAMAELEON *Salamanticenſis Cluſij.*

Ortu, folio, totaq; facie huic Acarnę admodũ affinis eſt, & fortè eadem, nigri Cameleõtis hęc ſpecies agro Salamanticẽſi oriũda, & à doctiſſ. Cluſio literis prodita, Cauliculo pedali, interdũ maiore, multis alis diuiſo, ſtriato, & veluti pinnis etiam foliato. Folia longa anguſta, aculeis horrida. In capitulis confertim ſtipatis, & ſpinoſis: flos purpura dilutus.

CAR-



CARDVVS FVLLONVM ſiue Dipſacus ſatiuus, ſiue Labrum Veneris. An ſpina Selenitis Theoph. Guillandino? Galedragon Xenocratis Anguil. Germ. Karten diſtel, Weberkerten. Belg. Caerden & volders caerden. Angl. Taſel. Hiſp. Cardencha & Cardo penteador. Ital. Diſlaco, & Cardo da panni. Gall. Chardon a carder.

*Aduerſ. 373.*

DIOSC. *Sanat rimas ſedis, fiſtulaſq; ſi tuſa & decocta in vino radix, vſque dum ſit craſsitudo ceræ, inuncatur. Medicamentum ærea pyxide retinendum. Aiunt formicationibus, verrucisq; penſilibus remedio eſſe. Vermiculi capitulorum in folliculo alligati, collo aut brachio appenſi, produntur quartanis febribus remedio eſſe.*

Gal. ex ſecundo ordine exiccatoria radix eſt, habetque nonnihil & abſterſorium.

LABRVM VENERIS.

*Aduerſ. 373. 374.*

VIRGA PASTORIS.
*Aduerſ. 374.*





Chrcvs

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS DEI GRATIA

CNICVS *ſatiuus Theoph. Germ. & Belg.* Wilden garden ſaffren. *Gall.* Saffran baſtard. *Hiſp.* Alazor & ſemente de papagaios. *Ital.* Zaffrano matto ſaluatico & Saracineſco. *Angl.* Baſtart ſaffron. *Aduerſ. 374.*



CNICVS *flor. cæruleo. Cnicus alter Cluſij.*



DIOSC. *Huius flore in obſoniis vtuntur. Seminis tuſi & expreſſi ſuccus, cum aqua mulſa, vel iure gallinacei, aluum purgat; ſed ſtomacho aduerſatur. Ex eo autem fiunt offulæ, quas placentulas vocant, adiectis ſucco amygdalis, nitro, aniſo, & melle decocto, quæ aluum emolliunt. Hæ in partes quatuor finduntur, quæ nucis iuglandis magnitudinem impleant: è quibus ante cœnam duas vel tres ſumpſiſſe ſatis eſt. Ratio temperandi hæc eſt. Cnici candidi ſextarius, amygdalarum toſtarum & delibratarum cyathi tres, aniſi ſextarius vnus, aphronitri drachma vna, cum carnibus triginta caricarum. Seminis ſuccus lac cogit, & magis ipſum reſoluenda alui facultate donat.*

MESVÆ. Cnicus eſt agreſtis & ſatiuus, idemque melior ſemine. Nec inutilis eſt flos. Calfacit ordine primo, * ſiccat ſecundo; agreſtis calidior, ſiccior: minus flos. Pituitam & aquas vomitu, & deiectione vacuat ſumptus, & clyſtere iniectus. Ob id morbis inde natis, vt colico affectui, & ſimilibus confert. Thoracem quoque & pulmonem expurgat: vnde & vocem claram reddit. Sperma quoque vſu auget, ſed alimentum eſt prauum. Stomacho valde noxium, in eoque & mammis lac cogere dicitur. faſtidiendum ac nauſeabundum eſt, ac conturbans. Facultate eſt lactariarum plantarum, ſed remiſſa. terget, aperit, etiam flore cum mulſa ictterum ſanante. Ne ventriculum lædat, ei miſce ſtomachica, Aniſum, Galangam, Maſtichen: acria verò, vt Cardamomum, Zingiber, ſal panis, ſal gemmæ, addita, actionem ipſius celerant, & inteſtinorum noxam prohibent. Sic medullæ eius drachmæ decem, cum Cardamomi aureo vno in catapotia cicerum magnitudine drachmis quinque ſufficienter purgat Paulo authore. Datur à ʒ. quatuor ad aureos quinque. flos à ʒ. vna ad aureos duos.

* minimi tertio vel Gal.

CNICVS *flor. cæruleo.*

Huius effigies peregrini Cnici nomẽclaturã vt qui ſeriò quadret Cnico vulgari, fecit. Exit enim cauliculis pedalibus & cubitalibus, è pulla vnciam æquante radice, in quibus folia Cnici vulgaris, ſed in capitulis ſquammis loricatis flores cæruleis apicibus conſtantes. Semen item Cnici, minus, ſubſiccus. Hortus cultiſſimus ſtirpiumq; exoticarum ditiſſimus P. Coudenbergij noſtri hanc aluit. Circa Corduбam & agro Hiſpalenſi in ſegetibus prouenit Cluſio authore, vbi floret Maio & Iunio: apud nos vero Iulio & Auguſto.

Carduus *vulgatiſſimus viarum. Onopyxos Guiland.*



Carduus *ſpinoſiſſimus vulgaris. Polyacantha Theoph. Aduerſ. pag. 374.*



Vbique viarum obuius eſt Carduus ille vulgatiſſimus, quo quidem nihil notius, nullique regioni negatur. E radice caules cubitales, & ſeſquicubitales alis concauos edit, quibus folia Sonchi aſperæ inſunt, ſæuis aculeis infeſta, nigricantia: flos purpureus in muricatis capitulis, pappis diſſluens. Semen & reliqua notiora quàm vt fuſiore deſcriptione egeant.

✻ Aculeosa *Gazæ. Agriacantha Ruellij. Carduus ſilueſtris, & Scolymos Dod.*

Eryngium *Marinum. Drypis Theoph. quorundam. Batauis* zeedistel *&* meerwortele.
*Angl.* Sea holm, *Ital.* Iringio. *Aduerſ. pag.* 375.
*Videtur* Acanos *Plinij cap.* 9. *lib.* 22.

Plin. Sunt qui & Acanon Eryngio adſcribant ſpinoſam, breuemque ac latam herbam, ſpinis; latioribus. Hanc impoſitam ſanguinem mirè ſiſtere. Alij Eryngen falſò eandem putauerunt eſſe & Glycyrrhizam: quare ſubiungi eam protinus refert. Et ipſe ſine dubio inter aculeatas eſt, folijs echinatis, pinguibus, tactuque gummoſis: fruticoſa binorum cubitorum, altitudine: flore Hyacinthi: fructu pilularum Platani magnitudinis. cætera pete ex Pli. ad finem capitis vſque.

Diosc. *Folia in principio ſale condita in cibos recipiuntur. Radix vim habet calfactoriam. pota menſes & vrinas pellit. Tormina inflationesq; diſcutit. Contra iocinerum vitia, ſerpentium morſus & hauſta venena, cum vino prodeſt. Bibitur aduerſus plurima cum ſeminis paſtinacæ drachma vna. Appenſa illinitue, tuberculis diſcutere proditur. Pota cum hydromelite radix, opiſthotonicis & comitialibus medetur.*

Gal. Caliditate quidem aut parum, aut nihil, quæ temperata ſunt, ſuperat. Siccitatem verò in tenui eſſentia conſiſtentem non parum obtinet.

Q q          Eryn-

ERYNGIVM
marinum.
Aduerſ. 375.



ERYNGIVM
campeſtre
Mediterraneum
Aduerſ. 373.
& 368.



Puſillum
ERYNGIVM
Planum
Mutoni.



ERYNGIVM
pumilum
Cluſij.



ERINGIVM

*Puſillum* ERYNGIVM *planum Mutoni.*

Alterum rarò ruri vel in hortis apud Belgas viſitur, folijs quàm Dipſacus longè minoribus anguſtioribus; coliculis dodrantalibus & pedalibus anfractuoſis & diuaricatis, in quibus ſummis & ſecundum longitudinem floſculi minores quàm Campeſtris Eryngij. Radix Corrudæ aut Aſparagi, ſed minor multo perennat. Nuſpiam me vidiſſe memini, niſi in hortis Ioannis Mutoni.

ERYNGIVM *Montanum tenuifolium ambitu profundè ſinuatum.*
*Aduerſ. pag. 375. & 368.*

ERYNGIVM *pumilum Cluſij.*

Eryngij pumili à C. Cluſio deſcripti genus à ſuperiore in collibus agri Salamāticenſis valdè variat, vbi è lignoſa & tenui annua radice caniculum gracilem multis diuiſum alis, palmum, dodrantem altum, etiamque maiorem, quem ſtellatim ambiunt ſpinoſa altiùs laciniata & inciſa folia. flos & echinata capitula cęrulea folijs ſepta viſuntur: ima autem folia latiora, molliorаq; radiatim ceſpite inſtrata iacent; & in ambitu laciniata cernuntur.

ERYNGIVM *montanum recentiorum alterum, eſt Crithmum quartum Matth. Aduerſ. pag. 168.*
*Copioſe prouenit in Flandriæ ſabuloſis ſecus Blanquebergam Brugarum.*



POTERION. *Aduerſ. pag. 377.*
*Cypriis Mazino & Stiuida.* ✻



✻ DIOSC. *Radices tuſa, præciſis neruis & vulneribus glutinandis illinuntur. decoctum quoque eius neruorum affectibus prodeſt.*

Gal. Deſiccandi abſque morſu facultatem poſſidet, adeò vt & neruos inciſos glutinare credatur. Radices eius potiſſimum eiuſmodi vim obtinēt: quin & decoctum earum quidam exhibent ijs quibus affecti ſunt nerui.

TRA-

TRAGACANTHA *Aduerſ. 377.*

DIOSC. *Eſt etiamnum tragacantha, lachryma: quæ, vulnerata radice manans, concreuit. Præſtat pellucens, gracilis, leuis, ſyncera, & ſubdulcis. Cutis ſpiracula, vt gummi, obſtruit. huius increbuit vſus ad oculorum medicamenta, ad tuſſim, exaſperatas fauces, retuſas voces, cæteráſque diſtillationes, cum melle in delinctu. Subdita quoque linguæ liqueſcit. in paſſo madefacta drachmæ pondere bibitur, contra renum dolorem, & veſicæ roſiones, mixto cornu cerui vſto & eloto, aut ſciſſi aluminis momento.*

Gal. ſimilem Gummi vim obtinet, emplaſticam quandam & acrimoniem hebetiorem. Et ſanè ſimiliter illi deſiccat.

TRAGACANTHA *altera, fortè* POTERION *Cluſio.*



ONONIS, *aut Anonis. Aegipyros Crateuæ Anguil. Aduerſ. 378.* *Ital.* Bonaga. *Gall.* Areſte beuf. Bugrandes & bugranes. *Gallobelgis.* Bouurande *quaſi bubulam. Ger.* Oxſenbrech, ſtalkraut, & hauwechel. *Belg.* Prangwortel, & ſtalcrupt. *Hiſp.* Detiene buey & Gattilhos. *Angl.* Camocke & peti wyne.



Aliam plantam Poterij aut Tragacanthæ nomine donauit C. Cluſius ortu, ſurculis, folio, omniſque ſui parte ſimilimam, ſed folijs hyeme caducis deciduiſue, cuius tamen neque florem neque ſemen obſeruare potuit circa Guadix & la Venta el peral, arido & inutili ſolo, vbi vberè prouenit. Plura pete in eius doctiſſima & rariſſima hiſtoria.

ONONIS, *aut Anonis.*

DIOSC. *Muria conditur, antè quàm ſpinoſa fiat. cibis gratiſſima. rami acutioribus ſpinis, & veluti ſtimulis firmioribus horrent. radicem mittit candidam. Quæ excalfacit, & extenuat. huius cortex ex vino potus, vrinam ciet, calculos comminuit. margines vlcerum erodit. radix cùm decoquitur in poſca, dolorem dentium colluitione mitigat. Eadem decoctum eius potu hæmorrhoidas ſanare creditur.*

Gal. Ononis radicem habet tertio quadantenus ordine excalfacientem. Radix eius maximè vtilis habens quippiam & abſterſorium & inciſorium. Itaque non tantum vrinas prouocat, ſed & lapides conſtringit. Eadem facultate & cruſtas detrahit.

NATRIX

NATRIX *Plinij herbariorum.*
*Aduerſ. 378.*
*Melilotus ſyl. pinguis F. Pennini.*



TRIFOLIVM *Pratenſe. Aduerſ. 380.*
*Hiſp.* Trebol. *Ital.* Trifoglio.
*Angl. etiam Clauer.* *



*Refrigerat, exſiccat cum partium tenuitate. Inflammationes cataplaſmate, ventris torſiones cœliacoſq; dolores iniectione mulcet. Exiccandi & mediocri concoquendi vi menſtruis albis mederi proditur.

*Varietas.*

Fronde duplo maiore luxuriat in Gallobelgio & Ambiano agro, pinguiori veruacto ſatum, ſaginandæ veterinæ longè optimum.

Trifolium guttatis maculis variatum Euphraſiæ ritu ocularibus decoctis & collyrijs noſtra ætas feliciter committet. In Trifolio luteo. 380. [illegible]

TRIFOLIVM *pratenſe Salamant. Cluſij.*
*Hiſp.* Trebol de prados.



Ramulis ſerpit tenuibus dodrantalibus, folijs ternis paruis minus crenatis, puſillis floribus ex luteo dilutè purpurantibus. Semẽ paruum ruffeſcens in membraneis folliculis, Trifolij vulgari modo, frequens in pratis circa Salamanticam. In horto D. Ioannis Dil.῀, alitur.

TRIFOLIVM *Aſphaltæum ſiue Bituminoſum.*
*Trifolium odoratum Plin.*



TRIFOLIVM *Americum.*



DIOSC. *Semen & folia in aqua pota pleuriticis, vrinæ difficultati, comitialibus, & iis qui aqua inter cutem principia ſentiunt, fœminis quoque vulua vitio opportunis, auxiliantur. menſes ciunt. terna drachma è ſemine dari debent, è folijs verò quaterna. Contra ſerpentium ictus trita folia, & ex aceto mulſo pota, præſidio ſunt. Tradunt aliqui, totius fruticis, radicis, foliorumq; decoctum fotu dolores eorum finire, quos ſerpentes percuſſerint. qua autem aqua ſanatus quis fuerit, ſi ea quiſpiam alius foueatur, qui vlcus habuerit, perinde afficitur ac à ſerpente demorſus. Quidam terna folia aut ſemina in tertianis, cum vino potui dedere: & in quartanis, quaterna. vt quæ febrium circuitus diſcutiunt. Radix antidotis inſeritur.*

Gal. Vis plantæ calida & ſicca vt bitumen, cui odore eſt ſimilis, vtrinque tertio ordine. Proinde pota laterum dolores ab obſtructione natos iuuat, & vrinam menſeſque prouocat.

Menſes & partus appoſitum extrahit, ex vino albo potum Dod. ex Hippoc.

TRIFOLIVM *Americum.*

Similitudinis huius eſt quoddam peregrinum Trifolium ex America ad nos deuectum, vbi floſculos cæruleos purpureoſue Agni caſti, vel Lauendulæ ſpicatim promit. folio atrouirente Lagopi aut Trifolij aſphaltitis, Domino Ioanni Brancioni & Ioanni Mutono floruit.

OXYS PLINIANA.



OXYS PLINIANA.
*Germ.* Sauerklee. *Belg.* Coeckoetsbroot. *Gall.* Pain de Cocu. *Angl.* Wod sour. *Aduerſ.* 381.

Plin. datur ad ſtomachum diſſolutum: edunt & qui enterocelen habent.

Gal. eadem quæ Oxalis præb&t. Tenuium eſt partium, exſiccans.

OXYS *lutea corniculata repens.*
*Oxys lutea Cluſij.*



Gracilibus nitidis repentibus coliculis: flos luteus. Folia & radix Oxydi ſcriptæ non abſimilia. Belgis hortenſis eſt & planta annua, hyemis ſæuitia emoriens, ſed ex corniculis oblongis rediuiua ſemine puſillo, ſubruffo & compreſſo. Quibuſdam circa Hiſpalim vmbroſis locis ſponte oriri auctor eſt Cluſius.

lege QVADRIFOLIVM phæum.
Adverſ. 382.

TRIFOLIVM Paludoſum, ſit ne Iſopyron Dioſc.?
Trifolium paluſtre Cordi, & Dod.
An Menianthe paluſtris Theoph.?





ISOPYRVM.

DIOSC. *Contra tuſſim, & cætera pectoris vitia, ſemen ex aqua mulſa bibitur: hepaticis, & ſanguinem excreantibus vtile.*

Gal. abſterget, incidit &c.



HEPATICVM *Trifolium, ſiue Hepatica &* TRINITAS *herbariorum. Epimedium Tragi Cordo.*

*Germ.* Edelleberkraut. *Noſtris* edelleuercruyt. *id eſt Hepatica nobilis. Gall.* Hepatique.

*Adverſ. pag. 382.*

Refrigerãdo ſiccat, modicè adſtringit. Hepar, ventriculum & viſcera roborat: ad enterocelen Oxys Plinianæ ritu bibitur.

*Varietas.* Flores colore variant, alias cærulei, purpurei & quandoque niuei, (qui tamen cùm primum pandent ex cæruleo tantillum liueſcũt) in cultioribus Belgij vt Georgij vanden Rye hortis cernuntur.

Nonnunquam etiam folia maiora maculis nonnulliſſe variegata ſpectantur. Tardiusq; floret.

POTAM-

*Polyanthos* HEPATICA *trifolia.*



HEPATICA *Polyanthos.*

Purpurocæruleis multiplicibus floribus ſtipatam elegantia peregrina, præclaro D. Ioanni Brancioni, ſuperioribus annis doctiſſimus piæ memoriæ Alfonſus Pancius Ducis Ferrarienſis medicus miſit: cæteroquin folia, radix, cum ſuperioribus haud abſimilia.

RANVNCVLVS *aquaticus Hepaticæ facie.* *Polyanthemon paluſtre Dod. & Diſſi.*
*Belg.* Water leuercruyt, & Witte water botterblommen.



Figura & natalitiis, nempe foſſis vbi torpent vel torpuerunt reſides aquæ, Ranunculo aquatico, Ranæ Morſui vel Hepaticæ trifoliæ accedit: cuius ſuperiora foliola aquis innatantia, circinato ambitu obtuſis leuibuſq; dentibus inciſa ſunt; inferiora verò capillacea Fœniculo aut vulgatæ Anthemidi æmula è flexuoſis tenelliſque aquis item fluitantibus cauliculis. Floſculi odorati candoris lactei, amœno aſpectu micantes, medio vmbone luteo, foliolis conſtantes quinis. Semen mcemoſum in congeſtis capitulis Ranunculi. Radix exilis fibrata.

R 5 FOENVM

FOENVM Burgundiacum.



Medica folliculo ſpinoſo.

Varietas.



LVNARIA radiata Italorum.



LAGOPVS, Pes Leporis.



FOENVM *Burgundiacum, &* MEDICA. *Aduerſ. pag. 381.*

DIOSCOR. *Semen id ſiccatum, iucundi ſaporis gratia, conditaneo ſali admiſcetur. viride, quibus refrigeratione opus eſt, illitu ſuffragatur. Herba tota pro gramine vtuntur, qui pecora alunt.*

Triplex è floris colore differentia: { Cærulea, Violacea & Lutea. } Refrigerant omnes. Scorpionum ictibus non ſecus ac Trifolium Aſphalteum contuſæ imponuntur.

MEDICA *folliculo ſpinoſo. Adu. pa. 383. Trifolium cochleatū Dod. Gal.* herbe à limaſſons.
Epoti omnes & impoſiti commorſis à vipera & ſcorpione ictis auxiliari creduntur.
*Lunata, ſiue falcata* MEDICA, LVNARIA *radiata Italorum.*
Quæ lunato folliculo duntaxat differt, Italis Lunaria radiata dicitur.
} *Medicæ varietates.*

LAGOPVS, *Pes Leporis. Aduerſ. pag. 383. 384. Angl.* Haris foot. *Germ.* Hasen fuß, *&* Hasenklee. *Belg.* Hasen pootkens. *Gal.* Pied de Lieure.

DIOSCOR. *Adſtringit & exſiccat, ſiſtit aluum cum vino pota; febrientibus cum aqua danda. alligatur eadem contra inguinum inflammationes.* Eadem Gal.

LAGOPVM *maximum, folio & facie Trifolij pratenſis. Aduerſ. pag. 384.*



*Folio pinnato* LAGOPVS *altera. an Cytiſus Tragi, & Trifolium magnum Cordi?*



*Varietates.* Sanguineo ſiue cruento flore Lagopus folio Trifolij Aſphaltei; flore ſpicato, duorum vnciarum longitudine, aſpectu hilari purpuroſanguineo, ſapore tritici aut graminis. Belgis hortenſis eſt.

*Folio pinnato* LAGOPVS *altera.*

Perſpicua in folio varietas, quod marceſcens calidioribus & Pedemontanis potiſſimùm regionibus, nitore, lænore, & ſtriis elegantiſſimis auium pennas imitatur, Filicis Oſmundæ vocatæ pur, poſitu terno è pediculo hærente. Flos item ſanguineus ſuperiori perſimilis.

*Hortorum odora* LOTVS. *Aduerſ. pag.* 384.
*Perperam Trifolium Aſphaltaum Dioſc. Fuchſ.*
*Lotus ſatiua, ſiue trifolium oderatum alterum Dod.*
*Lotus ſyl. Anguil. & Matth. An Melfrugum Theoph.?*
*Angl.* Garden clauer. *Hiſp.* Trebol Real.



LOTVS *aſperior fruticoſa, ſiue Narbonenſis incana* LOTVS.†



LOTVS *Vrbana Dioſcoridis.*

DIOSCOR. *Extractus ſuccus addito melle, oculorum argema, nubeculas, cæteraſq; caligines diſcutit.*

Exſiccandi & concoquendi vim mediocrem poſſidet Gal°. in caliditatis frigiditatiſque coniugatione media quodammodo & temperatura.

LOTVS *ſyluest. Aduerſ. pag.* 385. *Hiſp.* Trebol ſaluage.

DIOSCOR. *Vim calefaciendi & leuiter adſtringendi, obtinet: vitia cutis in facie maculaſq; cum melle peruncta expurgat. Trita per ſe aut cum Malua ſemine in vino aut paſſo bibitur, aptiſſimè contra dolores qui veſicam malè habēt.*

Semen Gal°. 2^{di}. eſt ordinis excalfacientium.

*Italica* LOTVS *altera.*

Perpuſillam hanc Lotum in agro Bononienſi D. Dauid van Mande Antuerpienſis Medicus legit. Cauliculis repit ſpithameis, in quibus parua folia Trifolij pratenſis, & floſculi lutei Scorpioidis vulgatæ. Semen muricatum Tribuli terreſtris aut Criſtæ gallinaceæ.

LOTVS *Aegyptia. Aduerſ. pag.* 385.

* Ead. Gal. DIOSC. *Caput quale papaueris, maximū: & intus grana, ceu milij, quæ Aegyptij exiccant, & in* panes cogunt. Radicem lotos hæc habet, mali cotonei ſimilitudine, quæ cruda, coctaq; manditur. decoctaq; lutei oui qualitatem exhibet.*

† Lotorum familiæ reddenda eſt hæc, vt quæ tota facie Lotis aſſimiletur. In rigidis quippe & duriuſculis pallidis ſpithameis ramulis folia terna incana Loto pratenſi Monſpellienſi anguſtiora, Cytiſo ſubparia, Dorycnij latiora. Cauliculis ſummis luteoli floſculi, minores & aliquantum cani.

MELILOTVS. *Aduerſ. pag.* 386. *Sertula campana, & Corona Regia.*
*Angl.* Melilote. *Ital.* Meliloto, *&* Trifoglio cauallino.

DIOSCOR. *Vim habet adſtrictoriam, inflammationem omnem emollit, præſertim quæ in oculis, vulua, ſede aut teſtibus erumpat, ſi ex paſſo cocta illinatur: interdum autem addito oui luteo aſſato, aut Fœnigræci farina, lini ſemine aut polline; capitulis papaueris, intybóve. Recentes meliceridas per ſe curat, & vlcera manantia in capite, cum creta Chia, vino aut Galla ſanat. Stomachi dolores & cruda & cocta cum aliquo ex ſupradictis leuat. doloribus aurium mitigandis, cruda ex paſſo inſtillatur. In aceto aut roſaceo madefacta, capitis dolorem lenit.*

Eadem Plin.

Melilotus Italica.



Gal. Plus calfacit quàm refrigerat Galeno. Digerit, maturat & diſcutit pauxilla vi adſtringente.

*Emollit*] Digerendo per inſenſilem tranſpirationem.

MELILOTVS *Italica & Patauina.*
*Aduerſ. pag. 386.*
*Trifolium corniculatum alterum Dod.*
*Germ.* Welſcher ſteynklee.

MELILOTVS *Germanica. Aduerſ. pag. 386.*
*Melilotus lutea & alba Auicennæ.*
*Trifolium odoratum Dod.*



Melilotus coronata.



MELILOTVS *Coronata.*
*Trifolium corniculatum Dod.*
*Melilotus Germanica Fuchſ.*
*Germ.* Unſer frauwen ſchuchlin.

FOENVM *Græcum. Aduerſ. pag.* 387.
*Angl.* Fenegreck. *Germ.* Bockſhorn. *Belg.* Fenigriec.
*Gal.* Fenegrec, *Ital* Fiengreco.



FOENVM *Græcum ſyl. herbariorum.*



DIOSCOR. *Fœni Græci farina vim habet emolliendi diſcutiendiq́ue, in aqua mulſa decocta aduerſus tam internas, quàm externas inflammationes efficaciter illinitur. lienem cum aceto & nitro trita extenuat. ſuccus decocti eius fœminarum malis ſubuenit: & ſiue tumor ſiue præcluſio ſit vuluæ fouentur, & inſident. Fœni græci in aqua decocti cremor expreſſus, capillos, furfures, & manantia capitis vlcera purgat. locos dilatat & emollit, ſi cum anſerino adipe peſſi vice ſubiiciatur. viride cum aceto vtiliſsimum imbecillibus locis, & vlcera ſentientibus. decoctum eius prodeſt aduerſus teneſmos fœtidamq́ue dyſentericorum proluuiem. Oleum quod ex eo exprimitur, ex myrto, capillos & genitalium cicatrices abſterget.*

Gal. Calidum eſt ſecundi ordinis, deſiccat primo; proinde feruentes phlegmonas irritat: quæ verò minus ſunt calidæ, & magis duræ, eas digerendo curat.

FOENVM *Græcum ſyl. herbariorum.*

Sylueſtre quoddam non inuenuſtum ſtatuunt Belgæ ob folia Trifolio Fænogræco æmula, nonnihil etiam ambitu ſerrata. Flores exiles Scorpioidis leguminoſæ Narbonicæ: agro calidiore iiſdem natalitiis quibus Scorpioides gaudet. Siliquæ ſuccedunt oblongæ, graciles, minus aduncæ, quaternæ aut quinæ, ſemen paruum claudentes. Hortis hic duntaxat quibuſdam reperitur, Hiſpania delato ſemine.

CYTISVS. *Aduerſ. pag.* 387.

DIOSCOR. *Folia digitis trita Erucam olent, guſtata q́ue Cicer ſapiunt. Folia refrigerant. tumores incipientes diſcutiunt, ſi cum pane trita illinantur. decoctum potu vrinam ciet. Nonnulli, quòd apes alliciat, prope aluearia ſerunt.*

Gal. Folia digerendi facultatem obtinent aquæ & temperatæ mixtam, ſicut & Maluæ folia.

CYTISI *varietas.*

Cytiſus alter facie, ortu & florum fœtura Geniſtellæ infectoriæ, generoſo viro D. Ioanni Bráciono egregiè fruticat quamplurimis ſurculoſis, flexilibus & viridè ſlandentibus, ſingularibus ſeſquicubitalibus & bicubitalibus ramulis, cuius etiam cæterorum modo folia terna prodeunt.

CYTISVS Maranthæ Matth.



## CYTISVS MARANTHÆ *& Matth.*

Foliis itẽ ternis nõnihil incanis & albidis vt frutex vniuerſus, ramoſus, ternû, quaternûm, & quinûm cubitorum: tortiles ſiliquæ compreſſæ tantilſum falcatæ: flos geniſtæ: folia digitis trita Erucam olent, & guſtata legumen ſapiunt, vt Dioſcor. exprimit. Belgis hortenſis.

## CYTISVS *Hiſp. primus Cluſij.*



CYTISVS ſecundus Hiſp. Cluſij.



Huius generis quatuor preter haſce differencias per Hiſpanias obſeruauit Cluſius, quos in ſua ſtirpium rariorum doctiſſima hiſtoria poſteritati propoſuit.

Prior numeroſa foliola habet trifoliis Cytiſis ſimilima, ramulos hirſutos ambientia, dilutè virentia, quæ guſtu legumen ſapiunt, amara tamen. In ſummis ramulis flores Geniſtæ ſpicatim producentes, nonnihil odorati. Solidioribus prælongis ſtriatis & incanis ſarmentis, quinûm ſenûmve cubitorum, è lignoſa implexa & variè ſparſa radice.

CYTISVS

ARAGONI · ALEXANDER PP VALENTINVS FERDINANDVS DE

CYTISVS *Secundus Hiſp. Cluſij.*

Huic ſimilis alter, multò tamen minoribus ſarmentis, duorum duntaxat cubitorum, & candidioribus virgis & foliis incanis carinatis & canulatis, nunquam expanſis, guſtu perquam amaris. Floſculi nō abſimiles, ſaturè tamen aureóve colore micantes. Vterque Salamanticenſi agro & aliis vtriuſq; Caſtellæ locis ſecus vias oritur Cluſio auctore.

CYTISVS *Tertius Hiſp. Cluſij.*
*Valentinis*, Boga & Boxa blanca.



CYTISVS *Quartus Hiſp. Cluſij.*
*vernacule*, Eſcabon.



Tertium & quartum Belgij inquilinum factum hactenus non comperi.

Tertius ſubfrutex deſcribitur ab eodē Carolo Cluſio pedalibus, rarò cubitalibus ramulis aſſurgens, exilibus omnino incanis; foliis ternis breui pediculo aptis, quorum medium reliqua longitudine duplo ſuperat, colore cinereis & incanis, ſapore adſtringentibus & linguam exſiccantibus. Ramuſculi ferè ab imo ad ſummum per ſingulorum foliorum exortus floribus onuſti ſunt, binis aut ternis ſimul naſcentibus, ex vaginula quadam molli, & candida lanugine hirſuta, aureo colore fulgentibus, odore iucundo, ſimili cum ſuperioribus forma, ſed minoribus. Inuenitur variis Hiſpaniæ locis, præſertim Bætica & Valentina, vbi eius plurimus eſt vſus: ſiquidem illius ramis ſupra tegetes ſparſis ab his qui bombyces alunt, iam ſaturi Mori foliis bombyces ſtamina ſua ſericea his ramis aduoluunt, quæ deinde à mulierculis & pueris explicantur.

*Quartus* CYTISVS *Hiſp. Cluſij.*

Quartus humana eſt altitudine oblongis virgis, non admodum fruticoſis, neque obſequioſis, cortice nigreſcente obductis: folia ei ſunt Trifolij aut Medicæ, terna ſimul vni pediculo inhærentia, ſupina parte virentia, prona verò ſubrufa lanugine hirſuta, ſapore leguminum amariuſculo: flores ex alarum ſinu reliquis maiores, cum Geniſtæ floribus comparandi, luteo auri colore fulgentes. Circa Calpen ad montium radices & Bæticæ maritimis Februario floret. Hactenus Cluſius.

ANAGYRIS *minus fœtens, vel Laburnum. Aduerſ. pag. 388. Anagyris 2. Matth.* [illegible] *Hebenus 2. Theophr. Cytiſus ſecundus Theoph. Guiland. Faba inuerſa Cardi. Germ.* Baumbonen.

*Varietas.* Gemina è folio in Belgio conſpicua varietas. Quæ autem [illegible] folio, habitioribusque ramis fruticat, ſterilis eſt in Belgio potiſſimum, vt in horto Mutoni.

Cytiſi facie Alyſſon fruticans quorundam.



Ἀνάγυρις. Anagyris Dioſc. Aduerſ. pag. 389. Ital. Faua lupina.



Lege lin. 5. cmois. & li. 7. Menanthis.

Perquam parũ notus hic perelegans, & parum frequens exoticus frutex, niſi cultioribus Belgij vireis, vbi floribus luteis Leucoii minoribus æſtate lucet, è ſparſis numeroſis anfractuoſis Polemonij ſtriatis cauliculis. Folia Cytiſi, habitiora, albida, hiſpida, ſetaceis pilis rigida. Radice lignoſa duriore, & in folliculis ſemine.

## Anagyris Dioſc.

Dioscor. *Tenera folia trita tumores illitu reprimunt. ſi partus hæreat. & ſecunda menſeſq; morentur, drachma pondere bibuntur in paſſo. ſic & ſuſpirioſis dantur, & contra capitis dolores in vino. difficulter parientibus adalligantur, ita vt à partu ſtatim auferantur. Radicis cortex concoquendis diſcutiendiſq; adhibetur. Semen * commanducatum vomitiones vehementer ciet.*

Gal. Frutex grauiter olens & digerentis calfacientiſque facultatis. Sed folia etiamnum virentia, cùm propter humiditatis admiſtionem minus ſint acria, idcirco tumentia reprimunt: at reſiccata, incidentis ſunt exiccantiſque facultatis. Similem ferè facultatem habet radicis eius cortex.

* Eadem Gal. Magis autem ſubtilium eſt partium.

## Dorycnium. Aduerſ. pag. 389.

Dioscor. *Id ſomniferum eſſe conſtat: copioſius * hauſtum mortem affert. Nec defuere qui dicerent, ſemen in amatoriis experi.*

* Idē Gal.

Gal. Temperamento Papaueri ſimile eſt & Mandragoræ; ac quæcunque parem habent refrigerandi potentiam excellit in frigiditate aquea: quamobrem pauculum quidem ſoporem conciliat; pluſculum verò ſumptum interimit.



ALEXANDER ... FERDINANDVS

## POLEMONIVM. *Aduerſ. pag. 389. 390.*

DIOSCOR. *Bibitur in vino radix contra ſerpentes & dyſenteriam. & ex aqua, aduerſus vrinæ difficultatem,*
* Eadẽ Gal. *& coxendicum † cruciatus. datur ex aceto drachmæ pondere * lienoſis. eadem ſcorpionis plagæ alligatur. Tradunt, eum qui radicem guſtauerit, à ſcorpione non feriri: eumq́ue, ſi ictus ſit, nihil moleſti paſſurum. dentium dolorem manſa mitigat.*
Gal. † Quia tenuium partium eſt, & deſiccandi vim obtinet.

RVTA *hortenſis. Aduerſ. pag. 390. 391.* *Angl.* Rue. *Gal.* Rue. *Germ.* Rauten, & Weinrauten. *Belg.* Rute, & Wijnrute. *Hiſp.* Ruda. *Ital.* Ruta.



Πήγανον. RVTA *ſylueſt. montana. Gal.* Rue ſauuage. *Ger.* wald Rautten. *Belg.* welde rupte. *Hiſp.* Ruda ſaluage. *Ital.* Ruta ſaluatica.
HARMEL *officinarum.*



RVTA *Dioſcoridis.*

DIOSCOR. *Ruta montana ſylueſtriśq́ue, ſatiua & hortenſi acrior eſt, & in cibis damnata. ſatiua verò quæ ſub ficu arbore enaſcitur, magis in cibos admittitur. Vtraque vrit, calfacit, exulcerat: * vrinam ciet. menſtrua pellit. aluum ſiſtit potu cibóve. letalium medicamentorum antidotum eſt, ſi ſemen ex vino, acetabuli menſura, ebibatur. folia per ſe præſumpta, aut cum nuce iuglande, aridiśq́ue ficis inefficace: venenorum vires reddunt. contra ſerpentes * ſimili modo ſumere conuenit. genituram cibo * potúve exſtinguit. cum anetho ſicco decocta, tormina ſedat. facit ad pectoris * laterumq́ue dolores, difficultatem ſpirandi, tuſſes, pulmonis inflammationem, coxendicum articulorumq́ue cruciatus, & horrores febrium circuitu repetentes, pota vt antè dictum eſt. item ad inflationes coli, vuluæ, rectiq́ue inteſtini, cum oleo decocta &*
* Eadẽ Plin. *infuſa. feminas † vuluæ ſtrangulatu liberat, ſi à genitali, ſede tenus cum melle ſubiiciatur. ferueſacta ex oleo, & pota,*
* Eadẽ Gal. *ventris tineas excutit. articularis doloribus ex melle, aqua inter * cutem cum ficis illinitur. eiſdem in potu auxiliatur, decocta in vino ad dimidias parteis, & oblita. cruda conditaq́ue cibo, viſus aciem excitat. dolores * oculorum illita cum polenta lenit. * doloribus capitis cum roſaceo & aceto illita auxiliatur. profluentem naribus † ſanguinem ſiſtit, trita & indita. teſtium inflammationibus cum Laureis foliis impoſita, & eruptionibus papularum cum myrto & cerato prodeſt. Cum pipere autem vino & nitro affricta, albæ vitiligini medetur. cum eiſdem illita formicationes tollit, & verrucas quæ thymi florem repræſentant. contra impetigines cum alumine & melle vtiliſſimè imponitur. ſuccus in mali punici calyce calfactus, aurium dolori efficaciter infunditur. Hebetudinem oculi qui ſenſere, ruta cum fœniculi ſucco aut melle perunctì iuuantur. ignem ſacrum, vlcera quæ ſerpunt, aut in capite manant, cum aceto, roſaceo, & ceruſſa perſanat. manſa, alliorum ceparumq́ue acrimoniam domat. Montana ſi copioſius edatur, interficit. dum floret pro condiendo, & ad taricas colligitur,*
† Eadẽ Plin.

*gitur, cutem inflat & rubore quodam inficit, cum prurits ac vehementi inflammatione: oportet itaque eam vnctis antea manibus & facie colligere. Tradunt ſuccum gallinaceis pullis inſparſum feles arcere. Adiiciut eam quæ in Macedonia circa Haliacmon amnem prodeat, comedentes interimere. Montoſus autem is locus, viperis ſcatet. Semen eius potum contra inteſtina vitia efficax eſt. in antidota commodè adduur. contra incontinentiam vrinæ toſtum ſemen ſeptenis diebus potui datur. Radix huius montanum moly vocatur. Sylueſtris Ruta ſatiua ſimilis eſt. Prodeſt comitialibus[7] & coxendicum doloribus. menſtrua mouet partus enecat. acrior eſt viribus quàm hortenſis, & validior. ſylueſtris, vt pota noxia, cibis abdicatur.*

[1] Gal. Incidere atque digerere craſſos, lentoſque humores poteſt. Ob eam autem vim & vrinas mouet. Quinetiam tenuium eſt partium, flatuſque extinguit. Quare ad inflationes prodeſt, ac veneris appetentiam cohibet; diſcutit atque exſiccat ſtrenuè: eſt enim ex eorum medicamentorum numero quæ valenter exſiccant. [2] Idem Plin. Et morſus canis rabioſi.

[3] Plin. Ideò profluuio genitali datur, & venerem crebro per ſomnia imaginantibus. Præcauendum eſt grauidis; abſtineant hoc cibo: necari enim partus inuenio.

[4] Eadem Plin. ſubdens, iecinorum, renum vitia.

[5] Eadem Plin. Diſcutit caligines ſuccus eius cum melle, vel cum lacte mulieris puerum enixæ, vel purus ſuccus, angulis oculorum tactis. [6] Plin. Lenit capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & roſaceo illita. Si verò ſint cephalææ, cum farina hordeacea, vel aceto.

[7] † Sethus. Succurrit difficultati vrinæ ſi cum oleo coquatur, & ea veſica foueatur.

Plin. Si vrinam mouet, † vt Hippocrati videtur, mirum eſt quoſdam dare velut inhibentem potui contra incontinentiam vrinæ. Carbunculum ex aceto emendat. Imponunt & mammis turgentibus decoctam, & pituitæ eruptionibus cum cera. Teſtium verò epiphoris, cum ramis Laureæ teneris, adeo peculiari in viſceribus his effectu, vt ſylueſtri Ruta cum axungia veteri illitos ramices ſanari prodant. Fracta quoque membra ſemine trito cum cera impoſito. Radix Rutæ ſanguinem oculis ſuffuſum, & in toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat.

[7] Plin. eadem: dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendum.

Sethus potã & per clyſterẽ infectã inteſtina roborare, nõ ſolùm caliditate, ſed proprietate quadã ait.

RVTVLA *ſylueſtris. Aduerſ. pag. 390.*



*Dioſc. Admixtum vino, melle, croco & fœniculi ſucco, ac gallinaceo felle, teritur [illegible] oculorum aciem.*



DEI GRA REX ARAGONVM · ALEXANDER ... FERDINANDVS

HARMALA Syriaca, an ſit Seſamoides magnū Dioſc? Aduerſ.p 390. Hiſpa. Gamarſa, & Cogombrillos amargos. i. cucumeres exiguos amaros.



RVTA Gra[illegible] næ. Aduerſ. pag. 391. Galen[illegible] aut [illegible] [illegible] tia Dod.



RVTA Pratenſis herbariorum. Aduerſ. pa 391. Thaliſtrum nigrū Cordi. Thalietrum Dod.



THALICTRVM Cordi tenuifolium Aduerſ. p. 391.

Lege lin. 4. à ſupremo.



*Varietates Rutæpratenſis, ſiue Thalictri.*

Binæ aut ternæ his accedunt varietates, non niſi magnitudine, floris dilutiore & ſaturiore colore diſcrepantes. Nonnunquam enim folijs & caule occurrit longè maius, & multò ſpecioſiſſimum, eapropter in hortos transfertur. Folia ex cæruleo virent; caulis purpuraſcit; alioquin radix & omnia cum ſuperioribus eadem, Quandoque florum ſtamina ex luteo & violaceo purpuraſcunt.

GALEGA. *Aduerſ. pag.* 392.



FABA *maior Recentiorum. Aduerſ. pag.* 392. 393. *Buna ſiue Phaſelus Dioſc. Dod. Germ.* bonen, *Hiſp.* hauas. *Ital.* faua.



*Venenis efficaciſsima*] Ideo ad epidemicos morbos commendatur, antidotiſque inſeritur, & carbunculis tuſa imponitur. Conuulſis & epilepticis medetur, ventris lumbricos enecat.

*Varietas.* Galegā minoribus folijs, flore ex cæruleo purpurante alitur Mutoni munere in viretis noſtris.

## LEGVMINA & LEGVMINOSA.

### FABA.

DIOSCOR. *Faba* [a] *inflationem excitat, ægrè concoquitur;* [b] *tumultuoſa ſomnia facit, tuſsi confert, carnem gignit, media calidi frigidiq́; natura. Decocta in poſca, & cum ſuo cortice eſitata, dyſenterias & cœliacorum profluuia ſiſtit. Contra vomitiones conuenienter manditur. Inflatio tenior contrahitur, ſi aqua prior inter coquendum abiiciatur. Viridis plus nocet ſtomacho exhibet, maioremq́; flatum parit.* [c] *Lomentum eius & per ſe & cum polenta illitum, inflammationes quas vulnus excitauit mitigat. cicatrices concolores facit. turgentes grumoſo lacte mammas, etiam ſi inflammatione tenentur, adiuuat lac reſtinguit. furunculos, ſugillata, parotidasq́; cum fœni græci farina & melle diſcutit; cum roſa autem, thure & oui candido, procidentes oculos, tumores, vuasq́; reprimit. ſubactum vino, ſuffuſiones & ictus oculorum recreat. Manducata ſine cortice faba, ad auertendas fluxiones, fronti illinitur. decocta in vino* [d] *teſtium*

a eadē Dat. ... [illegible]

c A farina fabarum Plin.

d Idem Plin.

Ss 3 collectiones

HARMALA Syriaca, an ſit Seſamoides magnū Dioſc? Aduerſ. p. 390. Hiſpa. Gamarſa, & Cogombrillosamargos. i. cucumereſexiguos amaros.



RVTA Canina Aduerſ. pag. 391. Galeopſis, aut Scrophul. [illegible] ta Dod.



RVTA Pratenſis herbariorum. Aduerſ. pa. 391. Thaliſtrum nigrū Cordi. Thalietrum Dod.



THALICTRVM Cordi tenuifolium Aduerſ. p. 391.

Lege lin. 4. A ſuperius.



*Varietates Rutæ pratenſis, ſiue Thaliſtri.*

Binæ aut ternæ his accedunt varietates, non niſi magnitudine, floris dilutiore & ſaturiore colore diſcrepantes. Nonnuſquam enim folijs & caule occurrit longè maius, & multò ſpecioſiſſimum, eapropter in hortos transfertur. Folia ex cæruleo virent; caulis purpuraſcit; alioquin radix & omnia cum ſuperioribus eadem. Quandoque florum ſtamina ex luteo & violaceo purpuraſcunt.

GALEGA. *Aduerſ. pag. 392.*



FABA *maior Recentiorum. Aduerſ. pag. 392. 393.*
*Buna ſiue Phaſelus Dioſc. Dod. Germ.* bonen.
*Hiſp.* hauas. *Ital.* faua.



*Veneni efficaciſſima*] Ideo ad epidemicos morbos commendatur, antidotiſque inſeritur, & carbunculis tuſa imponitur. Conuulſis & æpilepticis medetur, ventris lumbricos enecat.

*Varietas*. Galegã minoribus folijs, flore ex cæruleo purpuraſcente alitur Mutoni munere in viretis noſtris.

## LEGVMINA & LEGVMINOSA.

### FABA.

DIOSCOR. *Faba[a] inflationem excitat, ægrè concoquitur; [b] tumultuoſa ſomnia facit, tuſſi confert, carnem gignit, media calidi frigidiq́ natura. Decocta in poſca, & cum ſuo cortice eſitata, dyſenterias & cœliacorum profluuia ſiſtit. Contra vomitiones conuenienter manditur. Inflatio leuior contrahitur, ſi aqua prior inter coquendum abijciatur. Viridis plus nocet; ſtomacho exhibet, maioremq́ flatum parit. [c] Lomentum eius & per ſe & cum polenta illitum, inflammationes quas vulnus excitauit mitigat. ex atrices concolores facit. turgentes granulo ſa lactis mammas, etiam ſi inflammatione tententur, alleuiat. lac reſtinguit. furunculos, ſugillata, parotidaſq́, cum fœni græci farina & melle diſcutit. cum roſaceo autem, thure & oui candido, procidentes oculos, tumores, vuaſq́ reprimit. ſubactum vino, ſuffuſiones & iſtus oculorum recreat. Manducata ſine cortice faba, ad auertendas fluxiones, fronti illinitur. decocta in vino[d] teſtium*

a eadẽ Gal. lib. 1. de alim.

c Idem Gal. lib. 1. de alim. facul.

d Idem Diſc.

*collectiones ſanat. quò tardius pubes erumpat, pueris imo ventri illinitur. vitiliginem purgat. Fabarum cortice illiti capilli, qui poſt euulſionem renaſcuntur, gracileſcunt, & minus alimenti capeſſunt. cum polenta, ſciſſo alumine, & vetere oleo impoſiti cortices, ſtrumas diſcutiunt. decocto earum lana inficiuntur. Faba dempto cortice in illas parteis diuiſa, in quas ſuapte natura ſcinditur, imponi ſolet ſanguinis defluxionibus ab hirudine concitatis. nanque eas ſupprimit, ſi ſemiſecta apprimatur.*

Gal. Flatulenta faba eſt, etiam ſi cocta diutiſſimè fuerit, ac quouis modo parata. Habent verò ſubſtantiam non denſam nec grauem; ſed fungoſam ac leuem: quæ vim quandam habet detergendi. Apparet enim perſpicuè, ipſarum farina ſordes à cute detergere: ob quam ſanè facultatem ventrem non cunctanter permeat. Quum autem fabarum puls ſit flatulenta, multò adhuc magis erunt flatulentæ, ſi quis integris ipſis coctis vtatur. Si tamen frixæ fuerint, flatum quidem deponunt, ſed concoctu ſunt difficiliores, tardèque prætereunt, & craſſi ſucci alimentum corpori exhibent. Quod ſi virides priuſquam maturæ ſint atque exſiccatæ, edantur, idem eis accidet. Quod fructibus omnibus, quos ante perfectam maturitatem mandimus, humidius ſcilicet alimentum corpori præbebunt: obque id excrementoſius, non in inteſtinis modò, ſed in toto etiam habitu: meritò igitur fabæ eiuſmodi minus quidem nutriunt, ſed promptius deiiciuntur.

In vtroque medij temperamenti proximè eſt in exſiccando & refrigerando. Caro eius paulum quoque abſtergentis facultatis continet; ſicuti putamen nonnihil adſtringentis: idcirco medicorum nonnulli totam fabam cum oxycrato decoctam, dyſentericis, cœliacis, ac vomentibus exhibuerunt. Excreationibus ex pectore & pulmone idonea eſt. foris impoſita deſiccat innoxiè in podagricis: ea ſepenumerò vſi ſumus ex aqua cocta, & ita adipi ſuillo admixta: ad neruorum tum contuſiones, tum vulnerationes farinam eius cum oxymelite impoſuimus; ad eos quos ex ictu plegmone occupauerat, cum polenta: ſed & teſtium, & vberum aptum eſt cataplaſma. Nam hę partes quum inflammatione tenentur, moderatè refrigerari amant, maximè quando vbera ex lacte in ipſis concreto inflammationem patiuntur. Quin lac quoque ab eo cataplaſmate extinguitur, ſicuti puerorum pubes farina fabacea illita, plurimo tempore glabra permanet.

Varietas. Italis & calidioribus regionibus rarior hæc noſtra maior faba quæ colore ex rubro purpurante variat in Belgio & Anglia.

SYLVESTRIS *Græcorum faba. Aduerſ. pag. 395.*



*Lege magnitudine piſi mediocris, colore pullo.*

Cassoles

Capparis leguminoſa.



CAPPARIS *leguminoſa, ſiue Fabago Belgarum. Pepleos Petri Quthe & Pariſiorum.*

Leguminoſam hanc plantã ſimilitudinis cognatione Capparim Fabagirẽ Belgæ cenſuerunt. Capparis namque folia longiora & didyma fabæ ſimilitudine atrouirentia, minora tamen & ad Rutam accedentia. Flores geminãtes, Capparibus conditis ſimiles: vſus eiuſque hodie tamen diſpar: Expaſſi verò cãdidi, foris quidem herbidi; fibræ è medio croceáve ſtamina educuntur. Vniuerſa plãta guſtu amaro Salicis aut Capparis. Gallis & Belgis niſi rarò in hortis occurrit.

PHASEOLVS *vulgaris. Aduerſ. pag. 394. 395. Turcicáve multicolor faba eſt Smilax hortenſis Dioſc. Delicos Theophraſti Anguillaræ: an Logos Gal.? Angl.* kidney beanes. *Germ.* Welſch bonen. *Belg.* Roemſche boonen. *Gal.* Faſiols. *Hiſp.* Faſiolos. *Ital.* Fagiuoli.

DIOSCOR. *Siliqua cocta, cum ſemine in oleribus, aſparagi modo, eſtur. vrinam ciet. & tumultuoſa ſomnia facit.*

Phaſeolus vulgaris.



PHASEOLI *noui orbis. Aduerſ. pag. 395. Fabæ purgatrices Cluſij.*



*Hic Cluſij verba ſubdidimus.*

CLVS. Aliquot peregrinos fructus accepi Fabæ purgatiuæ nomine inſignitos: ſed nullus mihi conſpectus eſt, qui fabæ à Garcia deſcriptæ conueniret, at potius inter phaſeolos, omnes recenſendi videbantur.

Prior,

Prior, cuius hic iconem exhibemus, orbiculari ferè eſt forma, ſed planus vtrinque & quodammodo puluinatus, digiti vnius craſſitie, duorum verò latitudine aut ampliore, ex vno latere aliquantulum cauo, qua videlicet hilus eſſe ſolet, & ſiliquæ, in qua continetur, adhæret: cortex durus & lignoſus, læuis, ex rubro nigricans; quod intus continetur album, firmum, & in duas partes natura ſectile, vt ſunt omnia phaſeola ea: ſapore primùm quali ſunt omnia ferè legumina, ſed ilico linguam mordicante, & acri: quo fit (ni fallor) vt purgandi facultate præditus.

Naſcitur in inſula Diui Thomæ dicta, & cordis effigiem, quale vulgo pingi ſolet, imitatur: idcirco à quibuſdā Cor Diui Thomæ nuncupatur. Eius obiter meminit Petrus Cieça parte 1ª. Chronici ca. 112.

Alter Phaſeolo vulgari haud diſſimilis eſt, ſed minor, denſior, nigricans, & hilo prominente, & renis formam minimè referente.

CLVS. Cum Olyſſipone eſſem, donatus ſum Phaſeoli genere ex Braſilia Americæ prouinciæ delato, admodū recenti, pollicari latitudine, craſſo, colore ruſeſcente, magno hilo, & parte extrema veluti ſeſſili: Eiuſmodi quatuor aut quinq; ſingulis ſiliquis prægrandibus continentur, qui recentes & virentes adhuc tuſi & impoſiti bubones venereos curare dicuntur: flore traditur ex rubro palleſcente: ego duntaxat iuniorem plantam vidi mihi ſemine natam, quæ foliis Phaſeolo vulgari ferè ſimilis erat, niſi quòd minora erant, & auerſa parte hirſuta, præſertim teneriora folia, & extremi caules tenui molliqúe lanugine fulueſcente obſiti. Braſiliani Macouna vocant: ſimiles planè, & colore, qui ex cinereo candicans eſt, duntaxat differentes, ex Africæ Mauritania delatos vidi.

PHASEOLVS *Braſilianus.*



*Siliqua* PHASEOLI *Braſiliani.*



Quales purgatrices fabas & phaſeolos Braſilianos affabrè expreſſit Cluſius noſter plantarum rariorum, vt quis alius, ſtudioſiſſimus & peritiſſimus, ideò primam laudē meritus, prima videndi & habendi copiam fecit literis & familia illuſtris heroina Catherina Killegre. Paulo pòſt Lutetiæ feliciter enatam in horto Caſtellani piæ memoriæ medici Regij clariſſimi paulò ante illam funeſtiſſimam mortalū ſtragem iſtic graſſatam. Siliquas ſubdidimus quales habeo munere illuſtris D. Ioannis Brancionis, & primum videramus in muſarū theſauris doctiſſimi Seuerini chirurgi Lutetiani. Siliqua dodrantalis eſt, admodum elegans, duas vncias lata, quaternis & quinis loculis ventroſa, carnoſa, corticoſa & coriacea, ſiliquæ Carobiæ vulgò dictæ concolor, innumeris rugis exarata, qualis icone deliniata.

PHASEOLVS *alter Braſilianus Cluſij.*



CLVSIVS. Vidi etiam nõ procul Olyſſipone in monaſterio quodam Phaſeoli genus vulgari noſtrati adeò ſimile, vt noſtrum putarem: pergulas iſtic veſtiebat opere topiario, flore purpureo; at ſiliquæ ſcabræ ſunt, breuiores, & duplo latiores quàm noſtri vulgaris: fructus eſt exiguus piſi vulgaris magnitudine, totus niger, niſi qua parte ſiliquæ adhæret, quæ candida eſt. Braſilianis frequẽtem eſſe audiui, & Luſitanis iſtic habitantibus Faua braua, id eſt, fabam ſiluestrem, nuncupari.

*Fagopyrum,*

Bieræ rubicundiores & dulciores eius farina concinnantur.

Melius alit quàm Milium; minus tritico.

PHASEOLI *parui ex America delati.*
*Aduerſ. pag. 395.*



*Belgarum* Boeckweyt *an* ERYSIMVM *Theophr.*
*Ital. Fromentone. Gall.* Bled Sarazin. *fagopyrum Dod. Ocymum veterum Tragi. Ger.* Heydenkorn.
*Lampſana vera quorundam. Ocymum Marci Varronis Anguil. Aduerſ. 395.*



ALEXANDER
FERDINANDVS

Σήσαμον SESAMVM. *Ital.* Seſamo. *Hiſp.* Alegria. *Aduerſ.* 395.



*Satiuus* LVPINVS. θέρμος ἥμερος *Græc. Germ.* Feig-boonen, *faba ficulnea, à ſolio. Ital.* Lupino. *Belg.* Wijtg-bonen & Lupinen. *Hiſp.* Entramocos. *Gall.* Lupins. *Angl.* Lupines.



DIOSC. *Seſamū ſtomacho inutilis cibus. halitus grauitatem facit, quoties inter mandendum, commiſſuris dentium inhæſit. neruorum craſſitiem illitu diſcutit. medetur auribus fractis, ambuſtis, inflammationibus, coli doloribus, & ceraſtæ morſibus. capitis dolores qui æſtuatione concitantur, ex roſaceo lenit. eadem efficit herba decocta in vino, præſertim inflammationibus oculorum, doloribuſque prodeſt. ex ea fit oleum, quo Aegyptij vtuntur.*

Gal. non parum in ſe continet viſcoſum & pingue, quare emplaſticum eſt. & emolliens, ac modicè calidum. Eiuſdem facultatis eſt quod conficitur oleum: & herbæ quoque decoctum ſimilem vim obtinet. Semen pingue eſt, ideoque repoſitum celerrimè fit oleoſum: quamobrem eos, qui ipſo veſcuntur, celeriter implet, ſtomachumque [illegible] ſubuertit: ac tardè concoquitur, pingueq; corpori præbet alimentum. Liquet ergo quòd ventriculi partibus vigorem ac robur addere nequit, quemadmodum, nec aliud quoduis pingue. Eſt autem craſſi ſucci, ideoque non properè peruadit. Ipſo autē ſolo non admodum veſcuntur, ſed cum melle crudo, quas *σησαμίδας* vocant effingentes. Panibus etiam inſpergitur; temperamento eſt calidum, ob eamque cauſam ſitim etiam excitat.

DIOSC.

*Diosc. Satiuus* LVPINVS *notus eſt. Cuius farina cū melle delinctu, aut potu ventris animalia expellit. ipſi quoque macerati, & cum ſua amaritudine eſitati, eadem efficiunt. Decoctum eorum idem munus præſtat, cum ruta & pipere potum. quare lienoſis prodeſt. eodem vlcera tetra, quæ therionmata vocant, gangrænas, incipientem ſcabiem, eruptiones puſtularum, vlcera in capite manantia, vitiligines, maculáſque ſeuere vtiliſſimum: menſes & partus extrahit, cum myrrha & melle ſubditum in vellere. farina eorum cutē liuoremq́; expurgat. Inflammationes cum polenta & aqua mitigat. Iſchiades & tubercula cum aceto lenit. In aceto cocta & illita ſtrumas diſſipat, & carbunculos rumpit. Decocti pluuiali aqua donec in ſuccum liqueſcant, faciem abſtergunt. Cum radice nigri chamæleonis ouium ſcabiei medentur, ſi tepido decocto abluantur. Radix cum aqua cocta & pota vrinam cit. Vbi autem edulcati fuerint, triti cum aceto, & poti ſtomachi faſtidium leniunt, & cibi auiditatem excitant.*

Gal. Lupinus edi poteſt coctus, multis antè diebus per macerationem amaritudine in aqua depoſita, fitque tunc nutrimentum ſucci craſſi: cæterùm vt medicamentum ita præparatus ex genere eſt emplaſticorum. At vbi natiua etiamnum manet amaritas, extergendi digerendique vim obtinet. Interficit lumbricos tum illitus, tum addito melle linctus, tum ex poſca epotus: tum etiam foris identidem perfuſum vitiligines, achoras, exanthemata, pſoras, gangrænas, vlcera maligna iuuat, partim extergendo, partim citra mordacitatem digerendo ſiccandoque. Expurgat iecur & lienem cum ruta & pipere ſuauitatis gratia aſſumptum: elicit menſes ac fœtum, cum myrrha & melle impoſitum.

Porro lupinorum farina, ſine mordacitate digerit; nec enim liuida tantùm, ſed & chœradas & phymata curat; ſed tunc in aceto aut oxymelite, aut poſca coquatur oportet, idque pro laborantium temperamento & affectus diuerſitate, quod ex vſu eſt eligendo: digerit item & quæ liuida ſunt, & quæcunque modo diximus præſtare poſſe decoctum, eadem omnia efficit & farina.

Lupini dura & terreſtris eſt ſubſtantia: quocirca ipſe concoctu ſit difficilis, ſuccumque craſſum gignat eſt neceſſe, ex quo non probè in venis confecto, crudus propriè appellatus ſuccus aceruatur.

LVPINVS *ſyl.*

*Amarior eſt, & ad omnia valentior ſatiuo, eiuſdem generis cum ipſis & facultatis.*



*πίσον. An* PISVM *anguloſum hortorum, ſit quadratum Plin.? Piſum maius Dod. Perperam Cicer arietinum Tragi. Hiſp. Aruejas. Aduerſ. pag. 396. 397.*

Gal. Piſa tota ſubſtantia cum fabis quandā habent ſimilitudinem, eodemque cum fabis modo ſumuntur. His duabus tantùm rebus ab eis diſcrepant, tum quòd non, æquè ac fabæ, ſunt flatulēta, tum etiā quòd detergendi facultatē non habent, ideoque ſegnius quàm illæ per aluum ſecedunt. Lib. 1. de alimentorum facult.

Pro fabis piſa ſubſtituuntur dummodo non ſit opus abſterſione.



PISUM *minus ex luteo vireſcens.* *Adverſ.* 397.

*Coccineum Americum* PISUM, *an* OROBI *ſpecies?*



Quæ proſtant in officinis Antuerpianis Piſa ex nouo orbe delata, non decerpta ex quadam arbore, vt quidam putarunt; norunt amici nonnulli qui ſeuerũt, legumen que Piſo non ita abſimile vel Eruo enatum viderunt. Siliquis ſemine adhuc prægnãtibus me donauit D. Petrus Quickelbergius mercator Antuerpianus, hiſtoriæ piſcium, teſtaceorum, conchyliorum, marinorum excrementorum & Naturę miraculorum ſummus & exploratiſſimus, ſi quis alius, admirator. Folliculo Piſo ſyluestri ferè pari, ſemina medulloſa, duriſſima, teretia, oblonga, Pæoniæ æmula, ſed minora, purpura min[illegible]a, rutila, ad baſim vbi germen, ornata cõſpicuis nigris veſtigijs, clauduntur: guſtu amara & leguminoſa.

OCHRUS *ſyl. ſiue* ERVILIA. *Adverſ.* 397. *Cicer Oroboides quorundam.*

PISUM cordatum, Cor Indum. Halicacabũ peregrinum Fuchſ. Veſicaria repens Matth. Perperam Dorycnium Cordi.





[…]que flore candido, interdũ purpureo, & ſiliqua.



LATHYRIS *Narbonenſis latiore folio. Angl.* Cichelinge. *Clymenum Matth. Eruum ſatiuum Cordi. Piſum Græcorum Tragi. Aduerſ.* 398.

lege *anguſtiore gramineo folio* LATHYRIS. *Aduerſ.* 398.



lege ſitu & æmulatione.

lege in vdis.

ἄρακος. Aracus aut cicera.



*ἄρακος.* ARACVS *aut* CICERA. *Ital.* Mocho. *Aduerſ.* 398.

Gal. vſus omnis Araci, & facultas Lathyridis facultati eſt aſſimilis, niſi quòd Araci ſint duriores, minuſque facilè elixantur: quæ cauſa etiam eſt, cur Cicerculis concoctu ſint difficiliores.



ἀφάκη APHACA. *Ital.* Vecione & Ceſerone. *Aduerſ. pag.* 398.

DIOSC. *Semina adſtringendi vim habent. Quare torrefacta ſtomachi aluiq; fluxiones ſiſtunt, ſi freſa lentis more decoquantur.*

Gal. eadem. Similiter vt ipſa lenticula edi ſolet, verùm ęgrius quàm illa concoquitur: valentius autem deſiccat, & moderati caloris eſt.

*

TERRÆ GLANDES. *Apios Fuchſ. & Tragi. Perperam Ornithogalon, & Apios Cordo.*

*Ger.* Eerdnuſſen, erdpe thelen. *Belg.* Eerdnoten ende eerdeckelen, & muyſen met ſtetten. *id eſt, glans & nux terreſtris, & mus caudatus, à ſimilitudine tuberoſæ radicis. Aduerſ.* 398.



Deest in Ca. 5. pag. 399.

Manducatæ radices vti caſtaneæ tardius conficiuntur, flatulentum, ſuauem tamen ſucci creãt. Veneris incentiuæ ſunt. Sanguinis vteri, cenam, & ventris fluores compeſcit. Nauſeam & vomitiones procreare creduntur.



ERVVM ſyluestre.

*lege* ERVVM *ſilueſtre a herbariorum, ſtenocarpόγραφ. Aduerſ.* 399.

DIOSC. *Vtrumq; narrant in amatoriis expedi.* Eadem Plin. Dioſcoridem citans.

CICER

## CICER OROBEVM. *Aduerſ. pag. 400.*

*Cicercula Plin. F. Pennini.*

CICER *Satiuum, Arietinum. Angl.* Ciche. *Ital.* Ceci. *Gall.* Pois Cices & Cices de belier. *Germ.* Kyſern. & erwepſſen Kyſern. *Belg.* Ciceren. *Hiſp.* Grauancos.

OROBVS *receptus Herbariorum. Ital.* Mocho. *Hiſp.* Yeruo, & yeruos. & *Prouincialibus* Eres *quaſi Eruum. Mochus ſiue Cicer ſatiuum* Dioſc. *Dodonæo. Aduerſ.* 400.





DIOSC. *Cicer ſatiuum aluo idoneum eſt, vrinam ciet, inflationem parit, colorem commendat; menſes ac partus expellit; lac auget. Cum eruo decoctum illinitur ad inflammationes teſtium; verrucoſas informicationes; ad ſcabiẽ, vlcera capitis manantia, impetiginesq́; item contra carcinomata & vlcera quæ cacoëthe vocantur cum melle & hordeo prodeſt. Alterum genus arietinum nominatur: vtrumque ciet vrinas, dato cum rore marino, hydropicis aut regio morbo laborantibus eorum decocto. Lædunt autem ea exulceratam veſicam & renes.*

Gal. non minus quàm faba flatulentum, ſed valentius nutrit quàm illa. Ad Venerem autem incitat: creditumque eſt, ſemen quoque generare, vnde quidem equis admiſſarijs ipſum exhibent. Ineſt præterea ciceribus facultas abſtergendi maior, quàm fabis: adeò vt quidam ex ipſis calculos in renibus conſtantes manifeſtè comminuant: nigra autem ſunt ea & exigua, arietinaque ipſa nuncupant. Satius autem eſt, ſuccum ipſorum in aqua coctorum bibere.

DIOSC.

DIOSC. *Eruum capiti onerosum eſt, aluum eſu turbat, ſanguinem per vrinas extrahit. Elixo boues ſaginantur. Parandæ farinæ ratio hæc eſt, vberiora grana candidaq́ue deliguntur, permiſcendoq́ue aqua reſperguntur, donec ſufficienter combibant. poſtea torrentur, vſq́ue dum bians cortex diſrumpatur, molitaq́ue, farinario cribro incernuntur. poſtremo farina reconditur. Hæc aluo vtilis eſt. vrinam ciet. meliorem colorem efficit. ſanguinem per veſicam aut aluum cum torminibus elicit, ſi largius in cibo aut potu aſſumatur. vlcera cum melle purgat. lentigines & vitia cutis in facie, & maculas, totúmque corpus emendat. nomas, gangranas, duritiasq́ue, ſerpere non patitur. mammarum duritias emollit. atra vlcera quæ theriomata vocant, fauóſq́ue emarginat. carbunculos rumpit. cum vino ſubacta illita morſibus viperarum, canum, hominúmque, medetur. vrinæ difficultates, teneſmóſque, ex aceto mitigat. Eruum tabidis, qui alimentum non ſentiunt, toſtum, & ad nucis magnitudinem melle exceptum ſumptúmque, conuenit. Eius cremor perniones, & pruritus in toto corpore, ſanat fouendo.*

Gal. deſiccat ordine ſecundo intenſo, calfacit verò primo. Porro quatenus amaritatis eſt particeps, eatenus incidit, extergit, atque obſtructiones expedit. Cæterùm ſi ſumatur copioſe, ſanguinem per vrinas euocat.

Hominum cibis prorſus hoc ſemen damnatur; eſt enim & inſuauiſſimum & praui ſucci. Eruo autem inſtar lupini præparato, ex melle vtimur, vt medicamento craſſos pulmonis, thoraciſque humores expurgante. Candidum minus eſt medicamentoſum, quàm id quod ad flauum aut pallidum colorem tendit.

CICER SYLVESTRE *verius.*
*Aduerſ. pag. 400.*



CICER *Syl. Herbariorum. Ital.* Ceci ſaluatico.
*Aduerſ. pag. 400.*



[library stamp]

LENS. *Hiſp.* Lenteyas. *Belg.* & *Germ.* Linſen. *Angl.* Rentilles. *Aduerſ.* 401.



LENS *minor.* *omnia ſimillima ſed minora.*



DIOSC. *Lens crebrò comeſta, oculorum aciem hebetat, ægrè concoquitur. Stomacho nocet, eumque & inteſtina inflat. Aluum cum cortice ſuo comeſta ſiſtit. Præſtat quæ facillimè concoquitur, & nihil atri in maceratione reddens, vim habet adſtringendi. quæ ex cauſa aluum cohibet, ſi detracto antea cortice diſcoquatur accuratè, primaq; aqua inter coquendum effundatur (quippe primum id decoctum ventrem reſoluit) ſomnia tumultuoſa excitat. capiti, neruis, ac pulmoni inutilis. melius ſuo fungetur munere contra alui fluxiones, addito cum aceto intybo, aut portulaca, aut beta nigra, aut baccis myrti, aut putamine punicè, aut aridis roſis, aut meſpilis, ſorbiſue, pyris Thebanis, aut malis coroneis, aut cichorio, aut plantagine, aut gallis integris, quæ poſt decoctionem abijciuntur, vel vuarum rhois quæ obſonijs inſpargitur. Acetum autem cum eo diligenter percoqui debet, aliâs aluum conturbat. Contra ſubuerſionem ventriculi triginta grana lentis ſuis corticibus denudata, deuorata proſunt. Decocta cum polenta, & illita, podagram lenit. Sinus cum melle glutinat. Cruſtas rumpit, & vlcera purgat. Decocta in aceto duritias & ſtrumas diſcutit. Cum meliloto aut cotoneo malo, medetur inflammationibus oculorum & ſedis, addito roſaceo, in maioribus ſedis inflammationibus & ſinu ampliꝰ, cum malicorio aut ſiccis roſis adiecto melle decocta. Contra nomas gangrænicas ſimiliter vtuntur, aut adiuncta maris aqua. Aduerſus autem puſtulas, herpetas, eryſipelata, pernionesq;, vt antea dictum eſt. Contra mammas grumoſum lac continentes, & lactis copia turgentes, aqua maris cocta & illita auxiliatur.*

Gal. Lẽtes mediũ tenẽt caliditatis & frigiditatis, deſiccãt tamẽ ſecundo ordine. Ipſum itaq; earum corpus deſiccat & ſiſtit ventrẽ: cæterũ decoctũ prouocat. Proinde etiã prior aqua abijcitur vbi retẽtionis cauſa adhibetur. Nam quæ ventri obueniũt fluxiones deſiccat, os ventriculi, inteſtina, & totum denique ventrem corroborans, quamobrem cœliacis & dyſentericis accommodatus eſt cibus.

Gal. Lens verò decorticata, vtiliã adſtringẽdi vehementiã, & ea quæ ipſam conſequũtur, amittit, ita magis nutrit, quã quæ cortice ſpoliata nõ eſt; ſuccũ craſſum prauũq; gignit; tardeq; cõmeat; non tamẽ alui fluxus deſiccat, vti ea cui cortex nõ eſt ademptus. Iure igitur, qui largius hoc edulio vtuntur, elephantiaſin, & cãcros incurrunt. Siquidem craſſa, ſiccaque cibaria, ſucco melancholico generando ſunt idonea. Quare ijs duntaxat, quibus aquea in carnibus eſt κακεξία, lens in cibo vtiliter præbetur: aridis verò & ſqualẽtibus admodum damnoſè. Eandem ob cauſam viſum integrum & inculpatũ hebetat, ipſum immoderatè exſiccãs: ei verò, qui cõtrario modo ſe habet, cõfert. Ad mẽſtruorũ purgationes nõ eſt accõmoda: craſſum enim & tardiſſimũ ſanguinẽ reddit: at muliebri profluuio eſt vtiliſſima.

LENS *minor.* Eſt & Lens minor, flore, ſiliqua, ſeminis figura omniq́ue ſui parte priori ſimilis, ſed omnia minora. A rei herbariæ ſtudioſis ſeritur in hortis Belgicis,



Vicia. *Angl.* Fiche.
*Trago & Officinis Belgij perperam Orobus.*
*Aduerſ. 401.*

Gal. Semina non modò inſuauia, ſed concoctu etiam difficilia, & aluum retinentia. Perſpicuum ergo eſt cùm huiuſmodi natură obtineant, alimoniam quoque quæ ex ipſis in corpus permanat, improbi craſſique ſucci eſſe, idoneam ad humoris melancholici generationem.

Aracvs. *Aduerſ. pag. 401.*
*Gallis* veſce ſauuage & Crocque.
*An vera Aphaca Dioſc. Dalesč.ā*
*Gallobelgi ſemine columbas ſaginant.*

Aracvs ſiue Craca minima. Aduerſ. 401.





HEDYSA-RVM, ſiue SECVRIDA-CA maior. Aduerſ. 402.



SECVRIDACA minor. Aduerſ. 402.
ASTRAGALVS Monſpelienſium.
*Hedyſarum alterum Dod.* *



HEDYSA-RVM alte-rum clypea-tum.



* Huius altera differentia in vireto ditiſſimo Hugonis Morgani, hyemis, cæli & ſoli noſtri patientiſſima.

DIOSC. *Hedyſarum amarum guſtu, ſtomacho vtile in potu. additur in antidota. Cum melle ante coitum ſubditum, concipiendi ſpem adimit.*

Gal. Semen amarum & ſubacerbum apparet. Quamobrem potum gratum eſt ſtomacho, & viſcerum obſtructiones expurgat. Idē præſtant totius fruticis germina.

HEDYSARVM *alterum clypeatum;*
*Helenium Aegyptium quorundam.*

Specioſius multò ſuperiore alunt Hedyſarū vireta Belgica, quod Aegyptium Helenium eiuſue ſpeciem quidam dixere: alij verò appoſitè Hedyſarum cenſuere. folijs enim & procumbētibus cauliculis eſt Securidacæ: floribus amœnis Geniſtæ, ſed rubentibus in cauliculis ſummis: è quibus poſtea ſiliquæ compreſſę hirſutę ternis, quaternis & quinis orbiculatis clypeoli effigie loculis complures viſuntur: ſemine [illegible] tus Geniſtæ minore. Cuiuſmodi beneuolentia Francisci Pennini [illegible]copæi Antuerpiani doctiſſimi primùm vidimus & habuimus.

ASTRAGALVS *Luſitanicus Cluſij. Luſit.* Alfabeca, *Baticè* Garanancillos, *quaſi dicas Cicer exiguum.*



Priſcis & nuperis indicta hęc, poſteritati icone & literis prodita ſedulitate C. Cluſij, quæ quaſi cæteris rarior & perelegãtior foret; Aſtragalis generica habenda certè eſt, quibus quidẽ, vt ſi quæ alia, exactè æquiparatur. Prodit enim facie, ortu & cauliculis cubitalibus, digitum craſſitie æquãtibus, duris ſubrubentibus, angulosis & lanuginoſis; longioribus pediculis, plumatim foliorum exortus ex aduerſo exactè gerentibus: folijs item hirſutis & incanis, guſtanti primùm adſtringentibus, deinde feruidis. Flores copioſi, Lupini, aut Fabæ vulgaris ſecũdum oblongos pediculos ex alarum ſinu prodeuntes, ordine digeſti, albi omnino, ſed antequàm aperiantur, ex luteo foris nigricantes. Radix pro ſtirpis magnitudine ampliſſima, brachiali interdum craſſitie, palmari longitudine, deinde in binos aut tres ramos ſe findens, foris nigra, rugoſa; intus candida, dura & lignoſa, ingrato ſapore; quę arefacta cornu duritie ſuperat. Collibus quibuſdam ſupra Olyſſiponem, quos Tagus fluuius alluit, inter vepres; ſyluoſis item locis non procul Hiſpali, itinere Granatenſi oritur. Hæc Cluſius.

DIOSC. *Aſtragali radix aluum ſiſtit in vino pota, vrinam mouet. Vetuſtis vlceribus ſicca efficaciter inſpargitur. Sanguinem ſupprimit, ęgrè propter duritiam tunditur.*

Gal. Fruticellus eſt exiguus, radices habens adſtrictorias; quamobrem etiam ex numero eſt non inſtrenuè exiccantium. Nam vlcera vetera glutinat, & aluum fluxu tentatam ſiſtit, ſi quis in vino decoctam radicem bibat.

ASTRAGALOIDES *altera Herbariorum.*

Glycyrrhizæ vultu cubitalem herbam quadam cum Aſtragali ſimilitudine Aſtragaloidem ſtatuerunt Mutonus & herbarum peritiores. Radice longa, digitum craſſa nititur: caulis erectus in quo flores purpurei, ſiliquas nigras per maturitatem relinquentes.

Aſtragaloides *Herbariorum.*
*Aſtragalus fortè Matth. vel iam demum Polygala eiuſdem.*

Aſtragalvs *Syriacus.*





Non ita diſſimilem vultum ſortita eſt planta, quam circa arcem dirutam & vrbeculam Treuou vocatã Lugdunenſis Galliæ, in collibus illis, vbi ſolebamus effodere Aetitem lapidem, ſæpius eruimus & vidimus; quæ quia ad Aſtragalon accederet, Aſtragaloidem cum Valerando Donreo noſtro Inſulano & nonnullis alijs peritis herbarum exploratoribus diximus. Cauliculos ſpithameos & pedales erigit. Folia Ciceris aut Galegæ, ſed minora in pediculis vtrinque ordine ſita. Floſculi ex pallido punicant, aſpectu iucundi. Radix craſſitie digitum æquat.

Aſtragalvs *Syriacus.*

Perelegans & rarior multò quæ hic depicta leguminoſa planta, *Aſtragalis* generis habenda certè eſt: quippe foliorum & cauliculorum ſimilitudine, & implexu radicum proreptantium Aſtragalũ refert. Sed florum denſo exortu congeſtorum decore, effigie, elegantia, magnitudine & colore ornatur amœniſſimo. Alepo Syriæ hanc plantam primùm habuimus, poſtea in vrceis penſilibus D. Brancionis Mechliniæ Italo ſemine enatam ſcimus.

GLAVX *vulgaris. Fœnumgræcum ſyl. Tragi. Polygalon Cordi, & Geſneri Glycyrrhiza ſyl. à conſimili radicis ſapore. Angl.* Sea Trifoly. *Aduerſ. pag. 402.*



GLAVX *Dioſcor. Cluſij.*



Glaucis genus illud quod doctiſſimus Cluſius deſcribit, ne nobis quidem inſpectione notum fatemur, quod quia plurimum ad Glaucem Dioſc. accedere videtur, non poſſum non hiſce ſubnectere, vt eius ſpecies & varietates indictas neutiquam tranſiliamus: vtque complures differentias notis inter ſe diſcernamus & notiores habeamus; de cuius aſſertione Cluſio lubenter aſſentimur, & gratiã habemus, illiuſque iudicio & deſcriptione oblectamur. Ternis aut quaternis à radice aſſurgit cauliculis dodrantalibus gracilibus, incanis; folijs ordine quodam vtrinque digeſtis ſecundũ coſtæ longitudinem Lentiſci aut Aſtragali Hiſpanici iam deſcripti in modum; mollibus, ſupernè virentibus, infernè cana lanugine obſitis, guſtu nonnihil amaro: flos extremis cauliculis confertus, & capituli ſpica ſue obtuſæ & breuioris modo inaſcitur. Glycyrrhizæ vulgaris forma & colore perquam ſimilis: radice exili, candicante, nuſquam alibi quàm ad ripas Thormis fluminis, quod Salamanticam alluit, paulò infra eam vrbem obſeruaui menſe Iunio: verùm is locus procul à mari diſtat, iuxta quod Dioſcorides naſci tradit. hæc Cluſius.

CAPVT GALLINACEVM *Belgarum: an Onobrychis Dioſc.? Polygala vera Daleſc. Onobrychis Dod.*

DIOSC. *Herba ſuapte vi ſi trita illinatur, tubercula diſſipat. Cum vino pota, ſtranguriaſ ſanat. Illita ex oleo ſudores mouet.*

Gal. Rarefaciendi, digerendique vim obtinet, proinde folia eius virentia impoſita ad morem cataplaſmatis phymata digerunt: areſactæ verò ſi in vino bibantur, ſtranguriãs ſanat.

CAPVT

CAPVT GALLINACEVM *Belgarum.*



ORNITHOPODIVM. Polygala Dioſc. Dodonæo Belg. Voghelnoet Aduerſ. 403.



SPERRO CAVALLO. *Aduerſ. 403.*
FERRVM EQVINVM.



*Varietas.* Spõtè in ſyluis Auxiaci caſtri Gallobelgij tota minor prouenit, hyemis patientiſſima. Guſtu amarũ & Hedyſaro naturæ aſſimilẽ facit Dod.

STELLA leguminoſa.



STELLA *leguminoſa.* *Arturo Cortuſi.*

Hæc rariſſima planta debetur Cortuſo Patauino ſtirpium amantiſſimo, auidiſſimo & peritiſſimo: folijs exit leguminoſæ Scorpioidis, floſculis Lampſanæ. Semen exile pullum in corniculis tantillum falcatis vno pediculo aptis & radiatim congeſtis, ſtellam exprimentibus, guſtu leguminoſo & glutinoſo. Num eadē ſit cum ſtella illa decantatiſſima herba Hibernis celebrata humi depacta, fides eſto penes illos qui viderunt & referunt. Ad amatoria ſummis laudibus celebratur hæc.

TRIBVLVS *terreſtris.*
*Hiſp.* Abrojos.
*Aduerſ.* 404.



GLYCYRRHIZA *echinata Dioſc. Belg.* Suythout & Callisiehout. *Germ.* Sußholtz, ſußwurzel. *Angl.* Licores. *Gall.* Raigaliſſe & Raiglice. *Hiſp.* Regalitia & regaliza. *Ital.* Regolitia. *Aduerſ.* 405.



DIOSC. *Drachma pondere epotus & impoſitus commorſis à vipera auxiliatur. Aduerſus item venena cum vino potus. Decoctum eius ſparſum pulices necat.*

Gal. Terrea & frigida qualitas, quæ & adſtringens ſuperat: fructus eius cùm tenuium ſit partium, potius lapides renum comminuit.

GLYCYRRHIZA *echinata Dioſc.*

DIOSC. *Succus radicis denſatur Licij modo. Is in arteriæ ſcabritia efficax habetur: verùm oportet vt lingua ſubditus eliqueſcat: aſthmaticiſque ſtomacho, thoraci ac iecinori conuenit. Sanat veſicæ ſcabiem, & renum dolores, cum paſſo potus. Idem eliquatus ſitim ſedat: vulneribus illitus accommodatur. Commanducatus ori prodeſt. Recentis radicis decoctum ad eadem conuenit. eiuſdem farina pterygijs commodiſſimè inſpergitur.* Eadem ſi…

Gal. Familiaris eſt noſtræ temperaturæ: & cùm adſtrictio quædam adiuncta ſit, eius temperamentum quantum ex caliditate & adſtrictione eſt, tepidæ potiſſimum caliditatis fuerit, quam proximè accedens ad temperamentum. Porro quoniam & dulcis, nimirum & modicè humida eſt. Plin. cal…

GLY-

GLYCYRRHIZA *ſiliquoſa.*
*Aduerſ. pag. 105.*



CORONILLA *ſiue Colutea minima,*
*Polygala Valentina prima Cluſij.*



Varietas.

Eadem & plura quàm echinatæ Glycyrrhizæ tribuit Dioſcorides, *hæc poteſt.*

Reſpirationẽ, omniaq; thoracis vitia iuuat: pectus dilatat; acres & ſalſos humores lenit & retundit. Moderato humentique calore, recens potiſſimum ſuccoque prægnans, & quadam tenui abſtergente viſceribus amica dote, eorum farctus reſerat; aſperitates lenit; & concoctionem iuuat.

COLVTEÆ *Scorpioidis varietas. Aduerſ. pag. 405.* *Colutea Scorpioides coronata.*
CORONILLA *del Rey Hiſpanorum.*

A ſuperiore non niſi exilitate, & floribus ſpecioſioribus, hilarioribuſque corollam ſertulámve aurcam effigiantibus differt, vnde Hiſpanis Corona Regia dicta fuit. Belgij hortis cultioribus frequens. Lege COLVTEA.

CORONILLA, *ſiue Colutea minima.*

Harum omnium, cùm ſint omnia longè minora, minimam diximus; ſurrectis foliolis Rutulæ concoloribus, alioqui aſſimilis cæteris. ſpithameus cauliculus. Belgis hortenſis. Coluteæ varietas.

Agro Salmanticenſi, Granatenſi, Murciano & Valentino ſponte oritur ſecus vias, vt auctor eſt C. Cluſius.

ANTHYLLIS leguminoſa Belgarum.



# ANTHYLLIS *leguminoſa Belgarum.*
*Anthyllis prior Dod. Glaux quorundam.*

Quæ Septentrionalibus Anthyllis prior vocetur, à ſimilitudine videtur cum leguminibus cognata: quippe foliorum & cauliculorum effigie, lentem refert, mollioribus & incanis, & carnoſis. flores lutei Trifolij pratenſis quadamtenus, nõ adeò in glomerationem compreſſi, ſed hiantes magis & depreſſi. Semen item Trifolio non ita abſimile. Creberrimi cauliculi procumbentes ſpithamei: radix exigua. Agrorum marginibus Lutetiani agri, Narbonenſis, Germaniæ & Angliæ paſſim occurrit.

COLVTEA *Theoph. Aduerſ. pag. 406.*



SENA.



SENA. *Aduerſ. pag. 406.*

MESVE. Folliculo quàm foliis eſt efficacior, præſertim ſi is ex viridi nigricat, modicè amarus, ſubadſtringit abſolutus, recens in quo ſemen amplum, compreſſum. Calfacit initio ſecundi ordinis, ſiccat primo. Folia etiam primo calefaciunt. Terget, expurgat, digerit, purgat clementer melancholiam Sena.

cholam

choliam, & bilem vſtam à cerebro, ſenſoriis, pulmone, corde, hepate, liene. Proinde morbis dictarum partium ab humore huiuſmodi proficiſcentibus ſuccurrit, vt melancholicis febribus antiquis: gaudium gignit ablato humore ſine cauſa externa triſtante, & floridum corpus efficit, obſtructiones viſcerum aperit. Foliorum huius & chamæmeli decoctum lotione cerebrum, neruos roborat. Eadem quouis modo vſurpata, viſum & auditum firmat. Eius purgationem tardam & imbecillam celerant & intendunt miſta acria, vt Zingiber, Sal Gemmę, ſal Indus. Ne verò ſtomachum lædat, cardiaca & ſtomachica ſunt miſcenda. Ob id Galeni decreto coquenda largo pondere ex iure Galli, Gallinæ, vel aliarum carnium, vt citra moleſtiam purget: vel ſero lactis infuſa, cum ſpica, deinde parum diu feruefacta, vel puluis eius ex lacte dulci ſumendus eſt. Vino albo muſteo miſcebat quidam vim magnam Senæ, poſt tres menſes potandam dabat, ſicque purgabat cerebrum & ſenſoria, & gaudium augebat. Sunt qui decocto eius cum prunis & ſpica feliciter purgant. Mediocrem autem coctionem ſuſtinet. Infunditur ab aureis tribus ad ℥ vnam.

*Lege* SPARTIVM. *Geniſta ſcoparia vulgi. Geniſta Plin. cum Hippoſpartio, ſiue Rapo Geniſtæ. Aduerſ. pag. 407. Hiſp.* Scobas.*



*Vulgi* GENISTELLA *infectoria. An Lutea Plin.? Aduerſ. pag. 407. Perperam Ferula Tragi.*



* Vrinam amaritudinis ratione mouet & calculum frangit vi incidendi & extenuandi.

GENISTELLA *infectoria. Aduerſ. pag. 407. Geniſtella tinctoria Cluſij. Scoba Murcianis.*



SPARTIVM *Dioſcorideum Narbonenſe & Hiſpanicum. Aduerſ. pag. 408.*



2. E ſolo folio latiore ſecundam differentiam alit Mutonus noſter.

Varietates. 3. Et tertiam iuxta Zuthphaniam lectam, procumbentibus pedalibus ramulis, cæteroquin non abſimilem.

4. Quartam differẽtiam Cluſius icone & oratione his verbis dedit. Ad binorum cubitorũ altitudinẽ creſcit interdum hic frutex, nudo ſtipite, enodi, recto, digitali craſſitudine, candicẽte cortice obducto, in multiplices breueſq; ramos ſumma parte ſeſe diuidens, tenellos & fragiles, quos ornant folia Lini aut Thymelææ frequentia, supernè virentia, infernè verò incana & planè argenteo ſplendore, guſtu primùm linguam exſiccante & nonnihil adſtringente, deinde ſubamaro: flores ſummis ramulis naſcuntur ſpicatim Geniſtæ tinctoriæ Germanicæ ſimiles, lutei. Tota planta elegans aſpectu. Nuſquam hunc fruticem conſpexi, quàm Murciano regno ſecundum vias menſe Maio florentem. Incolæ Scoba vocant.

SPARTIVM *Dioſcorideum Narbonenſe & Hiſpanicum.*

DIOSCOR. *Purgant per ſuperna vehementer, Hellebori vice citra periculum flores & ſemina, quinis obolis in aqua mulſa pota. Semen deiectiones mouet. Rami in aqua macerati, mox tuſi, extractus ſuccus, Iſchiadicis & anginæ laborantibus auxiliatur, ſi cyathi modum ieiuni bibant. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere iſchiadicis clyſtere, ſtrigmenta autem elicit cruenta.*

Gal. Non infirmè detrahentis eſt facultatis.

Reſpon. Setiuus. Ægin. eadem quæ Dioſc. pota quinque obolorum pondere per ſuperna ſine periculo veratri modo,

SPARTIVM *Hiſp. alterum flore luteo Cluſij.*
*Spartum monoſpermum Hiſp. Mutoni.*



SPARTIVM 2^m. *floribus albis Cluſij.*
*Facie vulgati Spartij Narbonenſis aut Hiſpanici,*
*Hiſp.* Retama, *&* yniesta, *&* Hiniesta.



In ſiliquis rotundis, ſemine reperto in vuis Damaſcenis in Belgio enatum habuit Mutonus, eiuſque poſtea ramulis nos donauit C. V. D. Ioannes vander Dilf. Frutice, radice, ſtipite ſtriato, vimineis virgis iunceiſve, foliolis caducis & floſculis luteis, ſed minoribus vulgare Narbonenſe aut Hiſpanicum Spartium refert. Sed in ſingula ſiliqua, lobóve ſiue cartilagineo tereti oliuari folliculo, herbariorum Ciceri ſyluestri ferè pari ſubrufo, ſingulum ſemen atrum & durum, renis effigie, claudit. Variis Caſtellæ vtriuſque locis arenoſo ſolo oritur, vt auctor eſt Cluſius.

SPARTIVM 2^m. *floribus albis Cluſij.*

Geniſtam Damaſcenam odoratam flore albo Hiſpani referunt: quam ſubiunxit præcedenti Spartio Carolus Cluſius his verbis: Aliud ſuperiori ſimile, longè tamen maius & hominis altitudinem ſuperans. Virgulis priore tenuioribus & lentioribus magiſque obſequioſis: flore paulo maiore & omnino candido: lobis à ſuperiore, forma non differentibus, ſed minoribus, ſemen etiam minus continentibus.

Huius me primus monuit Antuerpiæ C. medicus D. Dionyſius Thomas Luſitanus, materiæ Medicæ gnarus.

Gadibus ſolùm prouenit & locis vicinis aura marina perflatis.

GENISTELLA *montana. Aduerſ. pag. 408.* *Geniſta anguloſa Cordi.*
*Geniſta ſagittalis nuperorum.* *Chamæſpartium Tragi.*

Caput luxatū. Aduerſ. pag. 408. hic reſtituitur.

Spartea & hæc herbula eſt, & duntaxat montium celſiorum conuallibus quibuſdam obuia, vt Calcari montis Narbonienſis, propter cœnobium: In Germaniæ etiam arduis ſpargens ſeſquipalmaria folia pinnatim triquetra, ſagittæ affixæ aut innatæ pennæ ritu, articulatim veluti geniculata per ſpatiola & commiſſuras inſecti, qualia videre eſt virentia etiamnum Londini, Mechliniis, Antuerpiæ & Lieræ in hortis; floribus luteis Geniſtellæ infectoriæ faſtigiata, quibus ſuccedunt ſiliquæ, & ſemen Geniſtæ longè minora.

GENISTELLA *pinnata altera Hiſpanica.*
*Chamægeniſta peregrina Cluſij.**



ASPALATHVS *ſecunda Monſpellienſium,*
*An Scorpio Theoph. Cluſio & Anguillaræ.*



Lege foliis tis, & dentatis. Item poni post hæc Aſpalathus.

* Hanc ſuperioribus menſibus ad me miſit Franciſcus van Zynich Bruxellenſis pharmacopœus vniuerſæ materiæ medicæ, vt ſi quis alius, gnarus, ex Hiſpania delatam opera D. Ambroſij Boone Conſiliarij Regij, quę quia exactiſſimè à Cluſio deſcripta, eius deſcriptionem ſequemur. Vix palmaria altitudine aſſurgit, admodum fruticoſa, foliis Chamelææ proximis, duris & carnoſis, per ambitum aliquantulum ſinuoſis & criſpis, rigidiuſculiſque, vno ex altero è medio folij neruo prodeunte, quemadmodum in Chamægeniſta, quam nonnulli Sagittalem vocant, interdum verò binis terníſve ſimul exorientibus: hic verò neruus paulatim intumeſcit, & in ramulum conuertitur, quandoquidem tota planta folioſa ſit: in extremis iſtis foliis, quini, ſeníve aut plures flores ſimul iuncti ex villoſis caliculis naſcuntur Geniſtellę ſimiles, ſed minores aureo planè colore, ſed quorum bina inferiora folia incana lanugine pubeſcunt. Floret Martio incultis locis Valentini regni.

SPARTVM

SPARTVM *aphyllon fruticoſum iunceis aculeis, lanatis capitulis. Aduerſ. pag. 409.*
*Valentinis Hiſp.* Erizo *.i. erinaceum.* ✻



Eſt idem cum hac ERINACEA Cluſij, cuius flores ex cæruleo purpurantes non videramus, nullàve foliola, quæ rarò producit, ſcitè à Cluſio animaduerſa, & deſcripta.

GENISTASPARTIVM *ſpinoſum alterum.*



GENISTELLA *aculeata. Aduerſ. pag. 409.*
*Fortè Vlex Plin. Germ. ſtechende-Ginſt.*



Menſes & ventris fluores ſiſtit, Fuchſ. auctore: & ad eadem valet quæ Hippuris.

GENISTASPARTIVM *ſpinoſum alterum.*
SCORPIVS *ſecundus Cluſij.*

Debetur & hæc Nepa Carolo Cluſio, qui eam primus ab altero Spartio ſpinoſo diſtinxit. Pedem proceritate vix æquat, aut ſuperat. Spinæ horridæ ex aduerſo binæ quadam ſerie exeunt, colore pallidiores quàm alterius vulgatæ: flores ſummis ramulis lutei & ſemina erui, magnitudine, incana, lanugine hirta latitant ſub ſpinis. Radix totaque facies cæteroquin non abſimilis ſuperiori. Collibus Granatæ vicinis itinere Cordubenſi ſolummodo cuulſit Cluſius.

Spinæ

*Spina* ACATIÆ *Dioſc. Aduerſ. pag. 409.*
*Acanthus Theoph. Anguil.*

Siliquæ Lupini effigie.



ACATIA *altera Dioſcoridis.*
*Aduerſ. pag. 410.*



DIOSCOR. *Acatia in Aegypto naſcitur ſpina inſtar arboris, fruticoſa, non ſe in rectum attollens, florem habet candidum, & ſemen lupino ſimile in folliculis. ex quo ſuccus expreſſus ſiccatur in vmbra, niger ex maturo ſemine, ſubrufus ex viridi. Eligatur modicè rufus & odoratus, vt in hac arbore eſſe poteſt. Aliqui exprimunt ex foliis & ſemine ſuccum. Manat & gummi ex ea ſpina. vis ei ad ſpiſſandum, refrigerandumq; efficax. Succus oculorum medicamentis vtilis. valet ad ignem ſacrum, vlcera quæ ſerpunt, perniones, pterygia, & oris vlcera. procidentes oculos reprimit. menſium abundantiam ſiſtit. prociduam vuluam cohibet. citam aluum ſupprimit, aut potus aut ſubter inditus. capillos denigrat. Lauatur oculorum medicamentis, trito in aqua, mox effuſo quod concreuerat, donec pura extet aqua. & ita cogitur in paſtillos. vritur etiam in cruda fidelia, donec fictile fornacibus percoquatur: torreturq; in carbonum halitu perflata. Spinæ decoctum ſolutos artus fotu committit. Præfertur eius ſpinæ gummi, quod in vermiculorum ſpeciem contrahatur, & vitri modo perluceat, ligni expers, proximum eſt candidum. ſordidum verò ac reſinoſum, inutile. Cutis meatus obſtruit. & medicamentorum quibus admiſcetur, acrimoniam hebetat. ambuſtis ex ouo illitum, puſtulas non patitur erumpere.*

Gal. Acatiæ & planta ipſa acerba eſt, & fructus & ſuccus, qui lotus quidem & imbecillior & minus mordax redditur, vtpote acrimoniam quandam in lauatione deponens. Porrò ſi parti alicui ſanæ illinatur, protinus eam & ſicciorem & contractam efficiet, nullum quidem caloris ſenſum inuehens: ſed nec frigoris admodum valentem. vnde conſtat medicamentum id eſſe frigidum & terroſum, immiſta quadam etiam eſſentia aquea. Et ſanè coniectura eſt, non eſſe ſimilare, verùm quaſdam in ſeſe diſperſas habere partes tenues & calidas, quæ in ipſa ablutione ſegregentur. Eſtque & hoc tertij ordinis
* illotũ verò. exiccantium, & ſecundi refrigerantium, vbi quidem elotum fuerit, * abſque eo verò primi.

ACATIA *altera Dioſc.*

*S*uccus eius adſtringit, viribus inferior, & ocularibus medicamentis inutilis.

FRAXINELLA *Cordi & officinarum, an ſit Tragium Dioſc.* [1] *Aduerſ. pag.* 410.

*Tragium Guillandini qui non μακρότερα, ſed μακρότερα legendum probat, Plinium ſequutus, quâ illud Terebintho aquale facit.*



DIOSCOR. *Tragij ſemen,* [2] *folia, lachrymaq́ illitu* [3] *ſpicula è corpore eiiciunt. omnia quoque corpori impacta inuocant. pota ſtranguria medentur, calculos* [1] *veſica frangunt. menſes trahunt. Modus in ſumptione eſt drachma vna. fama eſt ſyluestres capras ſagittis confoſſas eius herbæ pabulo ſpicula excutere.* 2 Eadē Gal. 3 Eadē Gal.

[1] Gal. Tragij folia, fructus, lachrymaq́; trahentis digerentisque ſunt facultatis. Eſt verò & tenuium partium, & facultate in principio tertij ordinis calida.

## ARBORVM, *Fruticum & Cremiorum obſeruationes.*

### LENTISCVS *Dioſc. Aduerſ. pag.* 411.

DIOSCOR. *Nota arbor eſt cui vis ineſt adſtringendi. ſemini enim, folio, ramo, cortici, radicibusq́, cognata inſunt vires. Liquamentum autem ita fieri ſolet: Folia, cortex, & radix in aqua coquuntur, & vbi abundè cocta refrigerataq́ ſunt, folia abiiciuntur. aqua denuo coquitur, donec mellis habeat craſſitudinem. Lentiſcum ſua aſtringendi dote, valet aduerſus ſanguinis reiectiones, alui profluuia, & dyſenterias in potu. item contra eruptionem ſanguinis è vulua, & eiuſdem aut ſedis procidentia. In totum acacia & hypociſtidis vicem repræſentat. Idem facit ſuccus è tritis foliis. Decoctum fotu caua explet. & fracta oſſa ferruminat. vulua fluxiones ſiſtit. nomas arcet. pruinam pellit. motus dentium collutione ſtabilit. Virentes ſurculi calamulorum vice dentibus repurgandis affricantur. Fit è ſemine oleum, quod prodeſt cùm quid aſtringi opus eſt. Lentiſcus reſinam gignit, quæ lentiſcina cognominatur, & ab aliquibus, maſtiche. Pota vtilis eſt ſanguinem reiicientibus, & tuſſi veteri. ſtomacho auxiliatur, ſed ructum mouet. additur in dentifricia & illitiones faciei, ad nitorem cuti conciliandum. palpebras oculis incommodas replicat. manducata halitum oris commendat. gingiuas contrahit. Optima & copioſiſſima in inſula Chio prouenit. Præfertur nitedula modo reſplendeſcens, & candore Tyrrhenicæ ceræ ſimilis, adulta, retorrida, friabilis, odorata, ſtridorem edens. Viridis autem inferior eſt. Adulteratur thure, reſinaq́ pineæ nucis miſtura.* Maſtiche.

Yy Gal.

Gal. Frutex hic ex aquea eſſentia leuiter calida, & terrena frigida nõ pauca compoſitus eſt. Deſiccat igitur ſecundo ordine completo, aut tertio incipiente: in caliditatis & frigiditatis differentia quodammodo eſt medius & ſymmetrus. Similem omnibus ſui partibus adſtrictionem obtinet in radicibus, ramis, extremis turionibus, germinibus ac foliis, præterea fructu, & cortice: ac ſi ſuccum ex foliis eius viridibus exprimas, ſimilis hic ordinis eſt, moderatè adſtringens. Itaque bibitur & per ſe & cum aliis medicamentis, quæ dyſenterias & alui affectus ſanant. Quin & ad ſanguinis expulſiones, tum ſedis vulnæque procidentias idoneus eſt, vtpote ad hypociſtida nonnihil propè accedens.

LENTISCVS *Dioſc. Narbonenſib.* Reſtincle. *Angl.* Maſtictree. *Germ.* Maſticzbaum. *Gal.* Lentiſc. *Hiſp.* Mata. *Ital.* Lentiſco.



Lege ſemper virentis.

TEREBINTHVS *cum flore. Aduerſ. pag.* 411. *Angl.* Terpentine tree. *Gal.* Terebinte. *Hiſp.* Cornicabra. *Ital.* Terebinto.*



*DIOSC. *Terebinthus cognita arbor eſt, cuius folia, & ſemen, & cortex adſtringunt, & ad eadem ad quæ lentiſcus conueniunt, ſimili parata modo ſumptaq;. Fructus eſui aptus eſt, ſed ſtomacho aduerſatur, excalfacit. vrinam mouet. venerem excitat, contra phalangiorum morſus conuenienter in vino bibitur. Reſina eius ex Arabia Petræa defertur. Prouenit etiam in Iudæa, Syria, Cypro, Aphrica & Cycladibus inſulis. Sed præualet candida, perlucida, vitreo colore & in cæruleum vergente, odorata terebinthum olens. Terebinthina reſinas omneis antecedit, proxima lentiſcina, & è pinu, & abiete. has ſequitur è picea & pineis nucibus reſina. Natura omnibus calfacere, mollire, diſcutere, expurgare. tuſſi ac tabi conueniunt per ſe, aut in eclegmate ex melle. vitia pectoris expurgant. vrinam cient. cruda concoquunt. ventrem emolliunt. palpebras commodiſſimè replicant. lepras tollunt, cum ærugine ac ſutorio atramento, nitroq; auribus ſaniem emanantibus cum melle & oleo: item in pruritu genitalium vtiles. malagmatis, acopiſq; admiſcentur. laterum doloribus per ſe, illitu & appoſitu auxilio ſunt.*

Gal. Terebinthi tum cortex tum folia, tum fructus adſtrictorium quiddam obtinent. Sed & ſecundo ordine excalfaciunt. Itaque quòd etiam deſiccent manifeſtum eſt. Recentes quidem etiamnum humidique modicè; ſicci verò ordine ſecundo. Cæterùm fructus ipſius propinquus eſt etiam tertio ordini deſiccantium. Eſt enim adeò calidus, vt mandentibus protinus eius caliditas percipiatur. Itaque etiam vrinam prouocat, & lienibus prodeſt.

R H V S. *Sumach officinarum. Aduerſ. pag. 412.*



P I S T A C I A *cum corniculis. Aduerſ. pag. 413.*
*Angl.* piſtaches. & fiſtikes.
*Ital.* piſtachi.



D I O S C O R. *Rhus quæ obſoniis aſpergitur; corticoſa tunica perquam vtilis eſt. Folia vim habent* * *adſtringendi, & acaciæ effectus præbent. Decoctum capillos denigrat. Dyſentericis infunditur, & in potus eorum inſeſſusq; adiicitur. Inſtillatur auribus purulentis. Gangrænas & pterygia cohibent folia ex aceto aut melle illita. Liquamentum fit ex aridis foliis, ad craſſitudinem mellis in aqua decoctis, ad eadem vt lycium conueniens. Semen eoſdem effectus exhibet. Cœliacorũ, dyſentericorumq; obſoniis inſpergitur. Fracta, deſquamata, ſemidaq;, illitum ex aqua, ab inflammatione vindicat. Linguæ aſperitates cum melle abſtergit. Candida fœminarum profluuia ſiſtit. Hæmorrhoidas ſanat, cum querno carbone intrito admotum. Aqua in quo ſemen maduit decocta, cogitur coitq;, efficacior ipſo ſemine. Gummi defert, quod dentium cauis imprimitur, ad dolores ſiſtendos.*

* Idem Gal. Tertio ordine exſiccat, & ſecundo refrigerat.

*Lege* C O C C I G R I A *Theoph. Cotinus Plin.* 413.

Quidam aſſerunt eſſe *Fuſtet* Gallorum, quo inficiunt aureo colore.

P I S T A C I A.

D I O S C. *Stomacho amica ſunt. Trita cum vino contra ſerpentium ictus proſunt, ſiue edantur ſiue bibantur.*

Gal. Fructus eius quodammodo tenuioris eſſentiæ eſt, ſubamarum quid & odoratum habens: obſtructiones itaque liberat, ſed maximè iecoris, verumtamen etiam thoracis pulmoniſque.

G L A N S *vnguentaria. Aduerſ. pag. 414.*

D I O S C. *Drachma pondere pota lienem abſumit. cum lolij farina & aqua mulſa podagricis illinitur: pſoras, lepraſq; decocta in aceto vitiligines, & nigras cicatrices cum nitro emendat; & cum lotio lentigines, varos, & papulas in facie, & cutis vitia tollit. Vomitiones* (℥.j. Gal.) *mouet. Aluum cum hydromelite reſoluit, ſtomacho aduerſatur. Cortex eius magis adſtringit: verum tuſa & expreſſa ſuccus abſtergentibus medicamentis adijcitur, quia aduerſus prurigines & ſcabrities idonea ſunt.* Eadem Gal.

M E S V E. Oleum emollit: frigidis neruorum affectibus conuenit, duritias reſoluit.

*Balaninum Oleum.*

D I O S C. *Repurgat maculas, lentigines, varos, & cicatrices nigras. aluum ſoluit, ſtomacho aduerſatur, contra aurium dolorem, ſonos, & tinnitus auxilio eſt, cum anſerino adipe inſtillatum. Similis Seſamini ratio.*

Syringa cærulea Luſitanica.



*Syringa cærulea Luſitanica.*
*Adverſ. pag. 414.*
*Lilac Matth.*

Flores racematim cohærent cærulei, ſuauiſſimum odorem fundentes: populnea fronde in ramulis Rhois modo fruticantibus.

Syringa *Italica.*



Folia habet Betulæ longiora, & flores Arantij vel Tiliæ, albos odoratosque, Hortis Belgij hoc nomine hodie notiſſima.

Staphylodendrvm.



Σταφυλόδενδρον. Staphylodendrvm *Plin.*
*Adverſ. pag. 414. Gal.* Baguenaudes à patrenoſtres. *Ital.* Piſtachio ſaluatico.

[illegible]

*Kερατία* SILIQVA. *Aduerſ. pag.* 414.
*Gal. & Prouincialibus* Carobe. *à Chaldæis ſic etiam dicta. Angl.* Silick tree. *Ital.* Silique, *&* Carobe. *Hiſp.* Algarrouas. *Germ.* S. Ihons brot.



CASSIA *purgatrix. Aduerſ. pag.* 414. 415.
*Officinis, Gal. Germ. Belg. Ital. & Anglis,* Caſſia. *Item Hiſp.* Caña fiſtola.*



*Tutiſſimum medicamentum quolibet die, hora, ætate, ſexu, etiamque prægnantibus nulla moleſtia aut incommodo, flauam bilem, pituitam, hepatis, renum, & quoſlibet viſcerum feruores, educens.

MESVE. Caſſia fiſtula calido frigido temperata, niſi quòd paulò eſt calidior, humida primo gradu, clementer & innoxiè à ventriculo bilem & pituitam purgat leniendo, febribus inde ortis confert, ſanguinem hac ratione puriorem reddit, ac eius ſanguinis, & bilis flauæ acrimoniam frangit, reſoluit thoracis & pulmonis, & aſperæ arteriæ phlegmonas, eaſque partes lenit ipſa morſus expers, ſitim ſedat, præſertim ſumpta cum ſucco intybi, vel cichorij, vel ſolani arte depurato. Intemperiem denique renum calidam mitigat, cum diureticis ſumpta, & glycyrrhizæ decocto, ob idque calculum in his gigni prohibet. Deligenda eſt fiſtulâ inſigni, plenâ, ob id graui, ſplendente foris ac etiam in pulpa pingui, quæ recens ſumenda eſt potiùs, quàm vaſis ſeruata: ſi autem viſcera ſunt ſicciora, caſſiæ lubricitas augenda eſt oleo amygdalarum dulcium: ſi debilia & lubrica ſint, minuenda myrobalanis vel rhabarbaro, vel aqua cum maſtiche cocta, vel ſpicâ additâ: ſi ad vias vrinarias ferri eam volumus, vretica miſceantur. Quoniam verò tardiùs & imbecilliùs purgat, acre aliquid (quale thymum, hyſſopum) actionem eius intendens miſceatur, aut potiùs aliquid medicamentorum valenter purgantium: efficaciuſque purgat hæc, ſi ex ſero lactis propinetur. Tam eſt benignum & innoxium hoc medicamentum, vt omni ætati, & ipſis etiam pueris & prægnantibus tutò ſumatur.

MOLLE *Cluſij.*



GELSEMINVM *vulgatius. Adverſ. pag. 415.*



Molle, quale exercitatiſſimæ cognitionis deſcripſit peritiſſimus Cluſius, hic ſubdere viſum fuit, inſtituti noſtri, & ordinis conſecutione: vt cuius ſemen & herba ab illuſtriſſimo viro D. de Brancion mihi communicata fuerint.

Molle. CLVS. Cæterùm odor fœniculi mihi in memoriam reuocat arborem in Peru naſcentem, Molle vocat, cuius ego puſillas duas plantas, è ſemine natas, vidi ante aliquot annos Mechliniæ in horto ſplendidiſſimo illuſtris viri Dn. Ioannis de Brancion, ſed quæ tertio anno perierunt hyemis iniuria.

Molle hiſtoria. Erant autem ex arbuſculæ trunco (quia tenellæ) ex viridi nigricante, multis conſperſo veluti maculis cinereis, folia pennata vt fraxini, ſed multo minora, ex viridi nigricantia, ſerrata, & ſub extremum anguſtiora, quæ ab arbuſculis reuulſa lacteo ſucco, eoque lento & viſcido, & odorato manabant, & ipſa folia trita fœniculi odorem reddebant, guſtata adſtringentis facultatis nonnihil habere videbãtur. Fructus ex quo natæ ſunt, piperis ferè magnitudine, oleaginoſus, pellicula rubeſcẽte tectus, racematim cohærens, vt ex eius icone, quam ad viuum depingi tum temporis curauimus, conſpicere licet: florem quem habeat ignoramus, ſed quibuſdam auctoribus, minutus eſt, viti ſimilis.

Natales. Hæc arbor abundanter naſcitur in conuallibus & locis planis Peruanæ regionis, vt referunt omnes qui Occidentalium Indiarum deſcriptionem dederunt: ſed Petrus Cieça maximè, qui eius deſcriptionem hoc modo cap. 112. primæ partis Chronici dat.

Molle hiſtoria alia. Toto hoc tractu conſpiciuntur magnæ quædã, & etiam paruæ arbores, quas Molles appellant incolæ: folia habent minuta, odore fœniculi, cortice adeò commendato, vt eius decocto crurum dolores & inflationes ſumma cum vtilitate foueantur: ex ramulis fiunt dentiſcalpia vtiliſſima. Ex huius fructu cum

Molle vinũ. aqua decocto, pro coctura modo, fit aut vinum, ſiue potio admodum bona, aut acetum, aut mel: tan-

Facultates. toque in precio apud Indos ſunt hæ arbores, vt quibuſdam locis eas conſecratas ſuis Idolis habeant. Addunt nonnulli eius arboris foliorum decoctum, doloribus ex frigida cauſa ortis auxilio eſſe; gummi verò eius, quod Mannæ modo candidum eſt, lacte diſſolutum, caliginem oculorum abſtergere.

### CHAMÆGELSEMINUM *grandiflorum peramœnum.*

Humilis Gelſemini quandam etiam ſpeciem elapſa æſtate Bruxellis, quam alebat ſtudioſè in vtceis penſilibus C. V. D. Ioannes de Boiſot, vidiſſe memini, ſurculoſis ramulis pede, vix cubito vel ſeſquicubito longioribus: foliis Iaſmini vulgaris, minoribus, nigrioribus & rotundioribus. flos aſpectu ſuauiſſimus, itidem non abſimilis, ſed quadruplò maior, patulus, Thalerum æquans, candidus auerſa parte ſuauè rubens.

### BALSAMUM *Dioſc. Aduerſ. pag. 415.*

DIOSCOR. *Arbor * Cytiſi, (non Albæ viola) Lycij, ſiue Pyxacantha, (non pyracantha) magnitudine conſpicitur. Folium Rutæ proximum, longè candidius, perpetuo virens. In Iudæa ſolùm quadam valle & Aegypto naſcens. His differens modis, ſcabritia, proceritate, gracilitate. Quod igitur tenui & capillacea coma eſt, theriſtum vocant, quaſi demeſſile: fortaſſis quoniam ob gracilitatem facilè demetatur. Aeſtiuis ſub ortu Canis ardoribus, arbos vnguibus ferreis inciditur, manatq́; è plaga ſuccus, quem opobalſamum vocant: ſed tam exiguo ſtillatu, vt annis ſingulis, ne plures quidem quàm ſeni ſeptenive congij cogantur. imbiq́; pondus, duplo rependitur argento. Succi probatio eſt, vt ſit recens, validi odoris, ſyncerus non ad acorem vergens, dilui facilis, leuis, aſtringens, at modicè mordens guſtu. Sed variè vitiatur, miſſo ab aliquibus terebinthi, cypri, lentiſci, balani vnguento: item ſuſino, metopio, melle, aut Cypria cera liquida. quod maleficium facilè deprehenditur. Namque merus in laneam veſtem fuſus, neque maculam facit, neque ſi eluatur, notam relinquit: vitiatus autem inhæret. & lac inſtillatus coagulat, quod adulteratus non efficit. Quinetiam ſyncerus in aqua aut lacte celerrimè liquatur, coloreq́; lacteſcit: vitiatus verò olei modo innatat, ſe conuoluens, aut in ſtellæ modum diffundens. Syncerus ſeneſcens craſſeſcit, deteriorq́; redditur. Hallucinantur, qui aqua concretum peſſum ire, & ad ima ſidere arbitrantur, poſtea diſſipatum ſupernatare. E ligni genere, quod xylobalſamum vocant, probatur recens, ſarmento tenui, fuluum, odoratum, quadam tenus opobalſamum ſpirans. Neceſſarius etiam ſeminis erumpit vſus, quare eligatur flauum, plenum, grande, ponderoſum, mordens guſtu, feruens in ore, modicè opobalſamum * olens. Adulteratur † ſemine hyperico ſimili, quod à Petra oppido defertur: ſed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignauia, ſapore piperis. Efficaciſſima vis ineſt ſucco, & quammaximè calfaciens. abſtergit quæ tenebras oculorum pupillis offundunt: medetur perfrictionibus vulua cum roſaceo cerato appoſitus. menſes quoque, ſecundas, & partus extrahit. horrores illitu diſcutit, vlcera ſordida expurgat, & cruda concoquit. vrinam potu ciet. ægrè ſpirantibus prodeſt. datur in lacte contra aconitum hauſtũ, aut ſerpentiũ ictus. miſcetur acopis, malagmatis & antidotis. In ſumma, præcipua auctoritas ſucco, ſecunda ſemini, minima ligno. Semen commodè potui datur doloribus * lateris, pulmonũ vitiis, tuſſi, iſchiadicis, comitialibus, vertiginoſis. orthopnoicis, vrinæ difficultati, torminibus, ac venenoſarum beſtiarum morſibus. ad muliebres ſuffitus perquam vtile eſt, vuluam aperit in deſeſſionibus balnearum decoctum, & † humorem euocat. Lignum eaſdem habet vires, aliquanto minores. ex aqua potum cruditatibus, torminoſis, vulſis, venenatorum ictibus opitulatur. vrinam ciet. ad capitis vulnera cum ſicca iri conuenit. ſquammas oſſium extrahit, & ad vnguentorum ſpiſſamenta additur.*

* Ad materię concoctionē, expectorationem & inciſionem.
† a. i. ſuperfluitatem.

*Cytiſi,* * *pyxacanthæ.* In Auicen. legitur *viſci* pro *Lycij*, vt forſan apud Plin. pro *vite* legendum *lycij*, vbi ait Viti ſimilior quàm Myrtho, perpetuo folio eoque candicante. Theoph. Folio Rutæ perpetuo virens. Addit Plin. lib. 12. cap. 25. Folium proximum Rutæ perpetua coma. Pauſanias Sampſuco comparauit. * non videtur legendum *Leucoij*, ſed *Cytiſi* cum Strabone. Terebintho Theoph. comparauit. Plin. Hyperico; vbi potius legendum *Petræo Terebintho*; quia Terebinthi reſinam ex Aſia Petræa deferri tradit Dioſc. prouenire etiam in Syria, Iudæa & Cypro.

* *Opobalſamum olens.*] Luxata eſt Theoph. lectio, qui fructum magis, pro minus redolere ait.

† *Adulteratur ſemine Hyperico ſimili quod à Petra oppido defertur: ſed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignauia, ſapore Piperis.*] Quidam correctius legunt: Defertur ex Petræa, quo adulteratur fructus, ſemen Terebintho ſimile, quod dignoſcitur magnitudine, inanitate, virium ignauia, non ſapore piperis. Quæ omnia vulgato inodoro, vieto & exoleto officinarum Carpobalſamo conſpiciuntur. Cùm πεπερίζον, i. piperis ſapore dicit, pugnare videtur cũ viribus ignauo & adulterato; cum legitimo autem Carpobalſamo quadrare; quod mordens guſtu, feruens in ore. In pipere autem non alius quàm acris & feruens reperitur ſapor.

Dicat quiſpiam cauillator Balſamum calidum & ſiccum exceſſu 2°. Galeno; quomodo igitur guſtu, feruens & mordens erit? Dioſcorides credidit Balſamum præſentiſſimas ad excalfaciendum habere facultates, deceptus partium tenuitate; quod euidenter Galenus his verbis teſtatur. Balſamum calidum & ſiccum exceſſu ſecundo. Eſt autem tenuium partium, adeo vt odoratum ſit; ſed liquor eius ſubtiliorum etiam partium eſt quàm ipſa planta, non tamen adeò calidus vt quidam exiſtimant, tenuitate partium falſi. Porrò fructus eius perſimilis genere facultatis eſt; cæterùm longè in ſubtilitate partium inferior.

In Nicotiana diximus, quæ calefaciunt vel refrigerant cum tenuitate partium, citius & potentius agere, vt Acetum, & alumen ſciſſile, efficacius & citiſſimè conſtringunt, ob ſummam partium tenuitatẽ. Caphura nonnullis inferior; vt medicamenti vis integra in abditiſſima ſua tenuitate citiùs permeet & perueniat, quæ alioqui longa mora à natura alteraretur & immutaretur.

*Abſtergit quæ tenebras.*] Præter illam calfaciendi vim qua pollet, abſterget quæ pupillas oculorum obumbrant: quod amarore quodam præſtat, & partium tenuitate, qua internam corneæ partem penetrat, non ſecus ac fella potiuſque diſcutit quàm deterget. Verùm quia vlcera etiam expurgare docet Dioſc. dicemus in ſucco amarorem quendam ineſſe, quo extergit.

*Medetur perfrictionibus vuluæ.* ] Quia calidum eſt, tenuium partium & odoratum, quo gaudet vterus.

*Cum cerato Roſato.* ] Rationi alienum videtur, quia tenuitati partium aduerſatur. Attamen Dioſcorides Roſaceum paratur cum Schœnantho. Serapio cum cera & oleo imponebat. Fortè Dioſcorides Roſaceo volui: excipi, quia æſtimabat efficaciſſimum & calidiſſimum medicamentum. Hinc colligere licebit, oleis ſtillatitiis Chymiſtarum, & ementitis Balſami liquoribus, non niſi aliis probè commixtis & temperatis vtendum eſſe, quia pleraque ſæpe feruore & partium tenuitate lædunt.

*Horrores illitum diſcutit.* ] Sæpè horror pro rigore, & contrà rigor pro horrore ſupponuntur, quæ ſecundum magis & minus differunt. Rigor fit cum maiore concuſſione in bilioſis febribus; horror cum maiore refrigeratione in quartanis cōpoſitis vel ἡμιτριταίοις, id eſt, tertianis febribus imperfectis ad quotidianam accedentibus. Frigus in quotidiana. Horrores, rigores & frigora, non ſecus ac alia calidiora olea, Rutaceum, Anethinum, Abrotani, ſuccus Saluiæ, oleum Caſtorei, de Euphorbio, è piperibus, & ſimilia, ſpina dorſi illita ſoluit.

*Cruda concoquit.* ] Humores vlcerum vel abſceſſuum crudos concoquit.

*Aegrè ſpirantibus prodeſt.* ] Craſſa & cruda incidendo, & farcta reſerando; concoquendo & diſcutiendo, reſpirationem facilem reddit.

*Datur in lacte.* ] Quia aduerſus venena pollet, miſcetur antidotis: Lac veneni acrimoniam inhibet, & balſamum mitius efficit.

*Lignum eaſdem habet.* ] Quia minus ſucci; plus craſſarum partium: Igitur facultates adſtringentes terreæ ſubſtantiæ obtinebit.

*Vulnera capitis.* ] Quia potentiùs ſiccat, vulneribus capitis medetur, quæ ſumma ſiccitate egent.

SORBVS *domeſtica. Aduerſ. pag. 416.*
*Oſtria fortè Theoph. Germ.* Sperwerling, & Sporbaum.
*Gal.* Cormier, & Sorbier. *Hiſp.* Seruas. *Luſitan.* Sorba. *Ital.* Sorbole, & Sorba.



SORBVS *ſyl. Alpina. Aduerſ. pag. 416.*
*Fraxinus bubula Dod.*
*Gal.* Cormier ſauuage.



DIOSCOR. *Sorba cum etiamnum rubent priuſquam matureſcant, diſſecta & in ſole ſiccata mandentur ad aluum ſiſtendam. Eadem eſt functio molitorum* [illegible] *ſi pro polenta ſumatur, quod & decoctum eorum in potu præſtat.*

Gal. Adſtringentem obtinet qualitatem, ſed multò imbecilliorem quàm Meſpilus: proinde ſanè etiam eſui iucunda eſt, minusque quàm Meſpilus ventrem conſtringens.

FRAXINVS

FRAXINVS. *Aduerſ. pag. 416.* *Angl.* Aſhetre. *Germ.* Walbaum, Eſchenbaum. *Belg.* Eſchen. *Gal.* Freſne. *Hiſp.* Fraſno. *Ital.* Fraſſino.



NVX iuglans. *Aduerſ. pag. 416. Angl.* Walnuttre. *Germ.* Nuſs, & Welſchnuſsbaum. *Belg.* Noteen, & okernotten boom, oft Nottelaere. *Gal.* Noix, ou Noyer. *Hiſp.* Noeſes. *Ital.* Noci.



DIOSCOR. *Foliorum ſuccus & ipſa peruncta, aut ex vino pota, viperarum ictibus auxiliatur. Corticis cinis ex aqua illitus lepras eximit. Ligni ramenta ſcobemq; potu pernitiem afferre tradunt.*

Spleniticos, nephriticos, & lue Gallica affectos ſcio curatos. quî igitur ſint ramenta venenum; ſiquidem ipſa aduerſatur venenis: an quia corpori non venenato imprimit illam qualitatem, quam in venenum exertura fuit? Siquidem Cantharidibus hæc perquam grata eſt; in ea namque naſcuntur, victitãt, & moriuntur. Id verò vti de Iunipero dictum fuit; ramorum aſperitate poſſe interimere quoſdã, qui noxam non ſentiunt ex decocto. Corticis radicis cinis nodulo exceptus cauterij potentialis ſupplet vicem madefactus & impoſitus: indeq; foraminulum contractum reſeratum, immiſſo hederæ folio, fouetur. Corticis, ſeminis & foliorum decoctum ſurditati ſuffitu medetur, occulta proprietate.

Sal Fraxini ſudores mouet vreticis mixtus: medicamentis autem purgantibus ſeroſa euacuat, ſtimulosque agit.

NVX IVGLANS.

DIOSC. *Concoctu difficiles ſunt; ſtomacho inutiles, bilioſa capitis dolorem[1] inferentes, tuſſientibus inimica, & vomituris ieiunis in cibo apta. Cum ruta verò & ficis præſumpta, & à ſumma cibo, venenis[2] reſiſtunt. nec minus ſi à veneni hauſtu comedantur. Largiùs eſitata tineas latas pellunt. Illinuntur mammarum inflammationi, abſceſſibus, luxatiſq;, cum mellis exiguo & * Ruta. Cum cæpa autem, ſale & melle, canis hominiſq;[4] morſui proficiunt. Tormina cum calyce ſuo peruſta, & vmbilico admota, ſedant. Putamen combuſtum, tritumq; in oleo & vino, infantium capita perunctu, nutrit[5] capillum: alopecias replet. Siſtunt menſes nuclei vſti, ſi triti ex vino admoueantur. Iidem è veteribus, illiti carbunculis,[6] gangrænis, & ægilopiis medentur. Alopeciis commanducati & impoſiti præſenti ſunt remedio. Nucibus tuſis oleum exprimitur. Recentes ſtomacho innocentiores ſunt, vtpotè ſuauiores. Atque allio mixta minuunt acrimoniã. Liuores in corpore illitu tollunt. Fit etiam è nuce iuglande oleum, quod caryinum vocant. Eandem vim habet quam balaninum.*

1. a. e a d. Pli.
3 Plin. idem. repetu be- bocant.
4 Pli. eadem.
5 eadem Pli.
6 eadem Pli.

* Plin. Anginam cum Ruta & oleo aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo.

Gal. Arbor tum in foliis, tum in germinibus aſtrictionem quandam poſſidet, cæterùm euidentem multamque in nucis putamine, recenti pariter & ſicco: proinde eo fullones quoque vti ſolent. Ac nos eius expreſſi ſucco, ſimiliter vt mororum & ruborum, in melle decocto, vice ſtomatici medicaminis

 vtimur.

vtuntur. Et ad omnia reliqua adhibemus ad quæ dicti ſucci conuenire cenſentur. Porrò ipſius id quod edendo eſt oleoſum eſt, & tenue: itaque etiam facilè exprimitur: & quo diutius reconditũ fuerit, magis tale efficitur. Quamobrem oleum ex eo inueterato exprimere liceat. Tunc ſanè admodum fit per halitum euaporatorium. Itaque quidam eo gangrænas, & carbunculos & ægilopas ſanant, ac nonnulli ad neurotrota, hoc eſt, neruorum vulnera vtuntur. Cæterùm ſi recens ſit, adſtringentis nonnihil qualitatis obtinet. At quod imperfectum eſt etiamdum, ac nondum ſiccum, velut reliqui fructus omnes qui virides ſunt, plenum eſt ſemicoctæ humiditatis. Nucleus tamen eius vbi inaruit, tenuium partium & exſiccatorium eſt medicamentum, morſus expers.

† Plin. Valeria. Poteſt & ſtomacho aliquid vigoris acquirere, & ventrem cum garro ſumpta mollire.

Subdit Plin. Item ſugillatis cortex iuglandium lichenum vitio & dyſentericis prodeſt: folia trita cum aceto, aurium dolori. In ſanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti C. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti, duabus nucibus ſiccis, item ficis totidem, & rutæ foliis viginti ſimul tritis, addito ſalis grano: & qui hoc ieiunus ſumat, nullum venenum nociturum illo die. Contra rabioſi quoque canis morſus, nuclei à ieiuno homine commanducati illitique, præſenti remedio eſſe dicuntur.

Sethus addit: Concoquuntur facilè nuces in frigidis ventriculis, in calidis verò in bilem magis mutantur, ante alios cibos ſumptæ vomitum adiuuant. Ad ſatietatem comeſtas lumbricos educere ſcimus.

ZIZIPHA *candida Monſpellienſium, quæ perperam Venetorum & Italorum Sycomorus.*
*Luſit.* Arbol paradyſo.
AZEDARACH *Auicennæ.*



VACCINIA *nigra & rubra. Idæa Vitis Theoph. Daleſcampio, Cluſio & herbariis peritioribus. Myrtillus officinarum Germanicarũ & Myrthus mõtana. Vua Vrſi Anguil. Aduerſ. pag. 417. Gal.* Aurelle, & Airelle *Ital.* Vua orſa, & vigna dell'orſo.



Florem Azedaracth calidum in tertio, ſiccum in fine primi, Auicenna loco ſuprà memorato ſcribit, & cerebri obſtructiones aperire aſſerit: ſtillatitium verò eius liquorem pediculos interficere, & comã alere, ſi eo vino permiſto caput abluatur. Fructum autem pectori noxium & valdè pernicioſum eſſe.

Gemiſta

ALEXANDER ARAGONVM REX

Genuina Vua Vrſi.

*Genuina Vua* VRSI *Galeni apud Cluſium.*

Genuina Vua Vrſi Galeni apud Cluſium eadem videtur cum Alpigena Chamærhododendro exhibito Obſeruationum noſtrarum pa. 199. & Aduerſ. 145. cuius flores Arbuto ſimiles, ſed ex candido purpurei aut candidi conſpiciuntur.



PALVSTRIA *Vaccinia Aduerſ. pag. 417.*
*Oxycoccon Cordi. Poterion Daleſc.*
*Rhus ſyl. Plin. Dilſio. Acinaria paluſtris Geſneri.*
*Heluetiis* Moſzbeer *.i. acini paluſtres muſcoſis locis oriundi. Batauis,* Veen, oft Moerbeſie. *apud quos luxuriant ſecus Vltraiectum. floſculis albis.*



Item Hanc cur cõſideratio, &c. ad calcem capitis vſque.

Gagel Germanorum.

GAGEL *Germanorum. Aduerſ. pag. 417.*
*Eleagnos Cordi.*



ZE[illegible] CISTVS

CISTVS *Mas cum Hypociſtide. Aduerſ. pag. 418.*
*Hiſp.* Eſtepa. *Luſitanis* Cerraços. *Ital.* Ciſto.
*Ciſtus mas primus Cluſij.*



* Hypociſtis.

CISTVS *Mas anguſtifolius.*
*Secundus Cluſij.*



*Lege quadam-tenus ſcima. & paulo poſt Omnibus ſemen ſa.*

DIOSC. *Vis aſtringens, vnde flores in vino auſtero bis die poti, proſunt dyſentericis. Et tot ut per ſe illiti cohibent. Vetuſtati vlcerum, & igni ambuſtis cum cerato medentur.*

Gal. Folia & parua germina trita adeò deſiccant adſtringuntque, vt vlcera glutinare valeant. At flores magis ſunt efficaces, adeò vt cum vino poti dyſenterias, ventris imbecillitates, fluxuſque ac humiditates ſanent. Cataplaſmatis ritu illita vlcerum putredinoſa iuuant. Eſt enim facultas eorum non inſtrenuè deſiccans, fereque ſecundi exceſſus à temperatis abſoluti. Adeò verò frutex hic frigidus eſt, vt tepidi caloris ſit particeps.

HYPOCISTIS *Dioſc.*

DIOSC. *Vires Acaciæ habet, verùm aliquanto magis ſiccat & adſtringit. Prodeſt dyſentericis, cœliacis, ſanguinem excreantibus, fœminarum profluuio, & pota & indita.*

Gal. Porrò Hypociſtis, quam vocant, multò eſt magis adſtrictoria quàm folia; admodum efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, puta ſanguinis reiectiones, profluuia muliebria, cœliacos, dyſentericoſque affectus. Quin ſi quam partem roborare conſilium ſit; quæ videlicet pluſculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatem illi non inſtrenuè addit. Sic ſanè ſtomachicis, epithematis, hepaticiſq; commiſcetur, & ex viperis confecto antidoto inditur, nimirũ quo corpora confirmet ac roboret.

CISTIS *differentiæ quamplurimæ adſtribuntur.*

Non modò viribus, & natura multiplices ſortitur varietates; ſed etiam florum colore, odore, & potiſſimùm magnitudine, diſſimilique effigie longè plures Ciſti & Ledi differentias conſequuta eſt poſteritas. Quædam enim foliis latioribus, anguſtioribus, Populi, Salicis, Conyzę, Portulacę, Lauendulę, Sampſuci, Thymi vtriuſque, Roſmarini coronarij. Proueniunt ferè omnes ſponte in Galloprouincia, Narbonenſi Gallia & Hiſpania. Flos aut purpura rubet, candicat, aut flauet. Omnibus ſemen puſillum ruffeſcens in triquetris pericarpiis. In Belgio plures viginti & quinque differentias memini apud C.V.D Ioannem de Boiſot, Petrum Coudenbergium & Ioannem Mutonum Hiſpano & Narbonenſi ſemine ortas.

### CISTVS *mas anguſtifolius.*

Ciſtus mas ſecundus Cluſij, congener cum priore, folio longiore & anguſtiore & viridiore duntaxat diuerſus.

### *Ciſtus mas tertius Cluſij.*

Huius duas inſuper differentias literis prodidit Cluſius, quorum prior æquè fruticoſus eſt; exilioribus tamen virgultis; foliis item breuioribus dilutè viridantibus, denſioribus magiſque rugoſis, & odoratis, qua ſola nota à reliquis Ciſti generibus ſe prodit. Supra Vlyſſiponem oritur itinere Conimbricenſi, atque etiam in maritimis, vt idem Cluſius auctor eſt.

### *Ciſtus mas quartus Cluſij.*

Alter denſè fruticans, nonnihil incanus, aſſurgit in altitudinem humanam. foliis rotundè circinatis, maioribus. rugoſis & hirtis, floribus cum cæteris ſimillimis, ſaturè rubentibus & maioribus: capitula maiora hirſuta, dura, & ſemen maius quàm reliquorum. quod optimè creuit Iohanni Muteno & nobis Hiſpania miſſum.

CISTVS *mas ſupinus, ſinuatis & fimbriatis foliis.*
*Ciſtus mas quintus Cluſij.* *



CISTVS *fœmina. Aduerſ. pag. 418.*
*Hiſp.* Xara-eſtepa.



* Concinnè huc quadrat alter qui minùs cognitus, & rarior multò, vni ſoli Carolo Cluſio huius hiſtoriæ ſcriptori clariſſimo memoratus; qui arenoſo admodum Luſitaniæ ſolo, præſertim apud monaſterium Peralonga dictum, quinto ſupra Vlyſſiponem miliari erutum, & ibidem loci ſemen Nouembri lectum, in Belgium aſportauit, amicisque communicauit. E lignoſa radice pedales aut ſeſquipedales confertim ramulos ſupinos vel humi fuſos ſpargit, quos ambiunt folia criſpa, quodammodo fimbriata & ſinuoſa, incana, guſtanti auſtera. Summis cauliculis flores æquali ferè ſitu vmbellæ ritu quadantenus innaſcuntur, hilari purpura micantes, ſuperioribus paulo minores, quemadmodum & ſemen in capitulis minus & nigrius.

Cɪsᴛᴠs *fœmina folio Portulacæ marinæ, ſiue Crithmi. Ciſtus primus folio Portulacæ marinæ aut Halimi Cluſij.*



Cɪsᴛᴠs *folio Halimi ſecundus Cluſij.*



Cùm D. Cluſius Ciſti fœminæ differentias exactiſſimè deſcripſerit, operæpretium duximus eius verba hîc repetere, eiuſque icones exhibere.

Ciſti fœminæ 2. claſſis. Cluſius hiſtoriæ rariorum ſtirpium lib. 1. pag. 143. ſic ait: Aliquot alia Ciſti genera per Hiſpanias & Luſitaniam obſeruaui, quæ ad fœminam veluti ad primarium genus meo iudicio referenda videntur potius, quàm ad marem, aut Ledon: quandoquidem nullo pingui lentore ſint prędita, neque florem roſeum ſiue purpureum habeant. Niſi fortè quis eam ſpeciem, quæ Thymi foliis eſt, inter Ledi genera recenſerę malit.

Ciſtus folio Halimi 1. Cɪsᴛᴠs folio Halimi prior (ſic enim appellandus videtur propter foliorum ſimilitudinem) cubitales, aut ampliores profert ramos, graciles, ſatis fruticoſos, in quibus folia Portulacæ marinæ ſimilia, ſed omnino incana vt Halimi, mucrone obtuſiore, ſubacido & adſtringente guſtu: ſummi rami multos proferunt flores quinque foliis conſtantes, colore luteo cum ſuis in medio fibris, minores quàm in ſuperioribus, ei Ciſti generi quod nonnulli Helyanthemon vocant ſimiles: ſemen deinde in capitulis oblongiuſculis & triangulis exiguum, & ſubrufum.

Hypociſtis lutea. Ad huius radices Hypociſtin naſcentem obſeruaui luteam omnino, ſiue ochræ colore, plantæ ipſius florem colore referentem, quam pueri & paſtores mandunt.

Ciſtus folio Halimi 11. Cɪsᴛᴠs folio Halimi alter, procerior eſt priore, ramis firmioribus, incanis vt prior: folia ſuperiore paulò longiora, anguſtiora, & magis mucronata, dorſo elatiore, incana tamen tota & ſicca, guſtu etiã ſubacido & adſtringente. Iſtius neque florem, neque ſemen vidi.

Vterque frequens eſt in Luſitania ſolo arenoſo, & aura marina afflato, inter Ericas, non procul Vlyſſippone, nuſquam alibi mihi conſpectus.

*Reliquorum verò Ciſtorum Cluſij deſcriptiones ab operis omiſſas pete infra Obſeruat. pag. 585.*

Cistvs folio Lauan-dulæ Cluſij [illegible]



Cistvs folio Sampſuci Cluſij, videtur eadē quæ Helianthos Allobrogū & Galliæ Delphinatis flore albo.



Cistvs folio Thymi Cluſij.



Cistvs humilis anguſtifolius.



CISTVS *humilis primus Cluſij.*
*Helianthos noſtra, deſcripta Aduerſ. pag. 185. & Obſeruationum 238.*

CISTVS *humilis anguſtifolius, Choris Monſpellienſis foliis. Selago Monſpel. Ciſtus 5°. Aſſatij. & Erica Chryſanthemis minima noſtra. Aduerſ. pag. 447. Ciſtus humilis 2°. Cluſij.*

CISTVS *humilis annuus, folio Salicis humilis. Ciſtus annuus primus Cluſij.*



CISTVS *annuus folio Ledi.**



*Narbonenſis Ledi annui rara ſpecies; via quæ ducit Monſpelio ad præceptoris Rondeletij prædiū vulgo Terral, inter Sferrocanallo & Criſtas Gallinaceas herbulas fruticat; foliis Ledi anguſtifolij, hirtis, iuxta ſummum pedalem & ſeſquipedadem caulem, ſemen exile, angulo ſum rubrum pulchellum in pericarpio nitido triquetro Selaginis Plinianæ dictæ, læuore glandis Ilicis & magnitudine ferè pari. Flos luteus. Hanc plantam Franciſco Pennino doctiſſimo pharmacopœo Antuerpiano acceptam refero, vt qui primus natales ſignarit, & monuerit.

De CISTI LEDI *differentiis, Aduerſ. pag. 418.*

DIOSC. *Foliorum vis aſtringens, ac eoſdem quos Ciſtus, effectus præbens.*

De Ciſti Ledi differentiis, quæ nō minus quoque variæ ſunt, Cluſij noſtri hiſtoria oblectamur, eiuſque iudicium & deſcriptionem, (non poſſunt enim exactiùs deſcribi) ſequemur. Illi igitur gratias nobiſcum agant herbarum ſtudioſi.

LADANVM

CISTVS LEDON *Primus*.



CLVS. Primus fruticat ad hominis altitudinem, quam etiam interdum ſuperat, ramis frequentibus, lignoſis, duris, nigris: folia, vti rami, ex aduerſo ſita, oblonga, tranſuerſum digitum quandoque lata, nonnunquam etiam latiora, supernè nigra, infernè candicantia, quæ cũ tenellis ramulis pingui quodam, odorato, calidoque & tranſparente liquore adeò copioſo aſperſa ſunt, vt procul etiam conſpici poſſit, & octaua miliaris parte odor naribus percipi: flore eſt inter reliqua Ciſti genera & pulcherrimo & ampliſſimo, magnæ Roſæ amplitudine, ſimplici quinque foliorum textura, omnino interdũ candido: ſed cuius maxima ex parte folia ſingula circa vnguem purpurea nigricante macula rhomboide nunc maiore & latiore, nunc minore & anguſtiore inſignita ſunt: floris vmbilicus multus croceis fibris plenus, vti reliquorum Ciſti generum: capitula in longiſ pediculis, foliiſque ſuis denudatis, omnium maxima, rotunda ferè & plana non mucronata, & ſæpe numero decagona, dura, intus flaueſcentia, quibus dehiſcentibus ſemẽ decidit copioſum, ſubrufum, omnium minutiſſimum. Ciſtus Ledon I.

Tota planta exſiccata nonnihil candicat, ſed lentorem & odorem ſuauem retinet ad multos etiam annos.

Creſcit hoc genus multis Hiſpaniæ & Luſitaniæ locis frequentiſſimè, ita vt piſtoribus ad calfaciendas fornaces, & tenuioris fortunæ hominibus ſtruendo igni ſeruiat. Nuſquam tamen magis copioſè, quàm in collibus, eorumq; decliuibus inter Tagum & Anam flumina, & toto ferè monte Sierra morena nuncupato, vt mihi aliquando contigerit ad viginti ferè miliaria per huiuſmodi frutices iter facere. *

2. Superata Calpe, littore marino, quà Malacam iter eſt, latiore naſcitur folio, quaſi ad Lauri anguſtifoliæ formam & amplitudinem accedente; non minus tamen pingui lentoque illo humore abundat, quàm id quod anguſtiore eſt folio.

Hiſpani vtrumque *xara*, Luſitani prius *eſtepa* appellant.

1 Alterum genus, vbi ſpontè naſcitur, non tam altè fruticat, ſed bicubitalibus duntaxat aſſurgit ſtolonibus, ramoſis; fragilibus ramis: folijs omnium inter Ciſti genera, quæ obſeruaui, maximis, virentibus supernè, nonnihil candicantibus infernè, Hederæ foliorum formam interdum, & Populi nigræ plerunque æmulantibus, ſatis carnoſis & rudibus, hyeme nonnihil rubentibus, guſtu ſubacido & adſtringente: flos Ciſti feminæ, cùm forma tum magnitudine, candidus: capitula pẽtagona, acuminata, ſemine exili & nigricante referta. Ledon II.

Tenellæ plantæ neque pingues, neque odoratæ ſunt, ſed annotinæ duntaxat, & vetuſtiores, autumno præſertim, quo tempore omnes Ciſti qui pingues ſunt, abundantiore ſucco, craſſiore ſaltem & magis tenaci prægnantes eſſe videntur.

2 Huius generis alia ſpecies inuenitur, per omnia ferè ſimilis, ſed humilior, neque cubitũ excedens; cuius folia etiam minora ſunt: alioqui neque facie, neque flore, neq; ſemine, neque ſapore diſſimilis.

Vtrunque naſcitur in Mariano monte ( vulgo Sierra morena ) qui ſuperandus eſt iis qui Vlyſſippone Hiſpalim faciunt iter. Inuenitur etiam collibus quibuſdam Granatæ vicinis.

Primam ſpeciem incolæ *xara-xarguna*, & *xaron* vocant: Granatenſes *xara-eſtepa*, eodem quo Caſtellani nomine Ciſtum feminam appellant. Altera ſpecies incolis *xaguarça* dicitur.

Ledon III. Tertium in Hiſpaniis vidiſſe non memini, ſed ſemine ex Italia miſſo Ledi Cyprij nomine, nobis & pleriſque aliis rei herbariæ in Belgio ſtudioſis natum eſt, cubitali, interdum ampliore altitudine, fruticoſum, ramis nigricantibus, foliis carnoſis, nigricantibus præ virore, mediæ inter primi & ſecundi generis folia magnitudinis, breuioribus tamen quàm vtriuſque, & rhomboide quodammodo figura, quæ cum nouellis ramis lento & roſcido humore obſita ſunt, non adeò tamen copioſo & denſo, neque etiam adeò odorato, vt in primo genere: flos albus, ſecundo generi ſimilis. ſemen etiam exile, nigricans in capitulis rotundis.

LEDON III.



CISTVS *Ledon populnea fronde, alterum cultu fortè duntaxat diuerſum.* *



* Generoſo D. Ioanni Boiſotto hoc Ledi genus viret in amœniſſimo & ditiſſimo vireto, odore grato Ledi Gallici, folio latiore quàm ſuperioris. Flos nõ abſimilis, ſed fruticat ad hominis, imo ſæpe ſuperat proceritatem.

LEDON

LEDON IIII.
*Hiſp.* Ardiueja.



LEDON V.



Ledon IIII. Quartum genus multis ramis fruticat, cubito longioribus lentis & flexibilibus, hirſutis, albicantibus: folia reliquis Ledi generibus molliora, ad Ciſti feminæ folia accedentia, verùm anguſtiora, hirſuta, nigriora, & pinguedine lenta cõſperſa non modò verno tempore, ſed etiam per totam æſtatem: flos candidus eſt, Ciſti feminæ flore non minor, nec abſimilis: capitula exigua membraneis quibuſdam & laxis inuolucris tecta, ſemen continent omnium maximum, nigrum.

Nuſquam hoc genus quàm in Caſtella veteri obſeruaui, vicinis pago S. Martini del Caſtañal locis, vbi ab incolis *ardiueja* nuncupatur, adeò frequens, vt vulgare ſit iſtic prouerbium,

*Qui en al monte va, y mas no puede,*
*Alomenas ardiueja coge.* hoc eſt, Quicunq; montẽ accedit, potius quàm inanis redeat, Ardiueja colligat.

Apud nos ſatum feliciter prouenit.

Ledon V. Quintum eodem quo proximè deſcriptum aſſurgit modo, verùm ramis duris, lignoſis, nigricantibus: foliis longis oleæ, anguſtioribus, nigricantibus, pinguibus, & cum nouellis ramulis lento humore conſperſis: flos albus omnium ferè minimus: capitula oblongiuſcula, anguloſa, in quibus ſemen ex ruffo nigricans, exiguum.

Ad huius radices genus illud Limodori ſiue Orobanches quod Hypociſtida appellãt, inueni multis veluti ſquammis, vt alia, compactum, colore palleſcente, lineis tamen quibuſdam purpuraſcentibus, & nonnihil vireſcentibus diſtincto, cytinos ſuos, vt quæ ſub aliis Ciſti generibus naſcitur, ſumma ſui parte proferens, ſuccoque lento & glutinoſo tota prægnans. Hypociſtis vatis.

Nihil iſto Ledi genere vulgatius toto regno Valentino, & Gallia Narbonenſi, vbi aliud Ledum non obſeruaui, ſed in pleriſque aliis Hiſpaniæ & Luſitaniæ locis etiam inuenitur.

Ledon VI. Sextum ferè ſimile eſt quinto, breuius paulò, minoribus anguſtioribusq; folijs, lento etiam humore aſperſis, quemadmodum illius folia: flos maior, quinq; folijs conſtans, candidus, ſemen etiam ſimile.

Ledon VII. Septimum cubitale eſt, multis & frequentibus ramis fruticans, colore cinereo, & frequentiſſimis folijs eos ſepientibus Roriſmarini coronariæ, ſed omnino caneſcentibus, & hiſpidis: non tamen minus pinguibus & glutinoſis cum ſuis tenellis ramulis, quàm quintum genus: flos ſummis ramis copioſus, candidus, ſuperiori ſimilis, ſemen etiam non diſſimile.

LEDON VII.



LEDON VIII.



Valentino regno hæc duo poſtrema mihi solùm obſeruata ſunt circa Xatiua, & ab incolis *xaguarço* dicuntur.

Ledon VIII. Octauum eadem qua ſuperius magnitudine creſcit, ramis tamen magis expanſis, & folijs tenuioribus, ſupina parte ex atro virentibus, inferna verò candicantibus, Roriſmarini coronariæ ferè æmulis, ſed guſtu adſtringentibus, tametſi lento quodam humore & pingui ſint cum tenellis ramis obſita: flores numeroſi ſecundum ramorum longitudinem, quinque folijs conſtantes, exigui, lutei: ſemen in exiguis capitellis ex cinereo nigricans.

Inuenitur hoc frequens incultis illis locis citra Tagum, ſupra Vlyſſipponem, cum Ciſto folijs Halimi, & nonnullis Bæticę locis, vbi ab incolis *Romero*, hoc eſt Roſmarinus appellatur.

Ledon IX. Nonum minus eſt ſuperiore, folia paulò maiora, neque ſubtus incana, vti in Octauo, rariora item & magis glutinoſa: ramuli quibus flos inhæſit, tenues & exſucci planéque retorridi, in quibus capitula aliquot inania deprehendi, & omnino hiantia iam excuſſo ſemine.

LEDON

LEDON IX.



LEDON X.



Ledon x. Decimum pedali dūtaxat eſt altitudine, ramulis exilibus, lignoſis, & ſatis fragilibus, nigricantibus, pinguibus, & lentore quodam madentibus; folia longè minora quàm in Nono, non multum à Thymi folijs diſſidentia: flores, vt neque in alio, non obſeruaui, ſed in oblongis ramulis quaſi vmbellatim prodeuntia capitula, exigua, & ſuperiore parte aperta, iam inania & cum ſuis ramulis arida.

Naſcuntur verò hæc duo poſtrema in extrema Bæticæ parte qua Caſtellam ſpectat, ab incolis *xaguarço* nūcupata; tametſi poſterius nonnulli etiam *turmeruela*, quòd ſub ea fortè tubera (quæ Hiſpanis *turmas* appellantur) naſcantur; vel potius, vt exiſtimo, Hypociſtis quæ illis tuberis fortaſſe loco obſeruata eſt.

Non minus perpetuo ſunt folio iſta Ciſti genera, quàm mas & femina.

Porrò λῆδον Græcis hic frutex dicitur, Latinis Ledon, Plinio etiam Lada.

Pingue verò illud quod ex eo colligitur λάδανον, Latinis etiam Ladanum, officinis Laudanum.

Eius colligendi rationem Dioſcorides & Plinius deſcripſere. Quam verò inter recentiores Bellonius libro 1. obſeru. cap. 7. in Creta obſeruaſſe ait, adſcribere hîc libet, cùm ab alio nemine ſit adhuc prodita.

Græci colligendo Ladano inſtrumentum peculiare parant, vernaculo ſermone Ergaſtiri dictum. Eſt verò id inſtrumentum raſtro ſine dentibus ſimile; huic affixæ ſunt aliquot ligulæ ex corio rudi neque denſato aut præparato confectæ. Eas leniter adfricant fruticibus ladaniferis, vt illis adhæreat liquidus ille humor circa folia & ramulos concretus, qui deinde à ligulis per ſummos Caniculæ ardores cultris eſt abradendus. Itaque Ladanum colligendi ſummus, imò intolerabilis eſt labor, cùm neceſſe ſit totos dies ſummo Caniculæ æſtu in montibus hærere: neque verò facilè quiſquam alius ad id colligendum operam ſumit, præter Calohieros. hoc eſt monachos Græcos. Nuſquam verò maiore copia tota inſula cogitur, quàm ad radices montis Idæ, pago Cigualignus nuncupato, & apud Milopotamon. Hæc Bellonius. Ladani colligendi ratio.

## LADANVM.

DIOSC. *Natura ei ſpiſſandi, calfaciendi, molliendi: ora venarum patefacit; capillum fluentem continet, addito vino, myrrha, & myrteo oleo: cicatricibus decorem reddit, cum vino illitum: medetur aurium doloribus, cum hydromelite, aut roſaceo infuſum: ſuffitu ſecundas eijcit. Peſſo immiſſum vuluæ duritiem ſanat. In medicamenta, quæ auriũ dolorem, tuſſimq; ſiniunt & malagmata vtiliter inſeritur. Aluum ſiſtit cum vino vetere potum, & vrinam ciet.*

Ciſtus aut Ladanum.

Gal. In calidis regionibus hic Ciſtus proueniens, tametſi haud alius ſit genere quàm qui apud nos naſcitur: eximium tamen à regione ac peculiarem digerentemque caliditatem nactus eſt: atq; vtroque à noſtrate differt, tum quia frigiditatem depoſuit, tum quia calorem aſſumpſit. Itaq; cætera quidem huius Ciſti illis quæ in noſtrate viſuntur, ſimilia ſunt.

Verum Ladanum quod vocant, ex eo prouenit medicamentum primo exceſſu iam quodammodo completè calidum, vt videlicet & ſecundum attingat, habens etiam adſtrictionis paululum. Ad hæc ſubſtantia tenui, ac proinde emolliens, ſiue malacticum moderatè paritérque digerens, ac videlicet etiam concoquens. Itaque mirandum non eſt ſi peculiariter ad vteri vitia conueniat, quãdoquidem ad dicta paulum quiddam adſtrictionis obtinet. Quocirca defluentes capillos retinet. Nam quicquid ad radices eorum praui humoris ſederit, id omne abſumit: tum meatus quibus infixi ſunt contrahit. Cæterùm alopecias & ophthalmias ſiue lippitudines ſanare non poteſt, vt pote magis decuſſorias vires quàm quæ Ladano inſunt, poſcentes: quippe proueniunt iſti ex prauis ſuccis lentis craſſiſque, quos ſecantia ac digerentia medicamenta potiſſimum euocant atque euacuãt. Cæterùm tenuium partium ſint facultatis oportet; non tamen vſque adeò tenuium partiũ & deſiccatoriæ, vt nimio plus deſiccent, vnaque cum collectis inibi ſuccis præter naturam, naturalem quoque humiditatem incrementa pilis ſuppeditantem, abſumant. Nam ſic non tantùm alopecia liberabunt, ſed & caluitiem afferent.

LEDVM *folijs Roſmarini alterum. Roſmarinum Bohemicum Matth.*



Eſt & aliud nec minus venuſtum aut rarius Ledi genus, fruticoſis, numeroſis ſeſquipedalibus ramulis, ſummo ferrugineo tomento obductis. Folia Roſmarino coronario anguſtiora, medio intercurſante neruo auerſæ parti, & qua ſurculis inhærent rubiginoſis, Rubię radicis colore, odore ſuaui, pertinaci, iucundo Abrotani maris: guſtu aromatico mali citrei, ſubaſtringente. Medijs & ſummis virgultis floſculi luteoli in alabaſtriculis Ciſti Ledi, longioribus, Hyperico minoribus. Radix & ortus Eleagni Cordi ſiue Gagel Germanorũ: ad tineas & blattas Bohemis vſu receptus, vbi copioſè fruticat, Matthiolo teſte.

*Arbor Ciſti folio.*
*Aduerſ. 452.*





Myrtus laurea maxima.

*Exotica,* Myrtus *Plin. pluribus foliorum verſibus.*





Myrti maioris quinta ſpecies.

Myrtus

MYRTI *varietates.* *Aduerſ. 419.*

In Belgicis amicorum hortis D. Ioannis de Brancion, D. Philippi Deurnagle, D. Ioannis Boiſot & Georgij Ryenſis beneuolentia Myrti differentias decem legimus: quarum ſex ſunt Myrti maioris.

MYRTI *maioris varietates ſex.*

1 Omnium maxima Laurea dicta à folio laurino. Lauro Tyno ſiue regię ſimili, ſed minori, & magis acuto, atrouirẽte, nigraq; bacca. alitur in cultiſſimo ſtirpiumque rariorum ditiſſimo paradiſo D. Philippi Deurnagle Domini de Vroylandt.

2 Secunda folia habet paulo minora, ſupernè item mucronata & in acutum faſtigiata.

3 Tertia folio eſt oblongo, ſupernè latiuſculo, cum ſuperiore ferè pari, bacca alba.

4 Exotica Myrtus Plin. pluribus foliorũ verſibus, ſiue Myrtus Mauritanica amatoria Veneriq; ſacra, Atayhan Moriſco maior Hiſpanicè vocata, folijs nõ diſparibus, ſed canulatis & cõfertim incũdiſſimo ſpectaculo ſtipatis.

5 Vulgaris folia promit paulo minora in anguſtum deſinentia.

6 Inter maiores minima eſt folio oleæ ſyl. ſiue oleaſtri.

Duas inſuper Myrti latifoliæ differentias ex Cluſio ſubdidimus.

MYRTVS *Bætica prima Cluſij.*

Myrtus Bætica latifolia ſiue Laurea Cluſij, folijs Arbuto ferè paribus, duplici vtrinque ordine ſitis, dilutè virentibus, ramis craſſioribus, texendis ſepibus vtilis & tonderi ſolita, eoque rarius florens.

MYRTVS *Bætica latifolia domeſtica, ſiue Laurea ſecunda Cluſij. Item Hiſp.* Arayhan moriſco.



MYRTVS *minor vulgaris. Gall.* Myrte petit. *Ital.* Myrto Mortella. *Angl.* Myrtetre.



MYRTVS *Bætica ſecunda Cluſij.*

Cum ſuperiore eadem fere eſt, folijs tamen minoribus & denſioribus.

MYRTI

*Myrti minoris differentia quatuor.*

7 Inter minores, maior; folio eſt anguſto Phillyreę tenuifoliæ breuiore.

8 Minor vulgata breuioribus & nigrioribus folijs ſtipata.

9 Minima, foliolis anguſtis Thymi Cretenſis longioribus.

10 Pluribus foliorum verſibus Myrtus Mauritanicus alter. Hiſp. Arayhan moriſco minor, folijs item canularis, confertis & denſiſſimè ſtriatis, vulgatæ Myrto ferè paribus.

DIOSC. *Myrtus ſatiua nigra vtilior eſt medicinæ quàm candida, & in hoc genere multò magis montana: ſemen tamen imbecillius parit. Vis & myrti & ſeminis aſtringit. Semen viride aut aridum in cibo datur ſanguinem excreantibus, & veſicæ eroſionibus. Succus virentibus baccis expreſſus eoſdem effectus exhibet, ſtomacho vtilis, vrinam cit: prodeſt contra phalangij morſum, [?] ſcorpionis ictus in mero: ſeminis decoctum capillum tingit, ius decocti in vino vlcera in extremis mẽbris nata ſanat. Oculorũ inflammationes illitũ cum polline polentæ lenit: contra ægilopas illinitur: crapulam arcet præſumptum vinum, quod ferueſacto aliquantum eius ſemine exprimatur: aliâs enim acorem contraheret. Præſtat idem ſeminis effectus: vtile procidentia vuluarum in deſeſſionibus, ſedis vitijs, & fœminis fluxione vuluæ laborantibus. Purgat furfures, vlcera capitis manantia atque eruptiones papularum: fluentes capillos continet. Additur quoque in medicamenta, quas lipras vocant, vti oleum quod ex folijs eius factum eſt. Decoctum foliorum ad deſeſſiones balnearum conuenit, & contra luxatos artus, & male ſolideſcentes: eo fracta ferruminationi repugnantia vtiliſſimè fouentur: vitiliginem emendat, purulentis auribus infunditur, & capillos denigrat, ſuccus eorum eadem efficit. Trita folia & ex aqua illita, humidis vlceribus & partibus omnibus fluxione laborantibus, cœliaciſℊ proſunt: & admiſto omphacino oleo, aut exiguo roſaceo cum vino ad vlcera ſerpentia, ignem ſacrum, teſtium inflammationes, epinyctidas, & condylomata. Arentium foliorum farina vtiliter inſpargitur paronychijs, pterygijs, & contra alarum feminumℊ perfuſiones: cardiacorum ſudores cohibet. folia cruda, ſeu cremata cum cerato, ambuſtis, paronychijs, pterygijſℊ medentur. Exprimitur folijs ſuccus, adfuſo vetere vino, aut aqua cæleſti, cuius recentis vſus eſt: nam exiccatus planè cariem ſentit, & vires amittit. Myrtidanum dicitur adnatum inæquabile, verrucoſum, intumeſcenſℊ & concolor: quod proinde quaſi manus, myrti caudicem amplectitur. Magis quàm Myrtus * adſtringit. Tuſum addito auſtero vino reponitur, coactumℊ in paſtillos ſiccatur in vmbra: multò efficatius eſt folio & ſemine, cerato, peſſis, inſeſſionibus cataplaſmatis admiſtum, vbi adſtringendum aliquid eſt.*

* Gal. quanto dictis ſiccius eſt, tantò & deſiccat & adſtringit vehementius.

Gal. Myrtus ex contrarijs ſubſtantijs conſtat, vincit tamen in ea frigidum terreum. Habet verò etiam tenue quiddam calidum. Itaque valenter deſiccat. Porrò tum folia, tum germina, tum fructus, tum ſuccus, non parum inter ſe adſtrictione diſſident. Plura Gal. eadem quæ Dioſc.

πύξις Bvxvs. *Germ.* Burbaum. *Gall.* Buys.
*Angl.* Burs. *Belg.* Palmeboom.
*Ital.* Boſſo. *Aduerſ.* 419.



Virgulta, lignum & folia decocta Guayaci modo ſudores eliciunt. famulam pauperculam Anglam à lue venerea vindicatam huius decocto memini. Ditioribus propter ingratum & tetrum odorem reijcitur. ad capillos luteo colore inficiendos incoquitur lixiuio.

Lycivm. *Aduerſ.* 419.

Diosc. *Lycium adſtringit. caliginem oculorum diſcutit, genarum ſcabiem, pruritus, veteresque fluxiones ſanat; facit ad purulentas aureis, exulceratas gingiuas, tonſillas, labiorum fiſſuras, ſedis rimas, atritusq; illitum: cœliacis dyſentericis potum inditumq; conuenit. Datur ſanguinem excreantibus & tuſsi, ex aqua. Contra rabioſi canis morſus in catapotio deuoratur, aut in aqua bibitur. Flauos facit pilos. Reduuijs, vlceribus quæ ſerpunt aut putrent medetur. fœminarum profluuia appoſitum ſiſtit. Rabioſorum ictibus ex melle potum, aut vice catapotij deuoratum, auxiliatur.*

Gal. ſubdititad paronychias vtuntur. Eſt autẽ facultatis exiccatoriæ, compoſitum ex diuerſi generis ſubſtantijs, quas ἀνομοιομερεῖς Græci vocant, altera quidem tenuium partium digerente, atque calida, altera terreſtri & frigida, ex qua adſtrictionem obtinet. Porro hæc qualitas puſilla medicamento ineſt; digerit verò & deſiccat, non parum, nempe in ſecundo ordine. In calore aũt medijs & ſymmetris proximum eſt. proinde ad varia hoc vtuntur medicamine, vt abſtergente quidem, (ad putredines & cacoëthe vlcera) vt contrahente verò, cœliacis, dyſentericis ac mulierũ profluuio adhibent.

LYCIVM *Hiſpanicum.*

Spinæ Burgundiacæ aut Phillyreæ anguſtifoliæ non ita abſimilem perelegantem fruticellum, folijs tamen multò anguſtioribus & ramulis exilioribus ſtudioſe alunt in Belgio D. Ioannes Brancionus, D. Dilphius, & Georgius Ryenſis. Extrema infeſta ſpiculis virgulta; folia Thymelææ Monſpelliacæ, exiliora, atrouirentia, guſtanti aſtringentia. Apud Belgas nullum fructum edit.

RHAMNVS *primæ ſpeciei tertius, & fortè Rhamnus niger Theoph. apud Cluſium. Hiſp.* Spino negro.



Hunc fruticem folijs viridibus, adſtringentibus, perpetuò virentibus, Rhabarbari ſaporem referẽtibus, pluribus & confertis herbaceis iuxta folia floſculis; fructu nigro pruno ſylueſtri ſimili, rotundo & acerbo; non diuerſum opinor à Lycio Hiſpanico Belgij nuper inquilino facto.

MALVM *punicum. Aduerſ. 319.*

DIOSC. *Malum punicum omne boni ſucci eſt, ſtomacho vtile, perexiguum ſufficiens alimentum. Dulcia ſtomacho vtiliora habentur: ſed aliquantulum in eo calorem gignunt. inflationes pariunt. vnde in febri abdicantur. Acida adſtringunt. æſtuanti ſtomacho auxiliantur, & multo magis contrahunt. ac vrinam cient. ora gingiuáſque lædunt. Vinoſa verò mediam ſortiuntur naturam. Nuclei acinorum acidi punici in ſole ſiccati, & obſonijs inſparſi, concoctiſue, fluentem aluum ſtomachumq́; ſiſtunt. cœleſti aqua madeſcunt, bibunturq́; commodè ſanguinem excreantibus. ad deſeſſus dyſentericorum, fœminarumq; fluxione vulua laborantium vtiles ſunt. expreſſus nucleorum ſuccus coquitur cum melle, ad oris, virilitatis, & ſedis vlcera, nomas, redauias, & ea quæ in corpore extuberant, aurium dolores, & narium vitia; præſertim acidorum.*

*Huius flores cytini vocantur. qui adſtringunt, ſiccant, cohibent. ſanguinolenta glutinant. quas punicum [illegible] præſtant vtilitates. humida gingiuarum vitia mobiléſque dentes decocto colluuntur. herniam prolapſu inteſtini erumpentem cataplaſmate repellunt. Memoriæ tradunt, qui tres quam minimos cytinos deuorauerit, nullã eo anno lippitudinem paſſurum. eliquatur hypociſtidis exemplo.* Cytini.

*Malicorium, aſperum eſt mali punici putamen, quod aliqui ſidion appellant. id ſpiſſandi vim habet. &, quos cytini, præbet vſus. decoctum radicis potu latas ventris tineas pellit, & eaſdem enecat.* Malicorium.

*Balauſtium ſylueſtris punici flos eſt, cytino ſimilis. Cuius complura genera reperiuntur, candidum, ſuluum, colore roſaceo. ſuccus ex eo exprimitur, hypociſtidis modo, cui adſtrictoria vis ineſt, eadem faciens quæ hypociſtidis & cytinus.* B. [illegible]

Malum punicum.



Malvm pvnicvm. *Aduerſ.* 419.
*Angl.* Pomgranettre. *Hiſp.* Granada.

Ligvstrvm, *Belg.* Keelcruyt, mondtshoutdt, & Keynwilligen, *Germ.* Beinholtzlin & Mundtholtz. *Angl.* Pryuet. *Gall.* Troeſne. *Gallobelgis* Pucelage d'homme. *Hiſp.* Alſena & Hallena, *Ital.* Conaſtrello Oliuella, Guiſtrico Cambroſſene. *Aduerſ.* 420.



Diosc. *Folia adſtrictoriam vim habent; quare cōmanducata vlceribus oris medentur. Illita feruidis inflammationibus, carbunculisq; proſunt. Decocto eorumdem igni ambuſta fouentur. Capillum ruffant trita folia, quæ in radicula ſucco imbuerint. Flos ex aceto fronti illitus capitis dolorem ſedat. Cyprinum oleum quod ex eo fit odoratum, excalfacit, emollitq; neruos: ſi quæ feruenti natura prædita ſint, aſſumat.*

Phillyrea Narbonenſis florida.



Phillyrea *Narbonenſis florida. Aduerſ.* 420.
Diosc. *Folia aſtringunt, ad eadem vtilia ad quæ oleaſter, cum adſtrictione eſt opus. Maximè ad oris vlcera, commanducata, aut ſi decocto colluantur. Pota vrinam ac menſes ciet.*

*Varietates.* Belgicis hortis Hiſpano ſeminio anguſtioribus folijs gemina Phillyrea viſitur.

Item latifoliam cultiorem, & tenuifoliam munere Georgij Rye pleriqne habent in viretis Belgicis.

PHI-

PHILLYREAE *anguſtifoliæ flores. Aduerſ. 420.*



MACALEB *Geſneri & Matth. Aduerſ. 421.*



MACALEB *Geſneri & Matth.*

Quale Matthiolus depingit Macaleb Mutonus alit dono Petri Quthi pharmacopœi Lutetiani peritiſſimi, hyeme decidua populnea fronde: fructum nondum edidit.

FAGARA *Auicennæ.*



Alterius Macalebi meminit Cluſius qui Fagaras Auicennæ ſtatuit his verbis.

CLVS. Fagara fructus eſt Ciceris arietini magnitudine, cortice tenui conſtans ex cinereo, nigricante, cui ſubeſt tenue putamen nucleum continens ſatis ſolidum, & tenui nigraq; membrana obductum. Integer fructus cum magnitudine tum forma, & colore adeò ſimilis eſt eiquẽ noſtræ officinę Cuculũ Indũ, Itali Coccole di leuãte appellãt, vt primo aſpectu fallere, & pro eo ſumi poſſit.

MEMINIT huius Auicenna cap. 266. in hunc modum. Fagara quid eſt? Granum ſimile Ciceri habens granum Mahaleb, & in cõcauitate eius eſt granum nigrum ſicut Scehedenegi, & aſportatur de Sofale. Collocat verò eam in tertio calefacientium & ſiccantium ordine, atque ſtomachi & hepatis frigiditati vtilem eſſe, concoctionemq; iuuare, & aluum conſtringere ſcribit.

BOVRGESPINE Monſpel. Aduerſ. 421. Alaternus Plin. Cluſio & Anguil. Spina Ceruina quorundam. Luſit. Caſca.

Secunda ALATERNVS humilior lato folio Cluſij.

OLEA. Aduerſ. 422. Syluestris & ſatiua. Angl. Oliue tre. Ital. Oliua. Belg. Oliueboom. Germ. Oelbaum & Oliuebaum. Hiſp. Azeytuna & Oliuo.





*Varietas.* Latioribus folijs, rotundioribus & minore frutice, variat.

OLEA.

DIOSC. *Oleæ folia adſtringunt. Trita autem & impoſita, ignem ſacrum, vlcera quæ ſerpunt, epinyctidas, carbunculos, redunias nomasq́ cohibent: cruſtas emarginant cum melle illita: quinetiam ſordida vlcera repurgant. Inflammationes panosq́, cum melle impoſita diſcutiunt. cutem à capite vulſam conglutinant. oris vlceribus, & priuatim infantium, commanducata medentur. Succus & decoctum, eoſdem habent effectus. ſanguinis eruptiones, ac muliebre profluuium, admotus ſuccus inhibet. vuæ oculorum, puſtulisq́ prodeſt. vlcera & veteres defluxiones ſiſtit. quapropter in collyria additur. ad genarum eroſiones perquam vtilis. Exprimitur ſuccus tuſis folijs, affuſo vino aut aqua, ſiccatúſque ſole in paſtillos digeritur. ſed longè validior ad recondendum ſuccus habetur, qui cum vino quàm cum aqua expreſſus eſt. auribus ſubuenit, ſiue vlcerentur, ſiue pus effluat. Folia conuenienter cœliacis cum farina hordeacea illinuntur. vruntur cum floribus folia, vt ſpodij vicem cinis præſtet, in cruda olla, oblito ore luto, vſque dum figlinum percoquatur. reſtinctáq́ vino & rurſus ſubacta, eodem modo vruntur. poſtremo ceruſæ modo elota coguntur in paſtillos. Huiuſcemodi cinerem in medicamentis oculorum conſtat ſpodio non cedere. ſed eiſdem viribus præditum eſſe putandum eſt. Foliorum ſatiuæ oleæ eadem vis intelligitur, ſed aliquanto inferior. vnde ocularium medicamentis ob ſuam mitiorem vim conuenientior eſt. Sudor ligno virenti accenſo manans, illitu ſanat lichenas, furfures, & ſcabiem. Oleaginum ſemen illitum medetur furfuribus, & vlceribus quæ depaſcũt vorantq́. quod autem intra nucleum eſt, ex adipe & farina ſcabros vngues excutit. Colymbades tritæ & ambuſtis illitæ puſtulas gigni prohibent. ſordida vlcera purgant. muria ſuccus collutus gingiuas contrahit: & motus dentiũ firmat. Oliua flaua & recens ſtomacho vtilior eſt: ventri diſficilis*

ſtilis. nigra autem & matura, corruptioni opportuna eſt. ſtomacho aduerſatur. oculis non conuenit. capitis dolorem mouet. areſacta illitu depaſcentia vlcera ſiſtit. & carbunculos emarginat. Oleum ſylueſtris oliuæ gingiuis putri vligine laborantibus colluitur. dentium mobilitates ſtabilit. calfacti fotus, gingiuis fluxione laborantibus vtilis eſt. lanam enim ſpecillo circumligatam oleo madefacere oportet, & gingiuis admouere, donec alba ſpectentur.

Lachryma æthiopicæ oleæ Dioſcor.

Lachryma quam æthiopica olea ſtillat, ſcammoniæ ſimilis eſt, fulua, ſtillis exilibus conſtans, mordax. quæ autem ammoniaci, aut gummi ſimilitudinem refert, colore nigricans, nec guſtu mordens, ſuperuacua eſt. Noſtrates oleæ, oleaſtriq́; ſimilem lachrymam ſudant, quæ commodè ad oculorum hebetudines illinitur. cicatrices albugineſq́; illitu emendat. vrinam & menſes ciet. cauis dentium impreſſa, ad dolores efficax eſt. inter venena ſcribitur. partus pellit. lepras & impetigines ſanat. Appellatur autem æthiopica & agreſtis olea.

Amurca Dioſcor.

Amurca expreſſæ oliuæ recrementum eſt. decocta in cupreo vaſe ad craßitudinem mellis adſtringit, cæteros præbens lycij effectus. inſuper dentium dolori & vulneribus, cum aceto, vino aut mulſo commodè illinitur. additur in medicamenta ocularia, & meatus inductu ſuo obſtruentia. vetuſtate meliorem fieri conſtat. vtiliter infunditur ſedis, genitalium, ac vuluæ exulcerationi. ſi verò cum omphacino recoquatur ad mellis craßitudinem, carioſos dentes extrahit. iumentorum ſcabiem cum decocto lupini & chamæleonte illitu ſanat. cruda & recenti amurca podagras articulariosq́; dolores foueri vtilißimum. peruncta in villoſa pelle, & hydropicis impoſita, tumoris molem reprimit.

OLEA ſyl. Septentrionalium. Eleagnos Matth. Siziphæ Cappadociæ Bellonij. Siziphæ candida Cluſij. Eleagnos Theoph. folio Viticis. Ital. Zeingole.



SALIX Dioſc. Hiſp. Salce & ſalguero. Gall. Saulx. Ital. Salice & ſalcio. Belg. Wilghebom. Germ. Weydenbaum. Aduerſ. 422.



SALIX.

OLEA *Syl. Septentrionalium.*

Lutetiæ, Londini, Antuerpiæ & alibi in Belgio paſſim hortenſis eſt, ſaligneo candido folio, aſpectu iucundo, floribus albis muſcoſis in nitidis argenteis alabaſtriculis, ſuaue ſpirantibus, ſecundum foliorum exortus prodeuntibus: fructus & nuclei oliuis aut Aſaræ Daracchi ſimiles, qui non apud nos matureſcunt. regno Granatenſi ſponte oritur.

SALIX.

DIOSC. *Semen, folia, cortex & ſuccus ſpiſſandi vim habent. Trita folia cum exiguo pipere & vino pota, iliofis ſubueniunt: ſumpta per ſe & cum aqua præſtant mulieribus ne concipiant. Salignum ſemen in potu ſanguinem expuentibus prodeſt: cortex eoſdem præbet effectus. Corticis cinis admiſto aceto maceratus, illitu clauos & callos tollit. Ex folijs & cortice ſuccus cum roſaceo in calyce punici calfactus, aurium doloribus auxiliatur. Decoctio eorum podagras foueri vtiliſſimum: furfures purgat in corpore. Excipitur ſuccus qui manat ex ea cum floret, exciſo cortice. in plaga enim concretus humor inuenitur, qui ad purganda, quæ obſtant oculis, ſuam vim præbet.*

SALIX *humilis repens anguſtifolia.*



PERSICA *Malus, Gall.* Peſche & Peſchier. *Ital.* Perſiche. *Germ.* Pferſich. *Hiſp.* Pexegos.



Ericetis Antuerpiani agri palmaribus & ſeſquipalmaribus caulicúlis repit: folio rhamni primi & floribus muſcoſis Salicis, guſtanti amara.

ONAGRA *Dioſc. Aduerſ. 423.*
*Salicaria Germanica.*

## Perſica *Malus.*

DIOSC. *Perſica poma matura tum ſtomacho, quàm ventri vtilia ſunt. Acerba aluum cohibent, ſed ſicca vehementius, decoctum è ſiccis alui, ſtomachiq; fluxiones ſiſtit.*

Gal. folia trita & ſuper vmbilicum impoſita* lumbricos necant: alioqui ſanè diſcutiens medicamentum eſt. Pomorum verò eius ſuccus & veluti caro facilè corrumpitur, omninoque noxam infert; quapropter haud poſt alios cibos vltimoque ſicut nonnulli ſolent, illa offerri oportet: nam in ſummo natantia corrumpuntur. Huius verò quod omnibus commune eſt meminiſſe oportet. Quæcunq; vitioſi ſucci, quæ humida & lubrica ſunt, facileque deſcendunt, ſuccedantúe, præ alijs comedenda eſſe: ſic enim & ipſa celeriter ſubeunt, & alijs præeunt, ac quaſi iter muniunt. Poſtremo autem ſumpta, vnà ſecum alia quoque in corruptionem trahunt.

* *Plin. Valer. ſubdit*, eadem ſicca & in puluerẽ tuſa, recentes plagas cruentorum vulnerum claudunt.

*Idem*: Nucleus capitis dolori cum oleo & aceto tritus, illinitur. Gummi gutta, quam Perſici truncus illacrymat, fluenti aluo medetur. Eadem mixta cum vino, etiam in veſica lapillos frangit. Trita ex aceto impetigines reprimit. Decocta cum croco tumores faucium mitigat. Aſperam arteriæ canalem leuiorem facit. Excreantibus ſanguinem miro modo ſubuenit. Thoracis obſtructos ſinus reſerat, & vitia pulmonis expurgat.

Syrupus è floribus eadem poteſt quæ & Roſatus.

## Amygdala. *Angl.* Almond tree. *Hiſp.* Almendras. *Ital.* Mandole. *Aduerſ.* 423.



DIOSC. *Amygdala amara radicum tritarum decoctum, vitia cutis in facie corrigit. illitæ nuces idem munus præſtant. menſes admotæ cient. capitis dolori auxiliantur, illita fronti aut temporibus cum aceto vel roſaceo. epinyctidas ſanant ex vino. item putreſcentia vlcera, & quæ ſerpunt. & morſus canum cum melle. earum autem eſu dolores finiuntur. aluum emolliunt. ſomnum faciunt. vrinam cient. contra ſanguinis reiectiones cum amylo aſſumuntur. renum vitijs, & pulmonum inflammationibus ex aqua in potu aut eclegmate cum reſina terebinthina dantur. calculoſis difficiliq; vrina in paſſo auxiliantur. & illinctu cum melle & lacte, hepaticis, tuſſi, & inflationibus coli, nucis auellanæ magnitudine. quinis ſeptenisúe præſumptis ebrietatem non ſentiunt potores. vulpes ſi cum quadam eſca eas vorauerint, emoriuntur. Gummi eius calfacit & adſtringit. reijcientibus ſanguinem, potum auxilio eſt. impetigines quæ ſummum corpus occuparunt, illitum cum aceto tollit. tuſſi vetuſtæ cum diluto vino potum medetur. calculoſis cum paſſo bibere prodeſt. E nucibus gracis, dulces cibo idoneæ: ſed multo minus valent in remedijs quàm amaræ. atque eæ extenuant. vrinam cient. recentium eſu cum ſuo putamine, humida ſtomachi vitia emendantur.*

CC Gal.

Gal. Quæ quidem palam amara ſunt, omnino extenuandi vim poſſident, quod & qualitas ipſa indicat, & experientia comprobat. Ac de amara quidem qualitate in quarto horum Commẽtariorum proditum eſt. Cæterum duo experientiæ exempla proponi ſatis eſt; vnde vim eorum poſſis diſcere. Siquidem ephelin expurgant, & excreationes ex pectore pulmoneque, craſſorũ lentorumque humorum impendio conferunt. Porrò oſtenſa hæc ſunt genere quidem incidentis, ſpecie verò extergentis eſſe facultatis. Quin & quod per accidens facultatem item habeant ab obſtructione liberandi, & ipſum ſupra demonſtratum eſt. Sed & experientia monſtrat. Nam in iecore craſſorum viſcoſorumque humorum in extremis vaſis impactorum obſtructiones abundè expurgant expediuntque. Quin & laterum dolores ab huiuſmodi cauſa natos, & lienis & coli, & renum (ſanant.) Porrò & ipſa arbor ſimilem ſortita vim eſt: nam huius radices coctæ atque illitæ epheleis purgant. Quotquot verò ſunt amygdala dulcia, & ipſa leuiculam amaritudinem poſſidẽt, quæ tamen dulcedine ſuperãte occultatur. Cæterùm id temporis ſpacio clarum fit. Demſtonratum autem retro eſt qualitatem dulcem moderatè eſſe calidam.

NVX MOSCHATA, *ſiue Nux odorata & aromatica.*
*Germ.* Muſcat nueſz. *Belgis* Note muſchaten.
*Gall.* Noix Muſcade & mugnette.
*Hiſp.* Nuez de eſpecie & Nuezes moſcadas.
*Ital.* Noci Moſcade. *Aduerſ. 544.*



Mas oblon-gior.

Vrinas cicnt cerebro, ventriculò, hepati, vtero, cordi, omnibuſq; viſceribus peramica. Carioſas & leues nuces oleaginoſis & grauibus præferebat Rondelletius ad vẽtriculi & cerebri affectus, quæ quia immaturæ, plus adſtrictionis habent qua robur ventriculo conciliatur, & vapidi fumi cerebrum ferientes præpediuntur. Oleaginoſa enim cerebrum vaporibus obruũt. Memini generoſam Anglam grauidam eſu 10. aut 12. nucum myriſticarum ebriam deliraſſe. Oleum preſſu dant neruorum morbis vtiliſſimum.

Mas oblongior guſtu aſtringente, odore ferè nullo. Macis marem obducens colore eſt ſaturiore, guſtu & odore non diuerſis, acerbo, calido; carioſa magis. Dente demorſa ceræ cõcretione, minus oleoſa: ad affectus ventriculi & capitis commodior & aptior.

## ARBVTVS.



DIOSC. *Eſu acerboſus. Stomacho aduerſatur: capitis dolorem mouet.*

LAVRVS. *Angl.* Laurel or bay tree. *Hiſp.* Laurel. *Luſit.* Laureiro. *Ital.* Lauro. *Belg.* Laurus boom. *Gall.* Laurier. *eius bacca Hiſp.* Vayas. *Belg.* Bay & baeckelaer. *Germ.* Lorbeeren. *Aduerſ.* 424.

DIOSC. *Laurus quædam tenui folio conſtat: altera latiore. Vtraq; excalfactoriam naturam habet, & emollientem. Vnde decoctum earum in muliebres inſeſſus additum, vulua & veſica vitijs conuenit. Virentia folia ſenſim ſubſtringunt: illita quoque ac trita veſparum apumq; ictibus opitulantur. eadem cum polenta & pane illita inflammationem omnem mitigant: ſed pota ſtomachum effundunt, & vomitiones mouent. Lauri bacca magis, quàm folia calfaciunt: ergo in eclegmate trita cum melle vel paſſo proſunt tabi, orthopnœæ, & omnibus thoracis rheumatiſmis: contra ſcorpionum ictus ex vino bibuntur. vitiligines emaculant. Succus baccarum vtiliſſimè aurium dolori, & grauitati inſtillatur, cum vino vetere, & roſaceo. In medicamenta autem adijciuntur, quæ neruorum laſſitudines reficiunt, acopa vocant: & ad vnguenta, quæ calfaciunt, & diſcutiunt. Cortex radicis calculos rumpit. partus necat. hepaticis prodeſt, tribus obolis ex vino adorato potus.*

TINVS *Luſitanica Cluſij.*

MEDICA *Malus. Malum Perſicum fortè Theoph. Malum Aſſyriacum Plin. Malum Heſpericum, Citreum & Chryſomela, Athenæi. Ital.* Cedri, & Citroni. *Angl.* Citron tre. *Ger. & Gall.* Citron. *Hiſp.* Cidras. *Belg.* Citroenen. *Aduerſ.* 425.





Tini aliud genus exhibet Cluſius Corni fœminæ proceritate, firmioribus & frequentioribus ramulis, cortice ex rubro vireſcente tectis, circa quos folia ſuperioris anguſtiora & oblongiora aliquantum, & venulis pluribus diſtincta, ſibi inuicem oppoſita vt in priore: flores extremis ramis vmbellatim etiam naſcuntur, colore nonnihil purpuraſcente, neque adeò odorati, vti ſuperioris; fructus etiam minor, plenior, nigrior. Piæ memoriæ D. Brancion huius Tini mecum ſæpe verba fecit, ſed ingenuè fateor mihi incognitum, & minimè animaduerſum.

MEDICA *Malus.*

DIOSC. *Semen in vino potum, venenis reſiſtit: aluum mouet. Oris ſuauitatem commendat, decocto eius colluto, aut ſucco.*

Limo-

LIMONES. *Angl.* Lemontree. *Gal.* Limons.



ARANTIA. *Angl.* Orenge tree. *Gal.* Orenge & Orenger. *Belg.* Arangie appel. *Germ.* Pomerantzen. *Hiſp.* Naranzas.



POMUM Aſſyrium. *Gal.* Poncyres.



## CINNAMOMUM & CASSIA.

*Aduerſ. pag. 545.*

DIOSC. *Cinnamomum omne excalfacit, emollit, & concoquit; vrinam ciet: tam menſes quàm partus potum aut ex myrrha impoſitum pellit. Contra beſtias quæ virus eiaculantur, venenaque, conuenit, caligines pupillis oculorum obuerſantes diſcutit, craſſitiem extenuat: lentigines & vitia cutis in facie ex melle illitum detergit. Contra tuſſes, defluxiones, aquam ſubter cutem fuſam, renum vitia, & vrinæ difficultatem efficax eſt. vnguentis pretioſis inferi ſolet. Et in ſumma magni ad omnia vſus.*

Gal. Cinnamonum ſummè tenuium partium, non ſummè tamen calidum, ſed ex tertio ordine. Nihil autem ſecus deficeret eorum quæ pari ſunt excalfaciendi facultate; propter tenuitatem, ſcilicet eſſentiæ. At Cinnamonis eſt velut imbecillum Cinnamomum.

CASSIA, *Germ.* Kommet Rorelim. *Belg.* Caneel. *Hiſp. & ital.* Canela. *Gall.* Cannelle.

XYLOCASSIA. *Aduerſ.* 426. *an* PSEVDOCINAMOMVM *Dioſcor.*





DIOSC. *Vim obtinet calfaciendi, vrinam ciendi, ſiccandi, & leniter aſtringendi. Conuenit ad medicamenta oculorum, quæ præſtandæ claritatis gratia concinnantur, & ad malagmata. Lentigines tollit cum melle illita. menſes trahit. contra viperarum ictus pota auxiliatur. aduerſus inteſtinas inflammationes omnes, & renum vitia, pota proficit. Fœminis in ſolia deſidentibus, aut ſuffimentis, prodeſt ad dilatationem vuluæ. Ex duplo pondere medicamentis mixta, cinnamomi vicem ſupplet, ſi ipſum deſit. nam eoſdem effectus præbet, ad plurima perquàm vtilis.*

Gal. Caſſia exſiccat & excalfacit, tertio quodammodo ordine; ſed & tenuium admodum partium eſt: guſtu verò plurimum habet acrimoniæ. leniter quoque nonnihil adſtringens: quamobrem ob hæc omnia incidit, ſimulque digerit quæ in corpore ſunt recrementa: & adhæc robur etiam inſtrumentis addit. Idoneum etiam ſuppreſſis menſibus, cùm videlicet à copia ſimul & craſſitudine excrementorum quod ſufficiat euacuari nequit.

*Calfacit ordine quarto, ſiccat tertio.*

PIPER *nigrum & album. Ger.* Pfeffer. *Belg.* Peper. *Gall.* Poiure. *Angl.* Pepper. *Hiſp.* Pimienta. *Ital.* Pepe. *Aduerſ.* 426. 427.



GARYOPHYLLI *cum ſuo folio & fructu.* *Belg.* Groffels naghel *Gall.* Clous de gyroffles. *Germ.* Naeghel. *Ital.* Garofoli & Garofani. *Hiſp.* Clauellos & clauos di eſperia.



Anthophylli.

Candidum Piper, ocularibus remedijs aptum, antidotis & medicaminibus quæ contra venenata parantur, Theriaca vocant.

Longum ſubamarum, antidotis & theriacis medicaminibus expetitum.

DIOSC. *Nigrum odoratum eſſe conſtat candido ſuauius, acrius, & ori gratius, necnon ad condimenta vtilius. ſed candidum, & adhuc in acerbum vergens, antedictis infirmius eſt. Eligi oportet grauiſsimum, plenum, nigrum, ſine multis rugis, recens, minimè furfuroſum. Inueniuntur etiamnum in genere nigri ſemina nutrimento defecta, caſſa, inania, minimiq́ ponderis, quod vocant braſma. Vis † omnium excalfacit. vrinam ciet. concoquit. extrahit. diſcutit. abſterget caliginem quæ oculis obuerſatur. piper febrium horroribus circuitu repetentibus, ſiue potu, ſiue illitu, ſubuenit, ſerpentium morſibus auxiliatur, partus extrahit. conceptum adimere creditur, ſtatim à concubitu ſuppoſitũ. tuſſi omnibúſque pectoris vitijs, ſiue eclegmate, ſiue potu, ſuccurrit. anginæ eo & melle conuenienter perũguntur. potum cum recentibus lauri folijs, tormina diſcutit. cum vua paſſa manducatum pituitam à capite elicit. valetudinem tuetur. dolores ſinit. appetentiam mouet. concoctionem adiuuat, ad intinctus eſculentorum additum. ſtrumas cum pice diſcutit. vitiligines ex nitro emaculat. Fictili nouo, vt aiunt, motum torretur. Non eſt huius arboris radix gingiber, vt aliqui exiſtimauere, ſicuti paulo pòſt oſtendemus. Nanque piperis radix * coſto ſimilis eſt. ora guſtantium accendit. ſaliuam ciet. hæc lienem reprimit, cum aceto illita, aut pota. caput etiam purgat, manducata cum ſemine pediculáris herba quam ſtaphidem agriam vocant.*

† valenter tum excalfacit, tum deſiccat Gal.

Oleo è piperibus, ſpina dorſi ad horrores quartanæ febris illinitur.

* Gal. Piperis radix Coſto ſimiles vires obtinet.

CVBEBÆ *officinarum. Aduerſ. pag.* 427.

*Piper Hippocratis ſimpliciter, & Piper rotundum Theoph. Guiland.*

Calefaciunt, exſiccant ſecundo ordine completo vel initio tertij. Frigidis morbis à pituita ortis proſunt. Dentibus attrita pituitam cerebri eliciunt: flatus diſcutiunt; ventriculum & viſcera roborant.

ASPALA-

### Aspalathvs. *Aduerſ. pag. 427.*

Diosc. *Vim calfaciendi cum adſtrictione obtinet,*[a] *vnde decoctum cum vino ad tetra*[b] *oris vlcera colluenda cõuenit.*[c] *ad nomas genitalium & ſordida vlcera infunditur. Subiectum*[d] *in peſſo, partum extrahit, aluum ſiſtit eius*[e] *decoctum: & ſanguinis reiectionem potu cohibet: vrinæ*[f] *difficultatem, inflationeſque diſcutit.*

[a] Gal. docet cur calefaciat & adſtringat his verbis: Acris ſimul & adſtringens eſt guſtu; facultate verò ex diſſimilaribus cõſtat, nempe partibus ſuis acribus excalfaciens, partibus verò alijs, auſteris ſcilicet, refrigerans. Itaque vtriuſque ratione deſiccat; & proinde ad putredines & fluxiones eſt vtilis.

Vincit in eo caliditas, ob id calefacere dicit, ſed cum adſtrictione, quia adſtringit.

[b] Ad ἄφθας, id eſt calida aut ignea vlcera; quia cum aſtrictione ſiccat, aut cum aſtrictione refrigerat. Vlcus iſtud depaſcens eſt cum putrefactione & defluxione in parte laxa & loco perpetuo madente: ideò medicamento vehementer exſiccante & aſtringente opus eſt. Eadem ratione practici nuperi aquæ fortis illitu ſoloque contactu oris & pudendorum aphthis, & potẽtiſſimè exſiccantibus medicamentis & aſtringentibus medentur.

[c] Quaſi velit dicere, ad pudendorum vlcera ſimplicia, & ad ea quæ ſerpunt, aut depaſcuntur, & colluuies. Omnibus his partibus quia laxæ ſunt, excrementis ſuſcipiẽdis aptæ, deſiccantibus & adſtringentibus, recrementorum copiam arcentibus & cohibentibus, occurritur.

[d] moderatè ob adſtrictionem cum calore mixtam.

[e] Acria ſi decoquantur, miteſcunt, ob aquæ mixturam, quæ diluit vim medicamenti.

[f] Dyſuriam ſua acrimonia, & flatus diſcutiendo ſoluit.

### Xyloaloes *ſiue Lignum Aloes Officinarum.*
### Agallochvm. *Aduerſ. 428.*

Diosc. *Manditur, aut decocto os colluitur, commendandi halitus † gratia. Sudores arcet toto corpori inſperſum. pro thure ad ſuffimenta ſubſtituitur. Radix epota drachmæ ... pondere, humida ſtomachi vitia, & imbecillitatem, feruoremq́ue mulcet. ſi lateris, iocineriſue dolor excruciat, ſi dyſenteria, aut tormina infeſtant, ex aqua bibere prodeſt.* Aegineta eadem.

### Agallochvs *præſtantiſſimus verior. ſiue* Xyloaloes.



Iſtius Xyloaloes quæ officinis notiſſima, altera ſpecies Antuerpiam aduecta, primùm nobis viſa, & muneri data ab optimo pharmacopœo Antuerpiano Franciſco Pennino, in cuius inſtructiſſima officina proſtat.

Fruſtulum, quod habemus è trunco auulſum, ponderoſum eſt multis venis cõſtans probatiſſimę Xyloaloes officinarum ferè concoloribus, fuſcis, odore & ſapore non diſſimilibus, ſed ſuauioribus amaris, & pinguioribus multò, quæ commãducatæ lenteſcunt ceræ modo. Reliqua ligni materia & ſuperficies alba eſt, fragilis & fractu facilis, minus aromatica. Iſtud ſanè lignum Aloes eſt omnium quæ vnquam vidi, ſapore & odore vegetiſſimum.

DEI GRA REX ARAGONVM ... FERDINANDVS

*Arabum* LACCA, *an ſit Dioſc. Caucamum? Aduerſ. 428.*

LACCA *cum ſuis Bacillis.*



DIOSC. *Veſtes eo ex ſtyrace & myrrha ſuffiun-tur. Vim proditur obtinere extenuandi obeſos, ſi ternûm obolorum pondere ex aqua, aut mulſo aceto pluſculos dies ebibatur. lienoſis datur, comitialibus, & ſuſpirio-ſis. menſes cum aqua mulſa pellit. oculorum cicatrices confeſtim emendat. vino madefactum medetur eorun-dem hebetudinibus. aduerſus gingiuas humore prægnan-teis, doloréſque dentium, non aliud efficacius.*

MYRRHA. *Aduerſ. 428.*

DIOSC. *Myrrha lachryma eſt arboris quæ in Arabia gignitur, Aegyptiæ ſpinæ non diſſimilis. è cuius vulnere defluit lachryma in ſubiectas tegetes. alia circum caudicem concreſcit. Dicitur ex his aliqua pediaſimos, præpinguis, quæ expreſſa, ſtacte emittitur. alia gabirea, pinguiſſima, læto & pingui ſolo naſcens. ea copioſam ſudat ſtacten. Omnium prima eſt, quæ troglodytica appellatur, accepto cognomine ab loco, in quo prouenit, ſplendens, ſubuiridis, ac mordens. quinetiam legitur tenuis quædam, quæ à troglodytica ſecunda eſt, bdellij modo mollis, verùm odore grauiuſcula, apricis naſcens. Alia caucalis cognominatur, præter modum exoleta, nigra, & retorrida. Omnium deterrima, quæ ergaſima dicitur: pingui carens, cano ſitu obducta, acris, ad gummis imaginem vergẽs, & viribus eius proxima. improbatur aminnea cognomine. ex ijs paſtilli fiunt, ſed è pinguibus pingues, & odorati: è ſiccioribus haudquaquam pingues, & inodorati. minus odore pollet, quæ oleum non admiſit, cum in paſtillos digerebatur. Adulteratur macerato gummi aqua, in qua myrrha maduerit. Eligenda eſt recens, ſquallore obſita, leuis, vndiq; concolor, quæ confracta venas vnguium modo candidas & leues oſtendat, minutis glebis, amara, acris, odorata, calfaciens. ſuperuacua & inutilis eſt ponderoſa, coloris picei. Calfacit. ſopore † gignit. glutinat. ſiccat. aſtringit. vuluam emollit, & præcluſam aperit. menſes & partus celeriter extrahit, cum abſinthio, lupinorum cremore, vel ſucco rutæ admota. tuberculo fabæ deuoratur in vetere tuſſi, orthopnœa, in laterum pectoriſq; doloribus, in alui profluuio, & dyſenteria. horrores diſcutit, duabus horis ante febrium acceſſiones, fabæ magnitudine pota cum pipere & aqua. ſubdita linguæ liquatáq;, ſcabritiem arteriæ expolit. obtuſam vocem expedit. ventris tineas enecat. contra grauem oris halitum manditur. & aduerſus alarum tædia, cum liquido alumine illinitur. gingiuas & dentes ſtabilit, colluto cum vino & oleo* ore. vulnera capitis illitu glutinat. medetur fractis auribus, ac oſſibus nudatis, peruncta cum cochleæ carnibus. item purulentis auribus inflãmatiſq; cum meconio, caſtorio, & glaucio. ad varos autem cum caſia & melle illinitur. impetigines ex aceto purgat. defluentes capillos cum ladano & vino myrteo illita, firmat. diuturnas deſtillationes lenit, illita pinna naribus. oculorum vlcera complet. albugines tollit. caliginem diſcutit. ſcabritiem læuigat. Fit è myrrha, perinde ac ex thure, fuligo, & ut poſtea oſtendemus, ad eadem conueniens.*

Fabæ vete-rum ſcilicet.

* omphacino legendum ne-ſcio capite docet, alio-qui non cõ-uenit.

*Bœotica myrrha, diſſecta radix eſt arboris cuiuſdam in Bœotia naſcentis. Melior eſt quæ myrrham odore repræſentat, vis ei calfactoria ineſt. emollit diſcutitq;. ſuffimentis commodiſsimè inſeritur.*

DE † ſopo-

*Soporem gignit.* ] Capitis grauitatem & dolorem etiam olfactu cùm inducat, Galeno teſte, lib. ſecundo κατὰ τόπους, à ratione alienum videtur, quia contrarij effectus, ſoporem & dolorem gignere. In dolore ſenſus acutus: in ſopore verò hebes; & ſenſus & motus priuatio. Cùm Myrrha excalfaciat, non videtur ſomnum poſſe conciliare. Soporifera autem & narcotica humida perquam frigida ſunt. Sed quammulta calida quibuſdam ſoporem inducunt, vapidis fumis imbuto cerebro; & nonnullos ſæuis capitis doloribus infeſtant, potiſſimum eos quibus ſiccior & calidior cerebri temperies. Quibus verò caput frigidius & humidius, pituita eliquatur; cerebrum irrigatur; obſtruuntur & meatus, per quos ſpiritus ad ſenſus mittuntur: & ceſſante illa ſpirituum emiſſione, aſſiduo vigiliarum tempore fieri ſolita, ſomnum concilians. Quemadmodum Myrrha, vinum immodicè ſumptum, Crocus, Iris & omnia calida quæ caput tentant, eadem ratione dolorem faciunt, ſomnũ & vigilias pro cerebri tẽperamento & natura. In quibuſdam neque ſomnum neque vigilias inducit, quia vapores abſumuntur.

*Glutinat* ] viſcida ſua ſubſtantia & exſiccante vi, ſuperfluum humorem abſumẽdo, collectiones puris diſcutiendo.

*Siccat, aſtringit.* ] quòd aſtringat, à veritate alienum videtur, quia menſes & partus celeriter extrahit, expectorat. Id fieri videtur ſecundis qualitatibus, ſiccando ſcilicet; humidum ſuperfluum purgationis menſtruæ abſumendo.

*Vuluam emollit & præcluſam aperit.* ] malactica calida ſunt exceſſu ſecundo & ſicca, qualis myrrha eſt. Tumidam vuluam emollit ob menſium retentionem, & fortè refrigerationem; ob id calefaciendo, humores eliquando & extergendo, atque venarum orificia reſerando, præcluſam vuluam aperit.

*Menſes & partus.* ] quia amara acris, tenuium partium. Gal. ſubdit; & lumbricos tum enecat, tum eijcit.

*In vetere tuſſi orthopnœa.* ] Hæ affectiones fortiora remedia vel maiore doſi expoſtulant, quia multum diſtãt, & medicamẽti vis permeando imminuitur vel deperditur. Memini ſenẽ quendã Anglum qui ob retẽtionẽ & craſſitiẽ pituitę ſuffocabatur, à me medicamẽto parato ex Myrrha ſelecta, pipere, ſucco Porri, ſapa, & ſyr. capillorũ veneris cõcoquebat, expectorabat & magnã pituitę colluuiẽ eijciebat. Myrrha enim Gal. teſte lib. 8. ſimpl. detergendi vim habet, tracheã arteriã, non tamen exaſperat, ſicut abſtergentium nonnulla quæ abſtergendo tuſſim, aut fluxiones mouent, vt acria, cepe, mel magis quàm ſapa. Concoquendi & extergendi vim habet pulmonum & arteriæ affectibus neceſſariam, nec diſpari fortè ratione ad alui profluuia efficax.

*Alui profluuio.* ] Alui tria profluuia, dyſenteria, diarrhœa & lienteria. Nõ poteſt de dyſenteria intelligi, quia addit καὶ δυσεντερίας. Diarrhœæ non videtur conuenire, quia laxat; ad lienterias autẽ coquendo & conſtringendo; dyſenterias verò detergendo & aſtringendo efficax.

*Horrores diſcutit.* ] Horror quartanæ, compoſitæ, ſpuriæ hemitritæ, & bili vel melancholiæ diffuſæ in ſenſiles partes vel pituitæ permixtæ febrium eſt. Quemadmodum acris & bilioſus humor, qui celeri motu fertur & diffluit, rigores efficit: ſic quæ craſſior, tardius mouetur, minus pungit, ſed perdiuturnus & maiore cum refrigeratione. Frigus quotidianæ eſt debilis rigor, vel medium quoddam inter rigorem & horrorem. Quæ omnibus febrium acceſſionibus contingunt, in quibus materia à venis ſine magna agitatione diffunditur in habitum corporis; quia fit cum ſanguinis retractione & corporis refrigeratione: calida ſpinæ dorſi impoſita, horrores, rigores & frigora ſoluunt, corporis habitum calfaciunt, meatus reſerant, materiam præparant & extenuant, vt partes frigefactæ tranſitum non remorentur. Exiguam materiæ copiam horrores leuiſſimos efficere cernere eſt in febrium declinatione, & materiam ſenſim commotam horrorem vel rigorem non facere. exemplo erũt febrium initia, quibus propter obſtructiones maiores materiæ defluentis, nullus patet aditus. Rigores vel horrores non à ſolis cruditatibus oriri manifeſtum; nam vel maximi rigores & horrores materia concocta fiunt in febrium ſolutione, quibus copioſus ſudor ſuperueniens, vti in cauſone poſt ſextum, morbum ſoluit. vt Hipp. ſcriptum reliquit. *A cauſone rigor ſuperueniens, morbum ſoluit*, quia multa materia concocta affatim diſcutitur.

Sic Myrrha, cum pipere & aqua (& vino albo in quartana) pota duabus horis ante acceſſionem, calfacit materiam horroris, obſtructiones ſoluit, quæ tranſpirationem impediunt, & horrores diſcutit.

*Subdita linguæ liquataq;* ] Scabritiem arteriæ expolit vel lenit citra tuſſim, quia ſenſim penetrat & leniter deterget humiditatem quæ vocem raucam facit.

*Ventris tineas* ] vermes occidit amaritudine & acrimonia.

*Contra grauem oris halitum.* ] fœtores putredinis ſoboles amarore & ſiccitate emendat. Ex moſcho hodie parantur quæ putredinem non delent, ſed tegunt.

*Alarum & alarum tetris.* ] Cacochymicis hic affectus accidere ſolet, quorum excrementa putrida ſunt, ob partis laxam & raram texturam, quia non refrigeratur magiſque ſudat, & calidior hic locus exiſtit ob multas arterias non procul à corde remotas. Odoratis fœtor delctur. Verùm quia pars laxa, alumen addit ad maiorem aſtrictionem.

*Gingiuas & dentes ſtabilit.* ] quia aſtringit & ſiccat, cum oleo non conuenit, niſi legas omphacino, quod dentes & gingiuas firmat aſtringendo, vt teſtis eſt Dioſc. cap. De omphacio.

*Medetur fractis auribus.* ] melius contuſis, nam cartilaginoſa fracta curationem non admittunt.

BDELLIVM. *Aduerſ. pag. 419.*

DIOSC. *Calfacit & emollit: & duritias † & turgentia guttura, humidaſq; * hernias diſcutit cum ieiuna ſaliua dilutum. Vulua ſpiracula laxat appoſitu & ſuffitu: & partus, humiditateſque omnes extrahit. Calculos potu comminuit: vrinam monet. Tuſſientibus, à ſerpente percuſſis, vtiliſſimè datur. Valet ad rupta, vulſa, laterum dolores, & diſcurſantes ſpiritus. Malagmatis inſeritur, quæ contra duritias & neruorum nodos proſunt. Contuſum reſoluitur affuſo vino aut aquâ calida.*

† Aegin. Scirros emollit.
* eadē Gal.

BDELLII *fructus.*



STYRAX. *Ital.* Storace. *Hiſp.* Eſtoraque.
*Aduerſ. 419.*



Bdellij fructus deſcripſit Carolus Cluſius in aromatum hiſtoria, Iuglandis nucis magnitudine, aut etiam ampliores, triangulari ferè forma, oblongiore tamen & ad ficum quodammodo accedente, odoratos, colore ſubcinereo, duriſſimo putamine, quod prægnans eſſe & nucleum continere videtur.

STYRAX.

DIOSC. *Lacryma inuenitur gummium ſimilitudine, perlucida, & myrrhæ æmula: verùm perpauca manat. Adulteratur ligni ſcobe, quam vermiculi erodentes excuſſerunt, melle, & iridis ſedimento, & quibuſdam alijs. Alij ceram aut adipem odoribus imbutum, flagrantiſſimis folijs cum ſtyrace ſubigunt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua vermiculos exprimunt, venundantq; Styracem hunc, quoniam in vermiculorum ſpeciem cōtrahatur, ſcolecitem cognominant, quē tāquam ſyncerum imperiti approbant, non animaduertentes ad præcipuam odoris fragrantiam. ſiquidem acer admodum eſt, qui adulterationis vitio caret. Styrax calfacit, emollit, & concoquit: * is adeòque tuſſi, deſtillationibus, raucedini, grauedini: & intercepta voce, vuluæ præcluſæ ac duritiae laboranti, conuenit. Et menſes potu appoſituque alui leuiter mollit, ſi exiguū cum reſina terebinthina catapotij modo deuoretur. Miſcetur vtiliter diſcutientibus malagmatis, acopiſq; adoletur autem & igni torretur, vt fiat ex eo, veluti ex † thure, fuligo ad eadem conueniens ad quæ thuris fuligo. ex eo etiam in Syria ſtyracinum oleum componitur. quod calfacit vehementer, & emollit. verùm caput dolore afficit, adgrauatq; & ſoporem affert.*

*Gal. cenſet addit quantum n dictum quod.
† Galē. Gal.

DD 2 Con-

*Soporem gignit.* ] Capitis grauitatem & dolorem etiam olfactu cùm inducat, Galeno teſte, lib. ſecundo κατὰ τόπους, à ratione alienum videtur, quia contrarij effectus, ſoporem & dolorem gignere. In dolore ſenſus acutus: in ſopore verò hebes; & ſenſus & motus priuatio. Cùm Myrrha excalfaciat, non videtur ſomnum poſſe conciliare. Soporifera autem & narcotica humida perquam frigida ſunt. Sed quam multa calida quibuſdam ſoporem inducunt, vapidis fumis imbuto cerebro; & nonnullos ſæuis capitis doloribus infeſtant, potiſſimum eos quibus ſiccior & calidior cerebri temperies. Quibus verò caput frigidius & humidius, pituita eliquatur; cerebrum irrigatur; obſtruuntur & meatus, per quos ſpiritus ad ſenſus mittuntur: & ceſſante illa ſpirituum emiſſione, aſſiduo vigiliarum tempore fieri ſolita, ſomnum conciliant. Quemadmodum Myrrha, vinum immodicè ſumptum, Crocus, Iris & omnia calida quæ caput tentant, eadem ratione dolorem faciunt, ſomnũ & vigilias pro cerebri tẽperamento & natura. In quibuſdam neque ſomnum neque vigilias inducit, quia vapores abſumuntur.

*Glutinat* ] viſcida ſua ſubſtantia & exſiccante vi, ſuperfluum humorem abſumẽdo, collectiones puris diſcutiendo.

*Siccat, aſtringit.* ] quòd aſtringat, à veritate alienum videtur; quia menſes & partus celeriter extrahit, expectorat. Id fieri videtur ſecundis qualitatibus, ſiccando ſcilicet; humidum ſuperfluum purgationis menſtruæ abſumendo.

*Vuluam emollit & præcluſam aperit.* ] malactica calida ſunt exceſſu ſecundo & ſicca, qualis myrrha eſt. Tumidam vuluam emollit ob menſium retentionem, & fortè refrigerationem; ob id calefaciendo, humores eliquando & extergendo, atque venarum orificia reſerando, præcluſam vuluam aperit.

*Menſes & partus.* ] quia amara acris, tenuium partium. Gal. ſubdit; & lumbricos tum enecat, tum eijcit.

*In vetere tuſſi orthopnœa.* ] Hæ affectiones fortiora remedia vel maiore doſi expoſtulant, quia multum diſtãt, & medicamẽti vis permeando imminuitur vel deperditur. Memini ſenẽ quendã Anglum qui ob retẽtionẽ & craſſitiẽ pituitę ſuffocabatur, à me medicamẽto parato ex Myrrha ſelecta, pipere, ſucco Porri, ſapa, & ſyr. capillorũ veneris cõcoquebat, expecto...bat & magnã pituitę colluuiẽ eijciebat. Myrrha enim Gal. teſte lib. 8. ſimpl. detergendi vim habet, tracheã arteriã, non tamen exaſperat, ſicut abſtergentium nonnulla quæ abſtergendo tuſſim, aut fluxiones mouent, vt acria, cepe, mel magis quàm ſana. Concoquendi & extergendi vim habet pulmonum & arteriæ affectibus neceſſariam, nec diſpari fortè ratione ad alui profluuia efficax.

*Alui profluuio.* ] Alui tria profluuia, dyſenteria, diarrhœa & lienteria. Nõ poteſt de dyſenteria intelligi, quia addit καὶ δυσεντερίας. Diarrhϩæ non videtur conuenire, quia laxat; ad lienterias autẽ coquendo & conſtringendo; dyſenterias verò detergendo & aſtringendo efficax.

*Horrores diſcutit.* ] Horror quartanæ, compoſitæ, ſpuriæ hemitritæ, & bili vel melancholiæ diffuſæ in ſenſiles partes vel pituitæ permixtæ febrium eſt. Quemadmodum acris & bilioſus humor, qui celeri motu fertur & diffluit, rigores efficit: ſic quæ craſſior, tardius mouetur, minus pungit, ſed perdiutumus & maiore cum refrigeratione. Frigus quotidianæ eſt debilis rigor, vel medium quoddam inter rigorem & horrorem. Quæ omnibus febrium acceſſionibus contingunt, in quibus materia à venis ſine magna agitatione diffunditur in habitum corporis; quia fit cum ſanguinis retractione & corporis refrigeratione: calida ſpinæ dorſi impoſita, horrores, rigores & frigora ſoluunt, corporis habitum calfaciunt, meatus reſerant, materiam præparant & extenuant, vt partes frigeſactæ tranſitum non remorentur. Exiguam materiæ copiam horrores leuiſſimos efficere cernere eſt in febrium declinatione, & materiam ſenſim commotam horrorem vel rigorem non facere. exemplo erũt febrium initia, quibus propter obſtructiones maiores materiæ defluentis, nullus patet aditus. Rigores vel horrores non à ſolis cruditatibus oriri manifeſtum; nam vel maximi rigores & horrores materia concocta fiunt in febrium ſolutione, quibus copioſus ſudor ſuperueniens, vti in cauſone poſt ſextum, morbum ſoluit. vt Hipp. ſcriptum reliquit. *A cauſone rigor ſuperueniens, morbum ſoluit*, quia multa materia concocta affatim diſcutitur.

Horror.
Rigor.
Frigus.

Sic Myrrha, cum pipere & aqua (& vino albo in quartana) pota duabus horis ante acceſſionem, calfacit materiam horroris, obſtructiones ſoluit, quæ tranſpirationem impediunt, & horrores diſcutit.

*Subdita linguæ liquata q.* ] Scabritiem arteriæ expolit vel lenit citra tuſſim, quia ſenſim penetrat & leniter deterget humiditatem quæ vocem raucam facit.

*Ventris tineas* ] vermes occidit amaritudine & acrimonia.

*Contra grauem oris halitum.* ] fœtores putredinis ſoboles amarore & ſiccitate emendat: Ex moſcho hodie parantur quæ putredinem non delent, ſed tegunt.

*Alarum ſuauem reddit.* ] Cacochymicis hic affectus accidere ſolet, quorum excrementa putrida fœtẽt, ob partis laxam & raram texturam, quia non refrigerantur magiſque ſudat, & calidior hic locus etiam ob multas arterias non procul à corde remotas. Odoratis fœtor deletur. Verùm quia pars laxa, alumen addit ad maiorem aſtrictionem.

*Gingiuas & dentes ſtabilit.* ] quia aſtringit & ſiccat, cum oleõ non conuenit, niſi legas omphacino, quod dentes & gingiuas firmat aſtringendo, vt teſtis eſt Dioſc. cap. De omphacio.

*Medetur fractis auribus.* ] melius contuſis, nam cartilaginoſa fractæ curationem non admittunt.

BDELLIUM. *Aduerſ. pag.* 429.

DIOSC. *Calfacit & emollit: & duritias*† *& turgentia guttura, humidaſq;* * *hernias diſcutit cum ieiuna ſaliua dilutum. Vuluæ ſpiracula laxat appoſitu & ſuffitu: & partus, humiditateſque omnes extrahit. Calculos potu comminuit: vrinam mouet. Tuſsientibus, à ſerpente percuſsis, vtiliſſimè datur. Valet ad rupta, vulſa, laterum dolores, & diſcurſantes ſpiritus. Malagmatis inſeritur, quæ contra duritias & neruorum nodos proſunt. Contuſum reſoluitur affuſo vino aut aquâ calida.* † Aegin. Scirros emollit * eadē Gal.

BDELLII *fructus.*



STYRAX. *Ital.* Storace, *Hiſp.* Eſtoraque. *Aduerſ.* 419.



Bdellij fructus deſcripſit Carolus Cluſius in aromatum hiſtoria, Iuglandis nucis magnitudine, aut etiam ampliores, triangulari ferè forma, oblongiore tamen & ad ficum quodammodo accedente, odoratos, colore ſubcinereo, duriſſimo putamine, quod prægnans eſſe & nucleum continere videtur.

STYRAX.

DIOSC. *Lacryma inuenitur gummium ſimilitudine, perlucida, & myrrhæ æmula: verùm perpauca manat. Adulteratur ligni ſcobe, quam vermiculi erodentes excuſſerunt, melle, & iridis ſedimento, & quibuſdam alijs. Alij ceram aut adipem odoribus imbutum, flagrantiſsimis ſolibus cum ſtyrace ſubigunt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua vermiculos exprimunt, vaenunduntq́; Styracem hunc, quoniam in vermiculorum ſpeciem contrahitur, ſcolecitem cognominant, quē tāquam ſyncerum imperiti approbant, non animaduertentes ad præcipuam odoris fragrantiam. ſiquidem acer admodum eſt, qui adulterationis vitio caret. Styrax calfacit, emollit, & concoquit:* * *medetur tuſsi, deſtillationibus, raucedini, grauedini, & interceptæ voci. vuluæ præcluſæ duritiaque laboranti, conuenit. ex menſes potu appoſituq; ue. aluum leuiter mollit, ſi exiguū cum reſina terebinthina catapotij modo deuoretur. miſcetur vtiliter diſcutientibus malagmatis, acopiſq́; adoletur autem & igni torretur, vt fiat ex eo, veluti ex* † *thure, fuligo: ad eadem conueniens ad quæ thuris fuligo. ex eo etiam in Syria ſtyracinum oleum componitur. quod calfacit vehementer: & emollit, verum capitis dolorem affert, aggrauatq́; & ſoporem aſſert.* * Gal. contra [illegible] addit quæ- [illegible] [illegible] deſcendunt. † Eadē Gal.

[stamp]

Κυδώνια μῆλα. COTONEA & *Cydonia mala. Germ.* Quitten & Kitten oepfel. *Gallis* Coingz. *Belg.* Que appel & Queperre boom. *Ang.* Quince tree. *Hiſp.* Membrillos. *Ital.* Melecotogne. *Aduerſ.* 430.



DIOSC. *Cotonea ſtomacho vtilia. vrinam cient. verùm toſta mitiora habentur. proſunt cœliacis, dyſentericis, purulenta extuſſientibus, cholericis, præſertim cruda. maceratorum liquor, commode in ſtomachi aut ventris fluxionibus, potui datur. Succus crudorum aſſūptus orthopnoicis ſalutaris eſt. decocto fouentur vulua & ſedes, ſi procidant. Cotonea quæ melle † condiuntur, vrinam mouent. mel autem ſibi conſtringentem illorum vim & inſpiſſantem adſciſcit. quæ cum melle coquuntur, ſtomacho atq; ori gratiora ſunt, ſed minus inſpiſſant. cruda cataplaſmatis adijciuntur, ad cohibendam aluum; aut ſi ſtomachus æſtuet, aut in vomitiones effundatur, ad mammarum inflāmationes, præduros lienes, & condylomata. Fit vinū ex ipſis tuſis expreſſiſq;. ſed quò perduret, quindecim ſextarijs ſucci vnus mellis adiungitur. alioquin, in acorem degenerat. Pr[illegible]eſt ad omnia quæ dicta ſunt. Fit & oleum * ex ijs, quod melinum vocauimus, quo vtimur quoties adſtringenti oleo eſt opus. Eligi oportet vera, quæ ſanè ſunt rotunda, parua & odorata. quæ verò ſtruthia dicūtur, magna quidem ſunt, ſed minus vtilia. Flos & viridis & ſiccus cataplaſmatis imponitur: ijs conueniens quæ adſtrictionem deſiderant, inflammationibus oculorum, reiectionibusq; ſanguinis. contra citam aluum, & menſium impetus, in vino bibitur.*

† Eadem Gal. & Plin.

* Eadem Plin.

* Plin. addit, Lanugo eorum carbunculos ſanat, cocta in vino & illita cum cera.

THVS. *Aduerſ.* 430.

DIOSC. *Primarium tenet in eo genere maſculum, ſuapte natura rotundum: tale autem individuum eſt, candidum, cum frangitur, intus pingue, in ſuffitu ſtatim ardens. Indicum verò fuluеſcit & colore liuet; ſed rotundum induſtria factitant. nam in quadrãgulares formas diſſectum fictilibus verſant, donec rotunditatem contrahat. verùm huiuſmodi thus tempore flaueſcit, quod atomum aut ſyagrum appellant. Secundum locū habet Arabicum, & in Smilo naſcens, quod aliqui copiſcum vocant, minus multo & fuluius. Eſt & genus aliud, cui amomita cognomen eſt, alioqui candidum: quod dum molitur, maſtiches more digitis cedit. Adulteratur in itinere, pini reſina & gummi. quod facile deprehendi poteſt: ſiquidem ſuffitum gummi flammam non eiaculatur, & reſina in fumum euaneſcit. thus verò ſtatim ardet. idem maleficium odor prodit. Ad calfaciendum & aſtringendum pollet. oculorum caliginem diſcutit. caua vlcera complet, & ad cicatricem perducit. cruenta vulnera glutinat, infrenátque cunctas ſanguinis eruptiones, etiam ſi cerebri membranis effluat. vlcera quæ cacoëthe vocantur, & ſedis & reliquarum partium permulcet tritum cum eo & lacte linamentum. formicantes verrucas inter initia, impetiginéſque, ex aceto & pice illitum, tollit. ambuſta igni, pernionéſque cum ſuillo adipe aut anſerino, & vlcera in capite manantia cum nitro, ſi infricetur, ſanat. paronychijs cum melle, auribus fractis cum pice medetur. ad reliquos aurium dolores cum dulci vino infunditur. inflammata à partu mamma cum cimolia & roſaceo magna vtilitate perunguntur. additur ad arteriæ viſcerumq; medicamenta. prodeſt ſanguinis excreationi potum. ſed in ſecunda valetudine hauſtum inſaniam mouet, & largius cum vino potum interficit. In fictili mundo thus crematur, flagrante globulo*

ſucco-

*ſuccenſum à lucerna, donec exuratur. poſt perfectam vſtionem operire oportet, vſquè dum reſtinguatur. ſic enim in cineres non redigitur. Aliqui ollulam aneo vaſe cauo circa medium perforato cingunt ad excipiendam fuliginem, vt in eius mentione mox oſtendemus. alij crudo fictili luto oblito, & in fornacem indito, cremant. Fictili etiam nouo viuacibus prunis torretur, dum non amplius bullet, aut pinguitudinem vaporéıve emittat. facile enim comminuitur quod peruſtum non eſt.*

*Thuris cortex Dioſc.*

*Præfertur thuris cortex craſſus, pinguis, odoratus, recens, læuis, minime ſcaber, ſine membranis. Adulteratur admiſſo pini aut nucis eius cortice; ſed horum index ignis eſt. ſiquidem reliqui cortices ſuffiti nequaquam incenduntur, ſed ſine odore fumum eructant: thuris vero cortex ardet, & cum odoris fragrantia vaporem eiaculatur. thuris modo vritur. & vis eadem quæ thuri, ſed validior adſtringentiorq́;. Quare potu cruentis excreationibus, vuluis fluxione laborantibus, in peſſo confert. ad cicatrices oculorum, & caua, ſordeſq́; efficax eſt. toſtus ſcabris lippitudinibus auxiliatur.*

*Manna thuris Dioſc.*

*Manna thuris probatur candore, micarum frequentia, & puritate. Vim habet eandem quam & thus, ſed inualidiuſculam. Sunt qui cribrata pini reſina, ac polline, aut cortice thuris contuſi adulterant: ſed hæc igne deprehenduntur. Neque enim aquè ſuffitu aerium vaporem, ſed fuliginoſum & impurum expuit. & permiſtum ſuaueolentia halitus vitiis habet.*

*Thuris fuligo Dioſc.*

*Fuliginem thuris ſic facito: Forcipicula, lucernis accenſas ſingulatim thuris glebas in nouam fictilem ollam concauam imponito: & æreo vaſe in medio perforato, deterſa diligenter ſorde, obtegito. alteram admoueto, ex altera eius parte aut vtraq́;, ſubiectis quaternûm digitorum altitudine lapillis, quò facilius perſpici queat, ſi vrantur. & qua locus capax fuerit, glebulas alias ſupponito. & antea quàm prorſus prior gleba reſtinguatur, aliam imponito: donec ſufficientem fuliginem videaris coëgiſſe. Continuo tamen externa æramenti partes ſpongia, aqua frigida madefacta, abſtergantur. ita enim temperato æris feruore, fuligo omnis inhærebit. quæ alioqui [illegible] leuitatem decidua, thuris cineribus admiſcetur. Deraſa itaque fuligine, cinis cremati thuris ſeorſum ſubſtrahendus eſt. idem opus, quoad ſatisfactum tibi videbitur, obeundum. Oculorum inflammationes mitigat. fluxiones ſuſpendit. vlcera purgat. caua explet. carcinomata ſiſtit.*

*Simili modo è myrrha, reſina, ſtyrace, reliquiſq́; lachrymis, fuligo excipitur, ad eadem conueniens.*

Gal. Thus excalfacit ordine ſecundo, deſiccat primo, habet quoque adſtrictionem puſillam. Sed minimum manifeſta adſtrictio eſt cãdido. cortex eius euidenter adſtringit: proinde ſanè ſtrenuè quoque deſiccat, adeò vt ex ſecundo ſit ordine completo deſiccantium. Eſt autem craſſiorumpartium quàm ipſum thus, & minimum habet acrimoniæ. Ob has ergo tum facultates, tum qualitates multus eſt eius vſus apud medicos in hæmoptoicis, ſtomachicis, cœliacis, ac dyſentericis nõ tantũ iis quæ extrinſecus applicantur, ipſum admiſcẽtes, ſed ex ijs quæ intrò in corpus ſumũtur. Ramus eius tũ ſuccioris, tũ calidioris eſt facultatis quàm ipſum thus, adeò vt ad tertium vſque exceſſum perueniat. Habet verò etiam abſterſorium quiddam. Itaque eo nomine & expurgare & implere quæ in oculis conſiſtunt vlcera videtur; velut & myrrhę, & ſtyracis.

COCCVS *Infectoria. Coccos baphicos. Narbonenſibus & Galloprouincialibus* Vermillon. *Hiſp.* Coſcoia *frutex dicitur. Gallis* graine d'eſcarlate. *Aduerſ. 430.*



COCCVS *Infectoria.*

DIOSC. *Vis huic ſpiſſandi, vulneribus neruiſq́; præciſis, conuenienter ex aceto † illitum ſiſtitur.*

Gal. † alij cum oxymelite.

Eadem Gal. & Plinius.

Aquifolium ſiue Agrifolium.



AQVIFOLIVM *ſiue Agrifolium. Ruſcus ſyl. Aquifoliũ Plin. Paliurus 2ᵘˢ. Lacunæ. Angl.* Hulſp. *Belg.* Huiſt. *Ger.* Walddiſtel, *vel* Hergpalmen. *Gall.* Hous. *Hiſp.* Azebo. *Ital.* Aquifolio. *Aduerſ.* 431.

Radicis cortex herniis medetur tritus & impoſitus, vel aliis commixtus,

ILEX ARBOR. *Ital.* Elici & Lecini. *Hiſp.* Enzina. *Gall.* Yeuſe, Eoule & cheſne verd. *Germ.* Steenpalmen. *Adu. pag.* 431.



Quercus vulgaris.



DIOSC. *Iligneæ glandes viribus quernas antecellunt. Ilignea radicis cortex cum aqua coctus donec mollitus, intabeſcat, & tota nocte illitus, denigrat capillos, prius cimolia terra purgatos. Folia contuſa & trita tumoribus proſunt, & imbecillas membrorum partes roborant.* [illegible]

QVERCVS *vulgaris cum ſuis excrementis fungoſis. Belg.* Eikenboom. *Gall.* Cheſne. *Ital.* Quercia. *Hiſp.* Robble & Roure. *Angl.* Oke tree.

QVERCVS *cum glande & muſco ſuo.*



BEDEGVARIS *effigie*
*Excrementum ſpongioſum & muſcoſum, ſiue Bedeguar è Quercu.* *



QVERCVS *perpetua fronde virens. Gall.* Cheſnes verdz.

Huius querceta in Gallofrancia oriri audio. Glandes noſtratibus ſimiles ſunt, quales D. Chriſtophoro Plantino hoc anno ſerendas miſit eruditiſſimus D. N. Rache apud Lutetianos medicus & chirurgus clariſſimus, & ſtirpium omniumque Naturæ opum, vt ſi quis alius, gnarus.

* E quercubus Romano agro collegi.

Antiqui cuiuſdam è Quercu inſtar Ledi pullulantis meminerunt excrementi quod purgat & adſtringit ſummopere.

*Quercus, glans. Aduerſ. 431.*

DIOSC. *Quercus omnis adſtrictoriam vim habet, præſertim liber qui cortici & ligno intercedit. quinetiam tunica putamini glandis ſubiecta: decoctum eorum datur dyſentericis, cœliacis, ſanguinem excreantibus. trita in peſſo, fœminis fluxione vuluæ laborantibus ſubijcitur. Glandes eoſdem effectus exhibent. vrinam cient. capitis dolorem & flatus in cibum ſumptæ pariunt. reſiſtunt eſitatæ venenatorum ictibus. decoctum earum & corticis cum lacte vaccino potum prodeſt contra toxica. trita cruda, inflammationes illitu leniunt. ad duritias quas cacoëthe vocant, & malefica vlcera cum ſalſa axungia conueniunt.*

Folia omnium tuſa & illita tumoribus proſunt & imbecilles membrorum partes roborant.

Cerris *Plin. maiore glande.*
*Aduerſ. 431.*

Cerris *Plin. minore glande*
*& calyce molliter echinato.*





Cerris *glans immatura.* Cerris *Theoph.*



Valerandus Donrez Iuſtinopoli Venetias rediens ramulos Quercus duorum generum aſportauit, quibus me donauit. Vterque Quercui noſtrati admodum aſſimilatur, folio & ligno, ſed glandes ipſi ramo inhærent. Vni qui minor, calyx hiſpidus & molliter echinatus, Ilicis ſubpar; alteri verò glandes prægrandes calycem habent echinatum, ambitu ſquammis preduris ſibi mutuò incumbentibus, horridum, ſemicono Laricis longè maiore, cuius nonnullam ſimilitudinem retinet. Valde craſſus eſt, interiore ſui parte lenis: glans quam claudit, nō niſi magnitudine differt: folia autē maiora, eadem alioqui Quercui. Huius ſpeciei obſeruaſſe memini publica via qua itur Peſaro Romam, in conuallibus celſiſſimas arbores, alibi minus obuias nec valde notas; è cuius tamen pregrandi & duro calyce glandes non exerebat, ſed claudebat, fortè quia immaturę erant. Huiuſmodi folia & glandes anno 1561. liberaliſſimè communicauit C. doctiſſimus medicus Lugdunenſis D. Daleſcampius, qui Cerrim Plinij me docuit.

Cervo

*Hæc Ciſti hiſtoria reponenda eſt proximè ſuas effigies ſupra Obſeruat. pag. 551. & 552. quæ operarum incuria fuerat prætermiſſa.*

CISTVS folio Lauendulæ plerunque cubitali eſt altitudine, admodum ramoſus, ſed breuibus ramis, & foliis confertim naſcentibus, anguſtis, incanis, ſapore adſtringente: flores parui, non multum à ſuperiore differentes, albo colore: ſemen non obſeruaui. *Ciſtus folio Lauendulæ.*

EST hic frutex adeò Lauendulæ ſimilis, vt niſi odor & ſapor prohiberent, pro Lauendula ſumi poſſit: & certè quas plantas ſine flore primùm conſpexi, pro Lauendula habui, ideoque negligebam, donec floribus quos in plantis aliis conſpiciebam admonitus, diligentiùs obſeruarem.

Hunc ego ſolummodo Valentino regno inueni aridis & petroſis locis quarto à Valentia miliari, Aprilis initio.

CISTVS folio Sampſuci, planta fruticoſa eſt, multos tenues ramulos proferens: folia in his parua, quaſi rotunda, incana, Sampſuco ſimilia, minora paulò, & dorſo eminente, cum quadam aciditate & ſalſedine adſtringentia: flos in ſummis ramis copioſus, candidus, villis & ſtaminibus luteis, vt in reliquis Ciſti generibus medium florem obtinentibus, quinis foliis conſtans, quorum medium macula ex purpura nigricans occupat: capitula exigua lini ferè, trigona, in quibus ſemen minutum Hyoſcyami, ex nigro candicans ſiue cinereum continetur: totus ille oblongus ramulus qui florem & fructum ſuſtinuit, areſcit eo maturo, vt in ſingulis Ciſti generibus. *Ciſtus folio Sampſuci.*

Primùm hunc inueni in Caſtella veteri, ſupra S. Martin del Caſtañal: deinde copioſum in Caſtella noua circa Caraiçejo, & toto Bætico agro inter Tagum & Anam flumina.

Hiſpani *Quinuëla* aut *quiriuëla* appellant, communi ferè cum Ericæ minoris vocabulo, quoniam fortè inter Ericas recenſeant.

CISTVS folio Thymi, pedali fruticat altitudine, ramulis ex purpura nigricantibus, duris, lignoſis, quæ magna ex parte ſine foliis conſpiciuntur, præter quàm circa ſummitates, in quibus confertim naſcuntur exilia admodum, viridia, Thymi æmula, guſtu adſtringente: florem ſummis ramis ſuperiori ſimilem, minorem, neque maculis inſign...m fert: ſemen non obſeruaui. *Ciſtus folio Thymi.*

Hic mihi ſolùm conſpectus eſt extrema Bæticæ parte, qua Caſtellam & Luſitaniam ſpectat: poteſt tamen & aliis locis naſci.

SVPERIORIBVS haud dubiè coniungendæ ſunt etiam quas hic ſubiiciam, cùm & forma & ſapor reſpondeant. *Ciſti fœminæ 5. claſſis.*

PRIOR exigua eſt planta, tenuibus virgulis lignoſis, & humi ſparſis prædita: foliis Helyanthemo vulgo dicto ſimilibus, minoribus tamen, omnino candicantibus, adſtringentibus: flores extremis ramis inſident, quinque foliis conſtantes, & ſtaminibus in medio, vt in Helyanthemo, colore nunc albo, nunc pallido: ſemen in capitulis triangulis Lini, exiguum, rufum. Radix lignoſa & fibroſa. *Ciſtus humilis I.*

ALTER à priore non differt tum magnitudine, tum ramulorum exilitate: flores item & ſemen ſimilia: ſed folia omnino anguſta & tenuia, Ciſto foliis Thymi reſpondentia, guſtu etiam adſtringentia, acerba, & incana. *Ciſtus humilis II.*

Frequens eſt vtraque plantula agro Salmanticenſi, vbi *perdiguera* ab incolis appellatur, quòd perdices iuxta eam frequenter ſeſe volutent, & puluerent.

AD primum genus referenda eſt ea planta, quam nonnulli Helyanthemon Plinij eſſe volunt, alij Panacen Chironium, foliis hyſſopi vulgaris ferè, hirſutis tamen & adſtringentibus, quam Germani, quòd locis incultis inter Ericas naſcatur, & foliis hyſſopum æmuletur, Heyden yſſop appellant, cuius flos aut albus eſt, aut pallidus, aut aureus; ideò vulgo herbariorum Germanicorũ Conſolida aurea nuncupata. *Helyanthemon. Panax Chironium. Conſolida aurea.*

EST & alia quædam plantula his congener, in vinetorum Salmanticenſium marginibus, & Granatenſi regno mihi obſeruata, longioribus & rarioribus virgulis, rectis, foliis amplioribus Helyanthemo, & virentioribus, guſtu adſtringente: cuius flos ſuperiori forma ſimilis, pallidus, aut albicans: ſemẽ minutum rubeſcens in capitulis trigonis duplo quàm Helyanthemi maioribus. *Ciſtus annuus I.*

Caſtellani *turmera* vocant, Granatenſes *yerua del quadrillo*.

ALIA item inuenitur in ſylua Madritiana, ſecundo ab vrbe Luteria miliari, ad Ciſti genus referenda, pedali altitudine, exilibus cauliculis, rectis tenellis, non admodum ramoſis; foliis oblongis, anguſtis, hirſutis, vireſcentibus, quæ cum ramulis per Caniculæ æſtus humore quodam pingui & lento ſunt obſita, flos puſillus, quinque foliis conſtans, vt Helyanthemi, pallido colore, & macula puniceante inſignitis: capitula tenella admodum, triquetra, ſemen puſillum & cinereum continentia. *Ciſtus annuus II.*

Annua vtraque eſt hæc poſtremò deſcripta, aut altero à ſatu anno floret, deinde perit.

Florent verò omnes iſti Ciſti eodem quo mas tempore, & ſemen etiam ad maturitatem perducunt.

SVNT autem omnes perpetuo folio: ſed eorum flos admodum caducus, ſtatimq; ſeneſcens: radices duræ, lignoſæ, diuiſæ, in diuerſa tendentes.



ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

QVERCVS *pumila fruticis ſpecie, fronde Ilicis molliore.*
ROBVR *quinta Cluſij.*



GALLA *maior.*
*Robur ſecunda Cluſij.*



Hic ſubiicienda Quercus pumila ſiue Robur quinta Cluſij, adeò humilis, vt raró pedē magnitudine ſuperet: glandoſo ſemine amarulento, & calyce læui: frequens oritur prope Vlyſſiponem ſolo arenoſo.

*Kruis.* GALLA. *Aduerſ. pag.* 432. *Gal.* Galles. *Germ.* Gallœpffel, & Eychoepffel, *Hiſp. & Ital.* Galla, & bughala.

DIOSC. *Galla fructus eſt quercus. Aliqua omphacitis appellatur, parua quidem, ſed tuberoſa, ſolida, nullo foramine peruia. altera plana, leuis, perforata. Eligi debet omphacitis, quæ efficacior eſt. Vtriuſque vis vehementer adſtringere. trita excreſcentia in carne, fluxiones gingiuarum & vua, atque oris vlcerationem cohibent. nucleus, dentium cauernis inditus dolorem ſedat. cremata carbonibus donec igne flagrent, & vino aut aceto aut acida muria extincta, ſanguinem ſupprimunt. decoctum quibus incidere expedit, efficax eſt & contra vuluas procidentes, fluxionesq́ue. capillos denigrant, aceto aut aqua macerata. dyſentericis cœliacisq́ue cum vino aut aqua trita conuenienter illinuntur, aut bibuntur. obſoniis addi debent.*

GALLA *maior.*

Robur ſecunda ſiue pumila Cluſij, humanam altitudinem non excedens, copioſas, & prægrandes gallas ferens ramis ipſis inhærentes, grandioribus frondis inciſuris, & ſinuatis anfractibus.

GALLA maior altera.



*GALLA maior altera.*
*Robur anguſtifolia Cluſ. 3°.*

Foliis Ilicis Aquifolij ſed maioribus, auerſa parte candicantibus.

*GALLA minor. Aduerſ. pag. 432.*
*Robur 4°. anguſtifolia, ſiue minor Cluſij.*



Galla minor ſine tuberculis, quales in officinis vulgatiſſimæ proſtant: caudice contorto, magiſque rugoſo.

FAGVS.



FAGVS. *Aduerſ. pag. 433.*
*Angl.* beche tre. *Germ.* Buchbaum. *Belg.* Buekenboom. *Gal.* Fau. *Hiſp.* Haja. *Luſit.* Faya. *Ital.* Faggi.

DIOSC. *Quercus generi aſſignatur, & conſimile munus obit.*

Castaneæ, *Aduerſ. pag. 433.*
*Angl.* Cheſnuts tree. *Germ.* keſten. *Belg.* Caſtanieboom. *Gal* Chaſtaignes, Marons *&* Chaſtaigners. *Ital.* Caſtagne.



Castanea *equina. Aduerſ. pag. 433.*



Diosc. *Adſtringunt, glandibus ſimiles effectus præbent, præſertim tunica quæ carnem & corticem media, intercurſat. Caro his qui Ephemerum biberunt, conueniens eſt.*

Adſtringit & ſiccat vt cæteræ glandes. calida primo ordine & ſicca.

Gal. Inter omnes glandes principatum tenent, ſolæque ſylueſtrium fructuum alimentum memorabile corporibus præbent.

Tardè tranſeunt, & difficulter concoquuntur crudæ potiſſimum, flatus gignunt.

* Matthiol. Anhelosis, tuſſientibus, & ſanguinem reticientibus equis, plurimum auxilij afferre ait.

Sambvcvs *Aduerſ. pag. 434. Angl.* elder tre. *Germ.* holler, *&* holder. *Belg.* Vlier. *Gallobelg.* Suyn, *&* ſehu. *Gal.* Suſyer, *&* Suſeau. *Hiſp.* Sauço, Sabuco, *&* caninero. *Ital.* Sambuco.

*Sambucus alba.*

Varietas. In Belgij nonnuſquam agris & hortis acinis albis variat.

Sambvcvs *&* *Ebulus.*

a cad. Aegin. & Plin. † Eadē Plin. a tan. Plin. Diosc. *Eadem vtriuſque facultas; & par vſus, exiccans ſcilicet, aquam educens, Hemachio nocens. Foliorum modo decocta, pituitam & bilē purgant. Quinetiam teneri caules in olla cocti, eadem præſtant. Radicis in vino decocta, & in cibis data, hydropicis † auxiliatur. Eodem modo pota viperarum morſibus ſubuenit. Valeat ...*

*aperit, & quæ circa eas ſunt affectiones, decocta cum aqua inſeſsione corrigit. Fructus cum vino potus eadem efficit. illitus capillos denigrat. Folia recentia ac tenera cum polenta illita inflammationes mitigant. Ambuſtis etiam & canis morſibus illita ſuccurrunt. Profunda & quæ in cauernas dehiſcunt vlcera agglutinant. Podagricis, cum taurino hircinóve adipe illita,* auxiliantur.* * Eod. Plin.

*† Polypodij ritu viſceribus moleſta.

EBVLVS. *Aduerſ. pag.* 414.
*Angl.* Walwurt, & bloedtwurt. *Germ.* Attich. *Belg.* Hadyck. *Gal.* Hyeble. *Hiſp.* Yezgos. *Ital.* Ebulo.

SAMBVCVS *foliis laciniatis.*



Gal. Vtraque exiccandi, conglutinandi, modicéque digerendi facultatem obtinet.

Plin. addit: Succus cerebri collectiones, priuatimque membranæ quæ circa cerebrum eſt lenit infuſis. Acini poti acetabuli menſura vrinam mouent. Cortex † interior tritus, ex vino albo potus, aluum ſoluit. Ebuli fumo fugantur ſerpentes. Tenerum cum foliis tritum in vino potum, calculos pellit. Impoſitum teſtes ſanat.

† Corticis radicis infuſum ex vino Ellebori modo purgat supernè & infernè. Decoctum verò longè imbecillius eſt purgando.

SAMBVCVS *foliis laciniatis.*

Foliis minutim diſſectis in Belgij hortis naſcitur, cæteroquin fructu, flore, & ligno à vulgari non diſsimilis.

MALA *Dioſc. Aduerſ. pag. 434.*
*Angl. & Belg.* Appel. *Germ.* Apffel. *Gal.* Pomme.
*Hiſp.* Mançana, Manſanas. *Ital.* Pomi.



PYRA *Dioſc. Aduerſ. pag. 434.*
*Angl.* pear. *Germ.* Byr. *Belg.* Peere. *Gal.* Poire.
*Hiſp.* peras. *Ital.* pere.



DIOSC. *Folia, flores & germina, cum omnis mali, tum maximè Cotonea, adſtringunt. Pomis acerbis adſtringendi vis ineſt; maturis verò longè ſecus. Ex iis verna bilem gignunt; neruos omnes lædunt; inflationes pariunt.*

Melei ſaporis dicuntur S. Ioannis.

*Melimela ventrem molliunt, & ab eo animalia expellunt, ſtomacho negotium exhibent, æſtuoſa: ea multis dulcia mala vocantur. Epirotica mala, quæ Latinè orbiculata dicuntur, ſtomacho vtilia. Siſtunt aluum. Vrinas euocant, malis tamen cotoneis inualidiora. Syluestria mala ſimilia ſunt vernis & adſtringunt. ſanè in hunc vſum immatura omnia opus ſunt.*

Gal. Malus non omnis eiuſdem eſt naturæ velut nec eiuſdem fructus: quippe quædam mala dulcia ſunt, quædam auſtera, nonnulla acida, alia extrema exoluta & aquea, & ſanè in iſtis aqueum exuperat: vt temperies eorum ſit tum humidior, tum frigidior: in acerbis autem terrenũ frigidum. In auſteris verò tum iſtud, tum aqueũ frigidum, ſicut in dulcibus aqueũ temperatũ. Sic quoq; ſucci, cortices, foliaque arborum inter ſe diſſident. Itaq; ſi auſteriora ſint, atq; acidiora, vulnera illis glutinare poſſis, tum in phlegmonarũ principio influxionẽ repercutere, ac ſtomachũ, ventremq; exolutum ac languidum laborare: at aquoſioribus mediocres phlegmonas incipiẽtes & gliſcentes remittere. Sed hęc iã ad curandi rationẽ attinent: proinde ea citiùs relinquẽda. Porrò quòd plurima pomis omnibus excremẽtitia frigidaq; inſit humiditas, vel hinc liquet, quòd eorũ omniũ nullus omnino ſuccus durare, ac vetuſtatẽ ferre poſſit, verũ aceſcãt corrũpanturq; vniuerſi. Solus enim cydoniorum & ſtruthorum (vtpote quæ propter vincentem adſtrictionem minus cæteris ſunt humida) ſuccus coctus cum melle durare poteſt: tametſi ipſe per ſe non ita durare queat.

PYRA.

DIOSC. *Pyrorum multa genera, quæ tamen omnia adſtringunt: proinde adduntur conuenienter in repellentia cataplaſmata; decoctum è ſiccis & cruda ipſa aluum ſiſtunt; ieiunos eſitata lædunt. Achras pyraſtri genus eſt, quod tardiſſimè cmatureſcit. Vim pyro adſtringentiorem habet*, & ad eadẽ cõuenit. Stringũt etiã eius folia. Ligni pyraſtri cinis efficaciter his auxiliatur, quos fungi ſtrangulant. Aiũt fungos, ſi ſylueſtria pyra cum eis coquantur, innoxios fieri.*

Gal. Proinde ſanè maiora vulnera glutinãt, ſiccus ſque repellit.

Gal. Pyri folia pariter ac turiones auſtera ſunt: fructus dulcedinis quiddam obtinet; aqueæ, ex quibus clara quoq; temperies eſt, inæqualis ſecundũ partes. Nam pars vna terrea eſt, alia aquea, cæterũ verùm frigida: tũ alia tẽperata. Proinde eſu pyra ſtomacho grata ſunt, & ſitim prohibent. Illita autẽ deſiccant, & modicè refrigerant. Nam ego ex illis vulnus glutinaſſe me memini, cùm aliud ad manũ eſſet nihil.

SPILVS
Dioſc.



EVONYMOS
Theoph.



IVRNA vul-
gi Gallorum
& Ruellij.



CORNVS
Dioſcor.



MALA *Dioſc. Aduerſ. pag. 434.*
*Angl. & Belg.* Appel. *Germ.* Apffel. *Gal.* Pomme.
*Hiſp.* Mançana, Manſanas. *Ital.* Pomi.



PYRA *Dioſc. Aduerſ. pag. 434.*
*Angl.* peare. *Germ.* Birn. *Belg.* Peere. *Gal.* Poire.
*Hiſp.* peras. *Ital.* pere.



DIOSC. *Folia, flores & germina, cum omnis mali, tum maximè Cotonea, adſtringunt. Pomis acerbis adſtringendi vis ineſt; maturis verò longè ſecus. Ex iis verna bilem gignunt; neruos omnes lædunt; inflationes pariunt.*

Mellei ſaporis dicuntur S. Ioannis. *Melimela ventrem molliunt, & ab eo animalia expellunt, ſtomacho negotium exhibent, æſtuoſa: ea multis dulcia mala vocantur. Epirotica mala, quæ Latinè orbiculata dicuntur, ſtomacho vtilia. Siſtunt aluum. Vrinas euocant, malis tamen cotoneis inualidiora. Syluestria mala ſimilia ſunt vernis & adſtringunt. ſanè in hunc vſum immatura omnia opus ſunt.*

Gal. Malus non omnis eiuſdem eſt naturæ velut nec eiuſdem fructus: quippe quædam mala dulcia ſunt, quædam auſtera, nonnulla acida, alia extrema exoluta & aquea, & ſanè in iſtis aqueum exuperat: vt temperies eorum ſit tum humidior, tum frigidior: in acerbis autem terrenũ frigidum. In auſteris verò tum iſtud, tum aqueũ frigidum, ſicut in dulcibus aqueũ temperatũ. Sic quoq; ſucci, cortices, foliaque arborum inter ſe diſſident. Itaq; ſi auſteriora ſint, atq; acidiora, vulnera illis glutinare poſſis, tum in phlegmonarũ principio influxionẽ repercutere, ac ſtomachũ, ventremq; exolutum ac languidum laborare: at aquoſioribus mediocres phlegmonas incipiẽtes & gliſcentes remittere. Sed hęc iã ad curandi rationẽ attinent: proinde ea citiùs relinquẽda. Porrò quòd plurima pomis omnibus excremẽtitia frigidaq; inſit humiditas, vel hinc liqueat, quòd eorũ omniũ nullus omnino ſucces durare, ac vetuſtatẽ ferre poſſit, verũ aceſcãt corrũpanturq; vniuerſi. Soles enim cydoniorum & ſtruthorum (vtpote quæ propter vincentem adſtrictionem minus cæteris ſunt humida) ſuccus coctus cum melle durare poteſt: tametſi ipſe per ſe non ita durare queat.

PYRA.

DIOSC. *Pyrorum multa genera, quæ tamen omnia adſtringunt: proinde adduntur conuenienter in repellentia cataplaſmata; decoctum è ſiccis & cruda ipſa aluum ſiſtunt; ieiunos eſitata lædunt. Achras pyraſtri genus eſt, quod tardiſſimè maturèſcit. Vim pyro adſtringentiorem habet*, & ad eadẽ cõuenit. Stringũt etiã eius folia. Ligni pyrorũ cinis efficaciter his auxiliatur, quos fungi ſtrangulant. Aiũt fungos, ſi ſylueſtria pyra cum iis coquuntur, innoxios fieri.*

Gal. Proinde ſanè maiora vulnera glutinãt, fluxuſque repellit.

Gal. Pyri folia pariter ac turiones auſtera ſunt: fructus dulcedinis quiddam obtinet aqueæ, ex quibus clara quoq; temperies eſt, inæqualis ſecundũ partes. Nam pars vna terrea eſt, alia aquea, cæterũ vtraq; frigida: tũ alia tẽperata. Proinde eſu pyra ſtomacho grata ſunt, & ſitim prohibent. Illita autẽ deſiccant, & modicè refrigerant. Nam ego ex illis vulnus glutinaſſe me memini, cùm aliud ad manũ eſſet nihil.

MESPILVS

ESPILVS
Dioſcor.



EVONYMOS
Theoph.



IVRNA vul
gi Gallorum
& Ruellij.



CORNVS
Dioſcor.



Meſpilvs. Mespilvs. *Aduerſ. pag. 434. Angl.* Medler tre, *&* medeler. *Gal.* Neſples, *&* Neſplier. *Ital.* Neſpoli.

Diosc. *Pomum eſu aſtringit, ſtomacho gratum eſt, aluumq́; ſupprimit.*

Gal. ſubdit: Quin & in germinibus & foliis acerba hæc qualitas non pauca reperitur.

*Εὐώνυμος.* Evonymos *Theoph. Aduerſ. pag. 435. Carpinus Theoph. Tragi.*
*Angl.* ſpindel tree. *Gal.* Fuſin & bonnet de preſtre. *Ital.* Fuſano.

Varietas. Fructu albo variat in horto D. Dilſij. Pecori veterinatiæue nocuam quidam aſſerunt.

Vivrna. Vivrna *Vulgi Gallorum & Ruellij: an Viburnum Virgilij? Aduerſ. pag. 436.*
*Germ.* Wepnerwalbaum *Tragi. i. Fraxinus minor.*

Gallorum hanc Viurnam admodum lentam aſſerit familia & literis illuſtris Carolus de Houchin, D. de Longaſtre harum peritiſſimus.

Vbi aſtrictione opus eſt, Viurna commendatur Myrthi, Pyraſtri & Rhois ritu.

Cornvs. Cornvs. *Adu. p. 436. Angl.* Cornelltree. *Ger.* welſchkirſen, Cornelbaum, hurlerbaum, Thierlinbaum. *Belg.* Cornoeliebož. *Gal* Cornier, & Corniole. *Hiſp.* Cerezo ſylueſtre, *&* Cornizolos. *Ital.* Cornai, *&* Cornioli.

Diosc. *Baccas fert oliuæ modo oblongas, quæ primùm virent, dein per maturitatem rubeſcunt, aut ceræ* colorem repræſentant. In cibo adſtringunt† profluuio alui atque dyſenteria ſalutares, ſiue in edulio, ſiue in defruto exhibeantur. Muria vt oliua condiuntur. Sanies, quam virentia folia torrendo reſudarunt, impetigini conuenienter illinitur.*

Varietas. * In Neruienſi agro fructu albo, aut ceræ colore viſitur.

† Addit Gal. Folia quoque & germina guſtu acerba ſunt, valenterq; deſiccant. Itaque maxima vulnera glutinare poſſunt; potiſſimùm durorum corporum: at paruis vulneribus & mollioribus corporibus magis contraria ſunt. Nam nimium ea contendunt, ac plus ſatis deſiccant.

Cornvs *fœmina. Θηλυκρανέια Cordi. Aduerſ. p. 436.*
*Germ.* ſpindelhortz, *&* faulbeer *.i. fuſaria.*
*Coriariis experitus frutex Cordo. Hartriegel Tragi.*



Cerasia. *Aduerſ. pag. 436.*
*Angl.* Cheriſe. *Germ.* kirſen. *Belg.* krieken. *Gal.* Ceriſes. *Hiſp.* Cereſas. *Ital.* Cirege.*



Gummi ceraſiorum. *vſi & nu... ...

* Diosc. *Aluo vtilia ſunt, ſi viridia ſumantur. eadē ſiccata illā ſiſtunt. Gūmi quod ceraſi reſudarūt, cū vino dilutū, tuſſi vetuſtæ medetur. colorē cōmendat, viſum exacuit: appetentiam citat. Idem* ex vino potum † calculoſis auxilio eſt.*

Gal. Quæ dulcia ſunt, magis quæ in inteſtinis ſunt ſubducunt, ſed minùs grata ſtomacho ſunt. Contra auſtera acida pituitoſis excrementoſisq́; ſtomachis ſunt apta. Siquidem auſteris magis deſiccant, & nonnihil etiam incidunt. Porrò ipſius arboris gummi communē omnibus viſcoſis & mordacitatis expertibus medicaminibus facultatē obtinet, quæ & ad arterias exaſperatas accōmoda eſt. † Propriè autē ſiquidē quod quidā ſcribunt, verū eſt; calculis vexatos adiuuat, nā ſic illi tenuiū partium ineſſet facultas quædam.

Ceraſa

CERASA racedica-aplua.



CERASA ra- cemoſa. Ad- uerſ. 436.



CHAMAE- CERASVS. Aduerſ. 436.



CHAMAE- CERASVS Alpigena. Aduerſ. 436.

Xyloſteum alterũ quo- rundam.

Chamæcera- ſus Cordi.



CERASA *vno pediculo plura.*

In vicetis quibuſdam Belgij viſitur. flos item duplicatus eſt.

CHAMÆCERASVS.

Eiuſdem item cum Ceraſis generis Chamæceraſus: in hortis Belgicis denſè fruticat: omnia Ceraſi ſimilima habet; ſed quadruplo minora, fructus auſterus eſt.

CERASVS *auium Herbariorum.*

Virgas mittit plures cortice pullo, veſtitas homine procero longiores, ramulis brachiatas, folijs Ceraſi atrouirentibus, & floribus nō abſimilibus, pariter albis, ſed congeſtis, virentes acinos initio, deinde rubentes per autumnum nigros Rhamni infectorij pares, relinquentibus: ſapore & odore iniucundis.

ALNVS *nigra.* Faulbaum *Tragi.* FRANGVLA.

Piel haudt *Brabantis &* ſpoꝛkenhaudt.

*Aduerſ.440.*

Alni nigræ inſcriptio Aduerſ. 440. reddenda ſequenti capiti, & *ale* nux auellana.

Alni inſcriptio proximè Betulam inſcienda.





lege aquas ſo-cellis derag-bante.

Trag. Huius arboris flauus & medius cortex cum aceto tritus, & ſcabiei illitus intra paucos dies illam ſanat & exſiccat. Eſtq; hoc experimentum ſingulare. Idem cortex in aceto decoctus putridis dentibus colluitione prodeſt; nam & dolorem mitigat, & dentes ipſos purgat.

PRVNVS

Prvnvs ſyl. Germ. & Belg. Slehedorn. Angl. Slootree. Ital. Pruni ſaluatici. Aduerſ. 436.

Prvnvs domeſtica; κοκκυμηλέα. Germ. Pflaumenboom. Belg. Pruymboom. Hiſp. Ciruelo & Andrino, fructus autẽ Ciruelas & andrinas. Gal. Prunier & Prune. Ang. Plumtree. Ital Prune ſuſino, Fructus verò ſuſino.





Diosc. *Prunus arbor eſt nota, cuius pomum eſitur. ſed ſtomachum malè habet. aluum mollit. Syriaca pruna & præcipuè quæ Damaſci gignuntur, exiccata ſtomacho vtilia ſunt. aluum adſtringunt. Folia pruni in vino decocta collutione & gargariz. ad vuam, gingiuas, & tonſillas † fluxione laborantes reprimunt. præſtant idem ſylueſtrium prunorum baccæ, poſt maturitatem exiccatæ. cum ſapa verò decocta, ſtomacho vtiliores redduntur. aluúmque magis adſtringunt. Gummi prunorum agglutinat. potum in vino calculos comminuit. Ex aceto quoque illitum, lichenas infantium ſanat.* † Eadẽ Gal. lege Prune-peſches, & peſchenoix. pag. 436. lin. 40.

Eaſdem adfert Gal. rationes quas de Ceraſis & pomis.

Masve. Pruna aluum ſubducunt, & alterant: ſed alba, flaua, rubra, minùs ſunt medicamentoſa, quàm nigra: quorum quæ μέσα, id eſt, dulcacida ſunt, alterant magis. Dulcia verò ſoluunt largiùs, tamen vtraque alterant & ſoluunt, magis ſcilicet & minùs. Damaſcena verò, & Armena, vtrumque præter cætera præſtant: humida tamen potiùs quàm ſicca, quæ etiam in ventriculo promptiùs quàm ſicca corrumpuntur. Dulcia calido frigido temperata, aut paulò frigidiora, humida ordine ſecundo: μέσα, id eſt, dulcacida frigida, principio ſecundi. Omnia tamen lauant, leniunt, refrigerant: bilem educunt, ob hæc duo biliosis, tum febribus, tum morbis aliis ſunt ſalubria: ſtomacho nocent, pauci ſunt alimenti: quia imbecilliter ſoluunt, eis additur præſertim infuſione. Tamar Indi, caſſia fiſtula, manna, violæ conditæ. Ex horum ſucco fit ſyrupus, & ex carnibus electarium in eadem ſalubre. Armeni truncum pruni arboris locis duobus vel tribus palmæ vnius interuallo tenuiter perforant, & immiſſoque ſcammonio latant, pruna ob id purgandiora euadunt. Dantur ſucco ſeu decocto cum ſacchro ad libram vnam.



ALEXANDER PP VII · FERDINANDVS · DEI GRATIA

Armeniaca *Malus*. *Gall*. Abricos. *Angl*. Abrecock tree. *Hiſp*. Aluarcoques, & Aluerchigas, *Catalon*. Albercocs. *Ital*. Bacoche, Armeniache & Albricochi. *Germ*. S. Johans Pferſich. *Belg*. Vroeghen Perſen & Abricoos. *Adu*. 436. *

Persea.
*Aduerſ. pag.* 437.





* Diosc. *Supradictis ſtomacho vtiliora ſunt*.

Sebesten *officinarum*. Myxa *Aegineta*.
*Aduerſ. pag.* 437.

Aegin. Facultate prunis conſimilis. Serapio, epotum decoctum calidæ tuſſi confert, pectus lenit, catarrhum calidum mulcet: ardores vrinæ & veſicæ reprimit.

Catarrhis, mordacibus bilioſiſque defluxionibus arcendis accommodatur. Ventrem ſubducit.

## Persea.

Perſeam nunquam nobis viſam fatemur. De qua egregiè diſſeruit C. Cluſius in ſua rariorum ſtirpium doctiſſima Hiſtoria in hunc modum.

Clvs. Valde rara etiam hæc eſt arbor, cuius ramum hîc expreſſum damus: nam ſolo Valentino regno vnicam arborem vidi, in monaſterio Diuæ Virginis, cui cognomen de Lasv, primo ab vrbe Valentia lapide. Ex America eò delata fertur.

Porro hæc arbor Pyro ſimilis eſt, in latum diffuſa, perpetuaque coma virens, ramulis ex viridi pelleſcentibus. Folia illi Lauri latifoliæ, parte ſuperna virentia, inferiore verò cinerei coloris, firma, neruis

neruis aliquot per obliquum diſcurrentibus, odore & ſapore commendata, cum adſtrictione linguam mordicantia. Flos Lauri ferè, copioſus, racematim compactus, pallidus, ſex foliolis conſtans. Fructus per initia Pruno ſimilis, deinde ſucceſſu tēporis pyri in modū oblongus, nigro colore, jucundoq; ſapore: nucleū cordis effigie continet, guſtu Caſtaneæ, aut dulci Amygdalæ haud abſimili. Vere florentem conſpexi, Autumno maturum fructum ferre intellexi à Cl. V. D. Ioanne Plaça Medico & Profeſſore Valentino, qui mihi illam quo nunc dixi loco commonſtrabat, incolisque *Mamay* dici aſſerebat: tametſi qui nobis Americam deſcripſerunt Hiſpani, aliam atque ab hac diuerſam arborem hoc nomine inſigniant. An verò hæc arbor Veterum Perſea ſit, nec ne, diſpiciendum eſt.

Theophraſtus lib. 4. de Plantarum hiſtor. cap. 2. Perſeam in hunc modum deſcribit:

Eſt in Ægypto alia quoque arbor Perſea dicta, aſpectu magna formoſáque: folio, flore, ramo, totaque figura, potiſſimum pyro vicina, niſi quòd altera folio perpetuo, altera deciduo eſt. Fructū abundè parit, omnique tempore perficit: quippe nouus anniculum ſemper occupat. Maturitas Eteſiarum flatu conficitur: reliquum crudiorem auferunt & recondunt. Eſt magnitudine pyri, figura oblongus, amygdalæ modo, colore herbidus, nucem intus quemadmodum prunus continens, verùm longè minorem molliorem que: carnem vehementer dulcem, ſuauem, concoctuque facilem: nihil enim eos qui comederint tentat. Radice arbor exſuperat, tum longitudine, tum etiam craſſitudine multitudineque: materiem robuſtam, & viſu gerit decoram, atram vt lotus, &c.

Simili modo, iiſdemq; ferè verbis eam Plinius deſcribit lib. 13. cap. 9. ſub Perſicæ arboris nomine, voces ipſas cōmiſcens, quas tamen lib. 15. cap. 13. apertiſſimè ſejungit & diſtinguit.

Perſicæ, inquit, arbores ſerò & cum difficultate tranſiere, vt quæ in Rhodo nihil ferant, quod primū ab Ægypto earum fuerat hoſpitium. Falſum eſt venenata cum cruciatu in Perſis gigni, & pœnarum cauſa à regibus tranſlata in Aegyptum, & terra mitigata. Id enim de Perſea diligentiores tradunt, quæ in totum alia eſt, myxis rubeſcentibus ſimilis, nec extra orientem naſci voluit. Eam quoque eruditiores negauerunt ex Perſide propter ſupplicia tranſlatam, ſed à Perſeo Memphi ſatam: & ob id Alexandrum illa coronari victores ibi inſtituiſſe in honorem ataui ſui. Semper autem folia habet & poma, ſubnaſcentibus aliis.

Qui ſanè locus, eorum ſententiam apertiſſimè refellit, qui Perſeam arborem cum Perſica malo eandem eſſe cerebroſius aſſerere volunt, vt taceam vtriuſque arboris hiſtoriam diuerſiſſimam eſſe.

Perſeæ item meminit Strabo Geograph. vltimo, perpetuam illi comam tribuens, & fructū pyri magnitudine, figura oblonga, amygdalæ modo putamine incluſum, & corio.

Eiuſdem meminit & Galenus lib. 2. de Aliment. eamq; ſe Alexandriæ vidiſſe aſſerit: meminit & aliis locis.

In eo omnes cōueniunt, vt Perſeæ perpetuam comam tribuant, oblongum fructum, incluſum amygdalæ putamine & corio. Hæc quam exhibemus arbor perpetua quidē eſt coma; folia aūt & flore laurū magis refert quàm pyrum: fructu etiam oblongo eſt, ſed qui myxis (qualem ei Plinius loco jam adducto tribuit) aut oblongis prunis ſimilior ſit, quàm amygdalis, & colore (vt Plaça referebat) nigro, non herbido. hactenus Cluſius.

DIOSC. *Arbor fructum ferens cibo idoneum, ſtomacho vtilem. Arida folia in farinam redacta illitu ſanguinis* * *eruptiones ſiſtunt. Arborem hanc prodiderunt aliqui in Perſide exitioſam eſſe, tranſlatamque in Aegyptum, mutata natura in cibos receptam.*

* Gal. quia aſtringentem vim modicè participant.

IVIVBE *Arabum.* ZIZYPHA *Græcorum*, ζίζυφα. *Paliurus Africanus Theoph. Lotus ſecundus Polybij. Cratægus fortè Theoph. Lingua gotticè* Guindoulier. *Gall.* Iuiubier. *Hiſp.* Açofeifo. *Ger.* Bruſtbeerlin & Roopbruſtbeerlin *Aduerſ pag.* 437.



*Conſimile viribus cum Sebeſtis & prunis eſt.*

Paliurus.



PALIVRVS. Aduerſ. 437.

DIOSC. *Paliurus frutex * cognoſcitur aculeatus, * firmus ac durus, cuius ſemen pingue & fuliginoſum inuenitur, quod potum † tuſſi opitulatur. veſicæ calculos † comminuit. ſerpentium ictibus aduerſatur. Folia & radix aſtrictoriam vim habent. quorum decoctum potu aluum * ſiſtit. vrinam trahit. contra venena & ſerpentium morſus auxiliatur. Radix recentia tubercula, tuméſque omneis diſcutit, trita & impoſita.* — Gal.

† Gal. tantam obtinet incidendi vim.

Gal. adeoque digerunt vt phymata curent, quæ quidem nõ admodum phlegmonode ſunt & calida.

RHAMNVS *primus Dioſc. creditus. Aduerſ. 438. Oleaſter Germanicus Cordi. Batauis* Stept beſien *id eſt acini purgatrices.*



Rhamnus prioris ſpeciei alter, Cluſij.

RHAMNVS ſecundus Dioſc. Monſpelienſibus dictus, eſt primus Rhãnus Dioſc. Cluſio.



*Rhamni prioris ſpeciei alterum genus Cluſij.*

Huic differentias duas annexuit Cluſius: quorum prior humili frutice ſed denſo, fruticat; foliis item anguſtioribus & minoribus, candidioribus, & magis carnoſis; floribus eiuſdem cum illo formæ, ſed purpureo plane colore. Tertium recenſuimus in Lycij mentione.

DIOSC.

Dioſc. *Omnium folia igni ſacro & ſerpentibus vlceribus, efficaciter illinuntur. ſama eſt ramos huius valuis feneſtriſue impoſitos, veneficia depellere.*

Gal. deſiccat & digerit exceſſu ſecundo, refrigerat in primo completo, aut ſecundo incipiente, proinde herpetes ſanat, & eryſipelata non magnopere calida. Cæterùm ad hæc teneris vtendum eſt folijs.

### PYRACANTHA *Herbariorum.*

*Aduerſ. pag. 438.*

Videtur, vt ſedulus Mutonus annotauit, Rhãnus tertius Dioſc. & Theoph. frondibus ſempervirentibus minimè deciduis vt Paliuri, ſiue Rhamni tertij recepti & agniti; nigrioribus, latioribus, & quadam tenus rubentibus: fructu Aſphodeli ſimili (vt vertit Ruellius). Quæ omnia ſanè adumbrant noſtram Pyracantham.

SPINA *Infectoria. Cerui ſpina Cordi.* Nerprayn & Bourgeſpine *Gallobelgarum.* *Belg.* Rhijn beſien & *ſimpliciter* beſien boom. *Germ.* Weghedornbeer & Creutzbeer. *Aduerſ. pag. 438.*



BERBERIS. *Creſpinus & Spina ſancta quorundam. Angl.* Berberis. *Germ.* Erbſel, Berſich, Saurich, & Paiſſelbeer. *Belg.* Sauſeboom. *Gal.* Eſpine aigrette: *id eſt* Oxyacantha. *Aduerſ. 439.* *Oxyacantha Dioſc. Fuchſ.*



Baccas puluere aluminis inſpergunt pictores, terunt, biduum macerant, ſuccum exprimunt, & in penſilibus veſicis recondunt.

### BERBERIS.

Aeſtuanti ſtomacho, bilem euomentibus, & picrocolis febribuſque bilioſis, indeque ortis morbis, non modò acinis, ſed etiam folijs perutilis. Sitim arcent; dyſentericis auxiliantur. Radices lixiuio maceratæ crinem flauum efficiunt: cuius cortex officinis Bugia vocatur.

Bugia.

Myro-

MYROBOLANI *quinque.*
*Adverſ. 439.*




MYROBOLANI EMBLICAE.



MESVE. Sunt etiam hæ medicamẽta benigna. Tantum enim abeſt, vt purgando vires deiiciant, vt etiam cor, ventriculum, hepar, corpúſque reliquum confirment, cogendoque in vnum roborent: qua re vnica his incommodant, qui ſunt obſtructionibus obnoxij, has enim excitant. Præterea medicamentis acribus, & purgando exoluentibus, vt ſcammonio perfectè corrigendis rectè miſcentur: ſed huic præſertim citrinæ ſunt miſcendæ. Id enim contraria tum ſubſtantia, tum qualitate frangit, & purgationem iuuat. Citrinæ autem colore ſunt multùm citrino, in viridem inclinante, graues, quia magnę, & carne multa denſa: ſi frangitur gummoſa, oſſe exiguo. Cepulæ ſubnigræ in rubrum inclinantes: quò maiores, eò meliores, carne multa, ob hæc etiam graues, adeò vt aqua mergantur. Indæ ſunt nigræ, magnæ, carne denſa, graues, tamen exoſſes. A quibus notis quò harum ſingulæ abſunt longiùs, eò ſunt deteriores: hæ autem omnes ſunt frigidæ primo gradu, ſiccæ ſecundo. Siccandō enim excrementa partium putrida valẽter abſumũt, molleſq; partes & laxas d[…]ant, & denſant, multaque adſtrictione cogunt. Cor, ſtomachum, reliquumq; ventriculum, & hepar roborant: quapropter exhilarant, colorem cutis, odorem oris, & ſudoris cõmendant: corpus floridum & iuuenile diu tuẽtur, tremori cordis conferunt, hæmorrhoidibus commodant. Purgant ventriculum bile, ab eaq; tertianam, & reliquas febres bilioſas & ardorem extinguũt, præſertim citrinæ. Hæ enim præter cæteras ſunt chologogæ: ob id calidis & bilioſis naturis ſalubres. Eædem omphacio, vel aqua roſarum, vel ſucco fœniculi maceratæ, confricatæ, oculum tergent, intemperiem eius calidã auferant. Earum quoque puluis tenuiſſimus, per ſe quidem delachrymationem ſtringit, oculum ab humore multo laxiorem iuuat: cum maſtiche verò, vlcera ſiccando ſanat. Cepulæ verò ſunt phlegmagogæ, ventriculum purgant, & roborant, rationalem animæ partem vegetant, viſum [ & ſenſus alios ] acuunt: præſertim conditæ, hydropi & febribus diuturnis conducũt. Nigræ melancholiam purgant, & bilem vſtam, tremori, triſtitiæ, lepræ, quartanæ, & cæteris affectibus melãcholicis proſunt, coloremque cutis viuidum efficiunt. Quia verò dictę myrobalani omnes obſtructionem promptè excitant, in corpore obſtructioni opportuno, & villis ventriculi, & inteſtinorum facilè adhærentes, ceu magis quibuſdam ea exaſperant, non dentur obſtructioni obnoxiis: aliis verò dẽtur cum diuteticis

ticis, vel infuſæ ſero lactis, vel ſucco fumariæ, vel cum abſinthio, agarico, rhabarbaro, ſpica nardi. Oleo autem amygdalarum dulcium, vel roſato, vel violato, vel ſeſamino imbutæ & confricatæ, vel cum amygdalis dulcibus, aut vuis paſſis, aut harum melle tritæ, vel cum caſſia, vel manna, vel tamarindis, vel violis conditis, vel alio leniente medicamento ſumptæ, ventriculum & inteſtina leniunt, & citò per ea lubricant, etiamſi quibuſdam aliter viſum eſt: neque ampliùs his adhærent, aut rugas inducunt.

Datur citrinarum tritarum puluis à drachmis duabus ad drachmas quinque: maceratarum verò expreſſum, à drachmis quinque ad drachmas viginti. Indarum & cepularum puluis à drachmis duabus ad drachmas quatuor: expreſſum infuſarum à drachmis quatuor ad drachmas decem.

Veruntamen harum decoctum promptiùs, & valentiùs obſtruit, quàm maceratarum expreſſum. Aſſæ item ipſæ minùs purgant, potentiùs conſtipant, & adſtringunt, & his magis vſtæ. Harum quoque tritarum puluis quò tenuior, eò vehementiùs adſtringit: maceratarum verò expreſſum, minùs adſtringit, omnium maximè purgat. Cepulæ verò conditæ purgant quidem minùs, partes nutritorias roborant magis: non conditæ contrà.

### *De Emblicis.*

Emblicæ parum frigent, ſiccant ordine primo, pituita etiam putri ventriculum purgant, eumque & cerebrum, neruos, cor, hepar, & partes laxas conſtringendo roborant: ob id tremori cordis conferunt, appetentiam inuitant, vomitum ſiſtunt, furorem & latratus eius cohibent, vim animæ rationalem augent, calorem viſcerum inſigniorem, & inde natam ſitim extinguunt. Præſtantiores ſunt magnæ, carnis multæ, denſæ, graues, oſſium paruorum: largiùs purgant, & rugis ventriculo minùs incommodant, ſi aqua in ſole macerentur, donec ' ımectatæ tumefiant. Poſteà expreſſæ mulſa biduo macerantur, igni lento coquuntur: vbi coctæ refrixerint, mellis albiſſimi parte quarta exceptæ reconduntur: aromatibus quoque cinnamomo, xylaloë, cardamomo, croco, gallia, & ſimilibus nonnulli condiunt.

### *De Bellericis.*

Bellericæ etiam ſunt benignæ, & roborant: frigidæ primo gradu, ſiccæ ſecundo, cætera emblicis viribus proximæ. Optimæ ſunt magnæ, multa & denſa carne, graues.



ALEXANDER PETRUS... DEI GRA REX ARAGONUM ... FERDINANDUS

TAMARINDI *folia.* TAMARINDI *fructus & ſemina.*

*Oxyphœnicum perperam creditum.*





Thamar-Indorum ſemina recentia Caſſiæ quadamtenus, ſed maiora & anguloſa, quadrati piſi ritu, compreſſiora tamen è ſiliquis carnoſis & multis fibrarum cirris implexis Phaſeli noſtratis maioribus, quales in G. Drieſch, & aliis inſtructiſſimis officinis Antuerpiæ proſtant (minimè è palmulis aut eius generis fructibus, vt multi credidere, qui non viderunt) in horto ſata præfati G. Drieſch nobis pereleganter arbuſculas ſeſquipalmares ſæpè pepererunt, quæ hyemis rigoribus periere. Eorum vnum hîc pictum damus. Foliis vtrinque ex aduerſo oppoſitis ordine ſecundum coſtæ aut pediculi longitudinem Oſmundæ vocatæ filicis modo digeſtis, virentibus, & guſtu acidis, quæ contrahuntur & clauduntur per imbres etiamque ad Solis occaſum.

Picrocolis ſaluberrimi. Infuſione purgant bilioſum humorem extinguuntq;, & pituitam incidunt, attenuant: ſitim delent: exſiccant & refrigerant initio tertij ordinis.

*De Tamar Indis.*

MESVE. Medicamentum excellens ac innocens, frigidum ſiccum ordine ſecundo. Ob id humorum acrimoniam reprimit, bilem purgat, eiuſque & ſanguinis feruorem furoremque compeſcit, febres acutas lenitione egentes & icterum ſanat: ſitim ac omnem ventriculi hepatiſque ardorem extinguit: vomitum ſiſtit.

Ne ventriculum frigidum lædant, cauetur miſtis hunc roborantibus, ſpica nardi, mace, maſtiche, ſucco abſinthij, fœniculi, apij, intybi, cichorij agreſtis. Actionem verò eorum imbecillam intendit ſerum lactis caprini, vel ſuccus fumariæ, lupíve ſalictarij. Macerantur autem ſextuplo prædictorum liquorum, vel aliorũ ſimplicium, aut compoſitorũ, vt triplicis granati: deinde manibus fricantur, poſt ſemel ferueſiunt: poſtremò colantur, donec potio ſit liquida & clara, præſertim quandò flammeum calorem citiùs extinguere libet: quandò etiam roſæ, ſantala præcipuè, citrea, ſpodium ſimul cum his macerata, vt potentiùs refrigerent. Non colati quoque dantur, quando potentiùs ardor ille extinguendus eſt.

GVANABANVS

GVANABANVS *Scaligeri fortè Cluſio.*



*Guanabani medulla & ſemina.*

Thamarindis annectere viſum fuit ſimili de dote, conſimiliq; vſu, graphicè à C. Cluſio noſtro, ſtirpium rariorum huius ætatis doctiſſimo depictos Canabanos: vt cuius folia laurina, renis effigie ſemina duriſſima, & Thamarindi albidam ſaporis medullam fragilem, præſiccam, ſępius deguſtarim, etiam apud Guillielmum Drieſch pharmacopœum & ciuem Antuerpianum peritiſſimum.

*Cluſij autem verba hæc ſunt ex Ouiedo.*

GVANABANVS procera arbor eſt, & formoſa folio eius Medicæ mali quam Limoneram appellant, virente: fructu pulcherrimo, mediani Melonis magnitudine, qui tamen interdum in capitis pueri craſſitudinem excreſcat. Cortex huic fructui viridis, & qui certis quibuſdam ſquamis diſtinctus videatur, vt Strobilus, lenioribus tamen neque ita tumentibus, quandoquidem totus cortex tenuis ſit neque craſſior quàm in piris. Caro candidiſſima ſaporiſque delicatiſſimi, quæ facilè pinguedinis lactis inſtar, in ore reſoluitur. Per eius carnem ſparſa ſunt ſemina magna, Cucurbitarum ſeminibus aliquanto maiora & nigricantia. Frigidus eſt hic fructus, & per æſtus vtilis. Nam tametſi quis integrum Guanabanum deuoret, nullum inde ſentiet nocumentum. Infirma eſt ligni materies. Hæc Ouiedus.

CETERVM hic Guanabanus diuerſus eſt ab eo, cuius Cæſar Scaliger lib. de Subtilitat. aduerſus Cardanum exercitatione 281. partic. 6. meminit in hunc modum.

GVANABANVS arbor eſt Pini ſtipite, procera, folio magno oblongoq;, fructus Melonis magnitudine: cortici color viridis, ſplendor Cydonij, digitalis craſſitudo. Caro intus candida, dulcedine lactis coacti, ſemina continet phaſiolacea. Hunc enim eſſe puto qui ſuperioribus annis ex Æthiopiæ Mozambique Antuerpiam allatus eſt. fructus craſſus, ſeſquipedali longitudine, cui denſus dureſque cortex tenui mollique vt in cydoniis, ſed viridi lanugine obductus, aliquot per longitudinem excurrentibus venis, ſiue potiùs ſulcis vt in Melonibus. Extrema parte in mucronem deſinit: ſuperiori verò,

qua videlicet è ramis dependet, pediculo inhæret firmo duro & fibroſo. Continet hic fructus pulpam candicantem, qua Æthiopes in febrium ardoribus vtuntur ſitis ſedandæ gratia, iucunda etenim aciditate prædita eſt. Hæc ſiccata friabilis eſt, ſic vt digitis trita in pollinem reſoluatur, remanente tamen perpetuo aciditate. Per hanc ſparſa ſunt ſemina renibus, aut Anagyridis legitimæ fructui ſimilima, nigro tamen colore nitentia, ac ex vmbilico fibris quibuſdā ſuſpenſa, vt in eius icone conſpicere eſt. Hæc terræ commiſſa plantulas folio Laurinis ſimili protulerunt, ſed quæ ſubſequente hyeme perierint.

*Plura pete ex Cluſio in ſuis doctiſſ. Garcia verſionib.*

*Fructus* HIGVERO *apud Cluſium.*



AHOVAY THEVETI *apud Cluſium.*



CLVS. Porrò apud me ſeruo ex huius fructus aut huic ſimilis ſeminibus, quibus exempta eſt medulla, lora duo filo xylino contexta: alia item bina è fructu quodam anguloſo. Conſtant verò ſingula lora duplici aut triplici filorum xylinorum ordine reticuli modo contextorum, è quibus dependent vacui fructus eo quem exprimi iuſſimus modo. His Canibales ad crura alligatis in ſuis ſaltationibus vti ſolent, quemadmodum apud Mauritanos atque etiam Hiſpanos nolarum & tintinnabulorum vſus eſt: mirum etenim quantum hi fructus ex mutua colliſione ſonitum edant. Poſterioris meminit Theuetus cap. 36. Singular. Americæ in hunc modum.

AHOVAY nomen eſt arboris fructu venenoſo & lethali, magnitudine vulgaris Caſtaneæ, candido, forma literam Græcam Δ repræſentante. Huius nucleus præſentiſſimum eſt venenum, quod alter alteri in mutuis odiis & diſſidiis, præſertim verò viri vxoribus infenſi, aut contra vxores viris indignatæ propinare ſolent. Peregrinis ſanè nullo modo eum fructum recens collectum communicant, atque ab eius etiam contactu liberos ſuos arcent, niſi cui exemptus ſit nucleus. Eo etenim exempto, fructu pro nolis vtuntur, quas è cruribus ſuſpendant, tantumq́; ſonitum edunt, quantum tintinnabula aut nolæ noſtrates. Arbor ipſa Piri magnitudine, folio ternos aut quaternos digitos longo, duos lato, ſemper virente: cortex ligno candicans. Reciſi rami ſuccum emittunt lacteum. Arbor præciſa teterrimum ſpirat odorem: quam ob cauſam nullius eſt vſus, imò ne igni quidem ſtruendo idonea.

AHOVAY Theueti mihi communicauit præclarus vir D. Ioannes Dilſius, qui Cluſio acceptum referebat.

LOTVS

Lotvs *arbor. Aduerſ. pag. 439.*
*Monſpellienſibus caeteriſq́, Linguagottis* Micocoulier.
*Gallis nonnullis* Alyſiet. *Hiſp.* Almez. *Ital.*
Bagolauro, *&* Perlaro.



Gvaiacvm *Patauinum. Vera* Lotvs *Theoph.*
*Aduerſ. pag. 439. & 440.*



Diosc. *Aluum ſiſtit baccis: ramentorum ligni decoctum ſiue potu ſiue infuſione dyſentericis, ac foeminis fluxione vului laborantibus, auxilio eſt. Rufat capillos: citam aluum cohibet.*

## Gvaiacvm Indicvm.

Omnibus morbis ex humore præſertim frigido ortis medetur: amaritudine, acrimonia, incidit, attenuat, terget, vacuat, ſudores mouet, cutis vitia emendat.

## Ἔβενος. Ebenvs. *Gal.* Ebene noir. *Hiſp.* Ebano.
## *Lege* Hebenvm, *ſiue* Xylaloes *Officinarum.*

Diosc. *Ebenus optima habetur aethiopica & nigra, nullos habens venarum diſcurſus, ſed leui & cornus leuore: cùm frangitur denſa apparet, mordens guſtu, atque aſtringens. ſi ſitur iucundo odore ſupra carbones ſine fumi taedio. recens autem ad ignem prolata, ob pinguitudinem accenditur: & trita ad cotem flaua fit. altera eſt Indica, internatis ſegmentis candicantibus, & modicè fuluis, item frequentibus maculis. caeterùm prior, bonitate antecedit. Apud quoſdam ſeſaminae, aut ſpineae ligna conſimilia pro ebena veneunt. quod diſcernitur ex eo, quòd fungoſa ſunt, & in purpureas aſſulas reſoluuntur, nihil mordacitatis in guſtu, nec redolentia in ſuffitu praeferentia. Caliginē oculorum abſterget. ad vete-*

*ves deſtillationes, puſtulasq́; mirum in modum pollet. ſi quiſpiam facta ex eo coticula collyriis vtatur: melius proficiet. ad oculorum medicamenta efficax eſt, ſi ſcobes ramentave vino Chio die noctúq; macerata, in collyria digerantur. Nonnulli prætrita ipſa excolant, reliquaq; eundem in modum peragunt. alij pro vino aqua vtuntur. Vrunt in fictili nouo, donec in carbones redigatur. lauatur plumbi vſti modo, & ita ſiccis ſcabruq; lippitudinibus conducit.*

φιλύρα. TILIA *fœmina Theoph. Aduerſ. pag.* 440. *Angl.* Linden tre. *Germ. & Belg.* Linden. *Gal.* Tillet, & Tilleul. *Hiſp.* Teja. *Ital.* Tilia, & Teio.



TILIA *mas. Aduerſ. pag.* 440. *Germ.* Steinlinden. *à natalibus. Ital.* Tilia Maſchio.



Tiliæ cortex commanſus & appoſitus vulnera glutinat. Tumores pedum, decoctum foliorum diſcutit. Diſſectæ arboris è medulla defluens humor illitus alopeciis medetur; defluentem capillum retinet Matth. Aqua è floribus diſtillata epilepticos pota, ſua peculiari dote, iuuat.

πτελέα. VLMVS. *Aduerſ. pag.* 440. *Angl.* Elm tre. *Germ.* Ulmen, Iffenholtz, Riſtenholtz, Lindbaſt. *Belg.* Olmboom. *Gal.* Omeau. *Hiſp. & ital.* Olmo.

DIOSCOR. *Vlmi & folia & cortex & rami, vim habent ſpiſſandi. Folia trita ex aceto ad lepras efficaciter illinuntur. vulnera glutinant, ſed multo magis corticis tilia, ſi faſcia loco interqueatur. nam in lori morem flecti poteſt. craſſior cortex in vino aut aqua frigida vnciatim potus, pituitas trahit. fracta oſſa celerius ſolideſcunt, ſi decoctio foliorum corticis aut radicis foueantur. humor in folliculis enaſcens prima germinis eruptione, cuti illitus nitorem inducit,*

*facieq́;*

LMVS.



*faciemq́; ſplendidiorem præſtat. qui dum ſiccatur, in animalia abit, quæ culicum formam gerunt. Folia cùm tenereſcunt cocta, olerum more ad obſonia vſurpantur.*

CARPINVS. *Aduerſ. pag.* 440.
*Gallobelgis* Carne. *Ital.* *Carpino.*



Subſtantia Vlmi duriori, cortice ſubalbicante.

BETVLA.



BETVLA. *Aduerſ. pag.* 440.
*Germ.* Birkenbaum. *Belg.* Berckenboom, *Gallobelgis* Bouleau, & bouillet. *Ital.* Betula, Bettola & bidollo.

Cremati ligni emanans liquor oculorum albugines & cicatrices delet.

ALNVS

Κλῆθρα. ALNVS *inſcribatur lin. 45. Aduerſ. pag. 440.*
*Germ.* Erlenbaum. *Belg.* Elzen. *Gal.* Aulne. *Ital.* Alno.

Humor terebello caudice perforato emanans diutiùs epotus ad comminuendos veſicæ & renum calculos Matthiolo commendatur. Cutis vitia emendat, & nitorem conciliat: collutione oris vlceribus medetur.

AMELANCHIER *Gallorum. Aduerſ. pag. 441.*
Auelancques *Linguagottorum.*
*Lege an eadem Aliſier Gallorum?*



CORYLVS *perſimilis Alno. Angl.* Haſel tre. *Aduerſ. pag. 441.*



CORYLVS.

Auellanæ concoctu difficiles, quemadmodum cæteri duriores nuclei.

DIOSC. *Stomacho infeſta ſunt: ipſa tamen trita & in aqua mulſa pota, tuſſi veteri medentur. Toſta & cum exiguo piperis pota deſtillationem concoquunt. Crematarum cinis cum axungia aut adipe vrſi perunctus alopeciis capillum reddit. Aiunt nonnulli vſta earum putamina, & in cineris ſpeciem redacta, cum oleo, caſiorum oculorum pupillas infantibus denigrare, pertuſo ſincipite.*

λευκή, Popvlvs *alba. Gallobelgis* Obeau, Aubel, ou Obel. *Belg.* Abeelboom. *Hiſp.* Almano biãco. *Germ.* Abielbaum, Pappelbaum, weiſz alberbaum, weiſzpopel weyden. *Ital.* Popolo bianco. *Aduerſ. pag.* 441.



αἴγειρος. Popvlvs *nigra. Gall.* Peuplier. *Angl.* Asp, or popler tree. *Ital.* Popolo negro. *Germ.* Alpen *&* popel weiden. *Hiſp.* Alcamo negrillo. *Belg.* Populier *&* Popularre. *Aduerſ.* 441.



Diosc. *Potus albæ populi cortex vnciæ vnius pondere, iſchiadicis ac vrinæ ſtillicidio prodeſt. Abortiuum fieri tradunt, ſi cum mulino rene bibatur. folia quoq́, cum vino poſt purgationes pota, idem præſtare produntur, tepens foliorum ſuccus vtiliter aurium dolori inſtillatur. Pilulæ quæ primo foliorum partu exiliunt, illitæ cum melle oculorum hebetudini medentur. Memoriæ prodiderunt, corticem albæ populi & nigræ, particulatim cæſum, & ſulcis ſtercoratis mandatum, omni tempore anni edules fungos proferre.*

## Popvlvs *nigra.*

Diosc. *Populi nigræ folia cum aceto illita magna vtilitate podagricis doloribus illinuntur. Reſinam populus fundit, quæ in malagmata additur. Semen potum ex aceto comitialibus vtile eſt. Lachrymam populorum commemorant quæ in Padum amnem defluat, durari, ac coire in ſuccinum, quod electrum vocant, alij chryſophorum, id attritu iucundum odorem ſpirat, & aureum colore imitatur. tritum potúmque ſtomachi ventriſq́ue fluxiones ſiſtit.*

Populus Lybica.



Populus Libyca. Ital. Popolo montana.
*Libyca Plinij, Crataegus Theoph. quorundam.*
*Quibuſdam Gallobelgis* Nieſpe: *Flandris item* Mieſpenboom. *Aduerſ.* 441.

ARBOR *Iudae. Siliqua ſyl. Cluſij.*
*Acatia Matth. Aduerſ.* 441.

lege Xeran-pel.

*Floribus albis varias.*

Μι, α ἡ συκάμινος. MORVS *candida.*
*Morus celſa officinarum.*
*Germ.* Maulberbaum. *Angl.* Mulberp tree.
*Belg.* Moerbeſien boom. *Gall.* Meurier.
*Hiſp.* Moral: *Mora autem* Moras.
*Ital.* Moro. *Aduerſ.* 441.

Morvs.





lege ſaniè dulcia ſo 12 & b. 18. Appolini; & paulò ante lege ſimilla. 11 [illegible] conſtitutione.

MORVS

## Morvs.

Diosc. *Morus arbor nota eſt: cuius fructus aluum ſoluit. ſtomacho inutilis eſt, & facile corruptionem ſentit. Hoc idem præſtat mori ſuccus. decoctus autem æreo vaſe atque inſolatus, adſtringentior redditur. facit ad fluxiones, nomas, & tonſillarum inflammationes, addito mellis exiguo. Sed inoleſcit vis eius, adiecto ſciſſili alumine, galla, croco, & myrrha. item myricæ ſemine, iri, & thure. Immatura mori poma ſiccantur, tuſaq́ acinorũ rhois vice obſonijs miſcentur, vt cœliacos iuuent. Radicis cortex decoctus in aqua & potus aluum reſoluit. latas ventris tineas excutit. hic quoque auxiliatur qui aconitum hauſerunt. Folia trita ex aceto illita, ambuſtis igni medentur, tinguntq́ capillum, vitium & fici nigræ frondibus ſimul coctis in aqua cæleſti. Succus foliorum cyathi menſura potus cõtra phalangiorum morſus auxilio eſt. Feruefacti corticis & foliorũ iure dentes aptiſſimè in dolore colluũtur. Radix circiter meſſem inciſa, facto in ambitu ſcrobe, ſuccum emittit, qui poſtridie concretus inueniri ſolet. is in dolore dentium efficax eſt. tubercula diſcutit. & aluum purgat.*

## Sycomorvs.



*Sycomorum aliqui etiam ſycaminum, id eſt morum, vocant. cuius fructus ſycomorum etiam propter inefficacem guſtum appellatur. Arbor eſt magna, fico ſimilis, frondoſa, multo lacte abundans, folijs mori. pomum ter aut quater anno fert: non ramis, vt ficus, ſed caudice ipſo, caprifico non diſsimile, dulcius groſsis, ſine granis interioribus. quod non matureſcit, niſi vngue aut ferro ſcalpatur. Naſcitur plurimum in Caria, Rhodo, locisq́ non multi tritici feracibus: vbi prouentu fœcundo reſtibilíq́, iuuamentum affert, cum annonæ caritas premit. Pomum aluo vtile eſt, ſed perquàm exilem præbet alimoniam. Stomacho aduerſatur. Succus primo vere tenera arbore, ante quàm fructum ferat, eximitur, lapidis ictu ſummo cortice deſquammato: ſi enim altiore plaga violetur cortex, nihil effluet. Spongia aut vellere lachryma excipitur: quæ ſiccata & in paſtillos coacta fictili vaſe reponitur. Vis ſucci emollit. vulnera conglutinat. diſcutit collectiones coctioni repugnantes. bibitur etiam aut illinitur contra ſerpentium morſus, duratos lienes, ſtomachi dolores, & perfrictiones. celerrimè teredinem ſentit. Gignitur & in Cypro arbor genere diſtans, quæ cùm ſit vlmus, prædita tamen eſt folijs ſycomori, fructu pruni magnitudine, multo dulciore, ſupradictis cætera ſimilis.*

ALEXANDER ... DEI GRA REX ... FERDINANDVS

Συκῆ, Fici. *Germ. & Belg.* Feigenbaum. *Gall.* Figuier. *Angl.* Figge tree. *Ital.* Fico. *Hiſp.* Higuera. *Aduerſ.* 442.



Chamæficus.



Diosc. *Fici maturæ recentes ſtomachum lædunt. aluum ſoluunt. ſed facile contracta ab eis fluxio ſiſtitur. ſudorem euocant papulaſq; ſitim ſedant. calorem reſtingunt. ſiccæ natura excalfaciendi. vires alunt. ſed ſitim magis ſtimulant. aluo vtiles. rheumatiſmis ventris & ſtomachi contraria. gutturi autem, arteriæ, renibus, veſicæ, & iis quos longa valetudo decolorauit, anhelatoribus, hydropicis, comitialibus aptiſſimæ. feruefactæ cum hyſſopo & potæ, thoracem purgant. tuſſi veteri, diuturniſque pulmonum vitiis conueniunt. aluum molliunt tuſæ cum nitro & cnico, dein manducatæ. decoctum arteriæ & tonſillarum inflammationibus gargarizatu prodeſt. cum hordeacea farina cataplaſmatis miſcentur. & in muliebres fotus cum fœno græco & ptiſana. cæterùm cum ruta coctæ torminibus infunduntur. coctæ illitæq; duritias diſcutiunt. parotidas & furunculos emolliunt. panos ad maturationem perducunt, maximè nitro, iri aut calce addita. crudæ ſi cum antedictis tundantur, eadem efficiunt: cum malicorio, pterygia purgant. cum atramento ſutorio, depaſcentis ferè tibiarum fluxionibus, & cacoëthicis vlceribus medentur. quin & cum vino decoctæ addito abſinthio & hordeacea farina, vtiliſſimè hydropicis [a] illinuntur. crematæ cum cerato ſanant perniones, prurigines; ſoniaſq;, ſi crudæ terantur, & ſinapi liquoreq; aliquo exceptæ auribus inſtillentur.* Tam ſyluestris, quàm satiuæ fici lacteus ſuccus coaguli modo lac contrahit: concretumq; diſſoluit, vt acetum [b] exulcerat corpora. meatus aperit. ſoluit aluum. vuluam recludit cum derita nuce græca potus. menſtrua ciet cum luteo [c] ouo appoſitus, aut Tyrrhenica cera. podagricorum cataplaſmatis cum farina [d] fœni græci & aceto vtilis. lepras, lichenas, vitiligines, vitia cutis in facie, pſoras, vlcera in capite manantia, cum pureſtum expurgat. illitus iis plaga, percuſſis à ſcorpione, venenatorum ictibus, [e] & rabidi canis morſibus auxiliatur. prodeſt dentium dolori lana exceptus, & cauis eorum additus. verrucarum informicationes [f] tollit cum adipe, circumlita in ambitu carne. Hoc idem præſtat ſuccus è teneris ramis ſylueſtris fici, qui lactis pregnantes, ſilente adhuc oculo

b Eadē ...

c Eadē ...

e EMID...

ry..

*tuſi exprimuntur: & ſiccatus in vmbra reponitur. Et lac & ſuccus imponuntur exulceratorijs medicamentis. Decocti cum bubulis carnibus ramuli ficulni, facilem afferunt decoctionem: hoc efficiunt quod magis ſoluat, ſi inter coquendum ficulneo ſurculo ſpathæ loco moueatur.*

* omnia ferè eadem Plin. * Plin. eadem ſubdit: aut potus cum amylo pilos quoque detrahit, palpebratumque ſcabiem emendat. * Plin. aduerſatur crabronum, veſparumque, & ſimilium venenis, priuatim ſcorpionum.

*ὄλυνθοι, Groſſi. Aduerſ. 442.*

DIOSC. *Groſſi, quæ erinei nonnullis vocantur, cocta, illita ſtrumas nodóſq; omneis emolliunt. crudæ formicas, verrucas & thymos, nitro farináq; additis, tollunt. Folia eadem poſſunt, illita cum ſale & aceto vlcera in capite manantia, epinyctidas, & furfures ſanant. iis ſicoſæ extuberationes, & genarum ſcabritiæ perfricantur. Nigræ ficus folijs cauliculiſq; candidæ vitiligines perunguntur. faciunt ad canum morſus, & vlcera quæ ceria, id eſt fauos, vocant. Groſſi cum ſylueſtris papaueris folijs oſſa extrahunt. furunculos cum cera diſcutiunt, contra muris aranei morſus, & ſcolopendræ venena, cum eruo & vino illitæ, auxiliantur. Fit ex cinere ficus tam ſylueſtris quàm ſatiuæ lixiuium, crematis ramorum cauliculis: quod ſubinde macerari opus eſt & inueteraſcere. ſiquidem inter cauſtica intelligitur. Gangrenis prodeſt. nanque expurgat & conſumit quæ excreſcunt. eoq; ſic vtendum eſt: Spongia aſſiduè hoc lixiuio imbuta ſuperponitur. Interdum dyſentericis, & influxiones vetuſtas, & ſinus cuniculatim exedentes, magnoſq;, inſtillari conueniet. Etenim purgat, conglutinat, carne replet, & oras committit, non ſecus atq; emplaſtra quæ cruentis vulneribus iniiciuntur, enæma vocant. bibitur ad diſcutiendum ſanguinem concretum. & contra præcipitationes, rupta, conuulſa, cum cyatho aquæ recenter colatum, addito olei exiguo. cœliacis, dyſentericis per ſe cyathus datus prodeſt; neruorum vitijs, conuulſionibus commodè illinitur ex oleo, vtpote quòd ſudores moueat. aduerſus gypſi potum & phalangiorum morſus bibitur. Hæc eadem præſtant reliqua lixiuiæ, præſertim quernum, omnia tamen aſtringunt.*

*Syce. Ficus arbor.*

GAL. Ficus arbor calidæ tenuiumque partium temperaturæ eſt, ceu indicant tum liquor eius, tum foliorum ſuccus. Valenter enim eorum vterque calidus eſt. Itaque non mordicat tantum, aut vehementer abſtergit, ſed & vlcerat, & ora vaſorum reſerat, & verrucas quas myrmecias vocant, eiicit, ſed & purgare poteſt. Porrò ficus agreſtis, quam erineum Græcè (Latinè caprificum) nominant, tum opus, tum ſuccus ad omnia quàm ſatiuæ valentior eſt. Sed & cradæ* earum adeò ſunt calidæ, tenuiumque partium, vt carnes bubulas duras, ſi coquendis adiiciantur, friabiles ac teneras efficiant. *ſ. rami ficulnei.

*Syca. Ficus.*

Gal. Ficus aridæ vim habent excalfaciendi ordine primo etiam cõpleto, aut ſecundo incipiente: habent verò etiam partium tenuitatem quandam. Ex iſtis duobus idoneæ ſunt quæ tubercula dura concoquant: ſtatim verò etiam ea digerunt. Atq; ipſæ per ſe illitæ eiuſmodi vim obtinent. Sed & decoctũ earum eiuſdem vtique naturæ eſt. Verùm vbi magis concoquere conſilium eſt, miſcenda eſt farina triticea: vbi verò plus digerere, hordeacea: panis horum in medio. Sed hæc magis ſunt propria tractatus De medicamentorum compoſitione, & rationis curandi: verùm in præſentiarum hæc de iſchiadibus nouiſſe ſufficiat. Porrò ſcire oportet, quòd quæ pinguiores ſunt, magis poſſunt concoquere: quæ verò guſtu acriores, magis tum extergere tum digerere. Cæterũ quod ex iis plurimum in aqua coctis efficitur, ſimile eſt melli non ſolùm conſiſtentiã, ſed & facultate. Porrò ficus virides comeſæ propter admiſtam humiditatem facultatis ſunt imbecillioris: ſubducunt tamen aluum vtræque tum humidæ, tum ſiccæ. Porrò ficus caprifici acris & digerentis facultatis ſunt: ſic etiam domeſticarum groſſi, Græcè vocant ὀλύνθοι: ineſt enim illis nonnihil etiam ſucci ex ficu arbore.

PLATANVS, *Gall.* Plane, *Ital.* Platano. *Germanis incognita.*

*Aduerſ. pag. 442.*

DIOSC. *Tenerrima Platani folia in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones ſiſtunt. Tumores & inflammationes leuant. Decoctus cortex in aceto, dentes in dolore colluit. Virides pilulæ in vino potæ, Serpentium morſibus auxiliantur. Exceptæ autem adipe, igni ambuſta ſanant. Inſidens foliorum pilularumque lanugo oculos & aures offendit.*

Gal. Platanus humidioris frigidioriſq; eſſentiæ eſt, non ita multò quàm ſymmetra. Proinde folia viridia trita & illita, non obſcurè phlegmonas naſcentes adiuuant. Cortex autem & pilulæ magis deſiccantem vim obtinent, vt ille quidem in aceto coctus ad dentium adhibeatur dolores, pilulæ verò cum adipe ad vlcera ambuſta. Sunt autem qui cortice combuſto medicamen deſiccatorium & abſterſorium efficiunt, vt cum aqua lepras ſanet: per ſeſe autem illitum, ob humorem nimium vlcera vetera & ſordida. Vitandus eſt puluis foliis arboris inſidens: alioqui ſi ſpiritu attrahatur, arteriam offendit, valenter deſiccans & exaſperans, vocemque lædit, ſicut ſanè etiam viſum & auditum, ſi in oculos aut aures inciderit.

Acer maior Cordi.



Ige frequentior. lin. 39.

**ACER** *maior Cordi.* *ψευδοπλάτανος Anguillara.* *Gall. etiam* Plane, *quaſi* Platane. *Ital.* Pie d'oca & Piatano aquatico. *Aduerſ.* 443.

**SORBVS** *torminalis Plin. Aduerſ.* 443. *Crataegus Theoph. Anguil.*



Oxyacantha.



**OXYACANTHA.** *Cynoſbatos Tragi.* *Hiſp.* Eſpino de maiuelas. *Angl.* Hawdthorntree, & Mey. *Aduerſ. pag.* 448.
*Sorbus aculeata Cordi. Spina appendix Plin. Geſnero.*

DIOSC. *Huius bacca potu aut cibo alui profluuium & abundantiam fœminarum ſiſtunt. Radix illita aculeos & ſpicula extrahit. Abortū fieri tradunt, ſi ter radice venter, aut ſenſim feriatur, aut perungatur.*

*Varietas.* Auguſto, & ipſa bruma nonnunquam in Anglia floret, alioqui non abſimilis.

Gal. Arbor vt Pyro ſyluestri ſimilem habet ſpeciem; ita & facultates minimè diſſimiles: quin & ipſi fructus Pyri quidem ſylueſtris prorſum & abſolutè auſterus eſt; Oxyacanthes autem tenuium partium eſt, & modicè incidit. Porro arboris huius fructus Pyri ſyl. ſimilis non eſt, ſed Myrti potius fructui. habet verò & nucleos. Cæterùm non tantum eſus, ſed & bibitus omnes fluxionum affectus cohibet & ſiſtit.

Sambvcvs *aquatica ſiue roſea. Lycoſtaphylus mas & fœmina Cordi.*
*Belg.* Gelders roſen. *Aduerſ. 444.*

Amomvm. *Aduerſ. 444.*

Diosc. *Vim habet calfaciendi, aſtringendi, exiccandi. Somnum allicit, & illitum fronti, doloris ſenſum aufert. inflammationes & meliceridas concoquit, diſcutitq́, iuuat quos ſcorpius percuſſit, ex ocimo illitum. & podagricis confert. inflammationes oculorum viſcerúmque lenit ex vua paſſa. ad vuluarum vitia in peſſis, aut inſeſſionibus vtile eſt. decoctū iocineri, renibus, podagræ, potu conuenit. Antidotis immiſcetur, & precioſiſſimis vnguentis. Adulteratur herba amomo ſimili, quæ amomis vocatur, ſed ſine odore, ſine fructu. naſcitur in Armenia, flore origani. Quare in huiuſcemodi probationibus fragmenta fugienda ſunt: eligenda autem, quæ ab vna radice integros ſurculos emittunt.*

Meſpilvs *Aronia.*
*Monſpellienſibus* Pommetz.
*Ital.* Azaroli.
*Aduerſ. 443.*



Ribes *Arabum: Gallis & Gallobelgis* Grouſeilles rouges & Grouſeilles d'outremer. *Ital. & Hiſp.* Ribes. *Germ.* S. Johans treubel & Treublin. S. Johans beerlin. *Belg.* Aelbeſſen. *Aduerſ. 445.*



*lege ſolanis. lin. 22.*

*Ribes Arabum.*

Guſtus & vires Berberidi ſimiles, ad acres alui fluores, ſitim & vomitus arcent. Angliæ vdis ſiluoſis gaudet.

*Varietas.* Candidioribus folijs & ramulis Ribes in hortis Belgicis alitur, cuius acini dulces aſſeruntur. Apud nos floret, fructum tamen nullum edit.

Rosa

Roſa Hieri-contea.



## ROSA HIERICONTEA. *Aduerſ. 445.*

Folia parua Oleæ aut Monſpelliacæ Phyteumatis, & floſculos albos, cauliculo palmari inhærentes Bamiæ ritu, quatuor foliolis conflatos Eryſimo pares in alabaſtriculis oblongis habet.

## CARDAMOMVM. *Aduerſ. 445.*

DIOSC. *Cardamomum optimum eſt, quod ex Comagene, Armenia, Boſphoroq́; deuehitur. in India quoq́; & Arabia prouenit. Eligi debet plenum, frangenti contumax, occluſum, farctumq́;. quod enim huiuſmodi non eſt, exoletum iudicatur, & guſtu acre, ſubamarum, & odore caput tentans. Excalfactoriam vim habet, potumq́; ex aqua facit ad comitiales, iſchiadicos, tuſſes, neruorum reſolutionem: item ad rupta, vulſa, tormina, latas ventris tineas excutit. Ex vino autem potum renibus, difficultati vrinæ, à ſcorpione ictis, neque non omnibus venenum vibrantibus, auxilio eſt. Cum cortice radicis lauri epota drachma calculos comminuit: partus ſuffitu enecat. ſcabiem ex aceto illitum adimit. Et ad vnguentorum ſpiſſamenta additur.*

Gal. Eſt & ipſum ſanè facultatis admodum calidæ, non tamen vſque adeò vt Naſturtium, ſed quanto ſi  hius magiſq; fragrans eſt Naſturtio, tãto & imbecillior ei calida facultas ineſt. Nec enim vlcerare idoneum eſt vel ipſum per ſe illitum: porro adiunctum habet quiddam etiam amaritudinis, qua lumbricos interficit, & cum aceto valenter pſoras detergit.

*Cardamomum minimum.*



*Cardamomum maius vulg.*



Cardam. medium.



*Cardamomum minus vulg.*



Milleguetta Grana para-diſi. Aduerſ. pag. 445.





DEI GRA… REX ARAGONIAE · ALEXANDER … FERDINANDVS

PIPER longum Monardi.



PIPER *longum.* *Μακρὸν πέπερι, Macropiper. Aduerſ. pag. 445. & 426.*
*Angl.* Long pepper. *Germ.* Lang pfeffer. *Belg.* Lange peper. *Hiſp.* Pimienta.

DIOSC. *Vehementius mordet, ſubamarum relinquitur, antidotis & theriacis expetitum.*

Gal. Humidius * eſt: humiditatis eius indicium eſt, quòd facilè repoſitum perforetur, ac non protinus mordicet, ſed poſt paulo incipiat, verùm pluſculum duret.

Calidum & ſiccum ſecundo ordine cum leni acrimonia & adſtrictione.

* De recenti intelligendum.

PIPER *longum quoddam Monardi.*

In doctiſſimis C. Cluſij verſionibus Monardi his verbis aliud Piperis longi genus deſcribitur.

Toto continentis tractu in quo Nata, Carthago, & etiam in nouo regno, magnus eſt vſus piperis cuiuſdam oblongi, quod maiore acrimonia prӕditum eſt Orientali, magiſque aromaticum, & iucundiore odore ſpirat, quàm Axi ſeu Capſicum; quinetiam prӕfertur piperi nigro, cum ſaporis, tum ſuauitatis cauſa. Altӕ cuiuſdam plãtӕ fructus eſt oblongus, craſſitie quidem funiculi, at dimidij pedis longitudine, conſtans veluti multis granulis, circa pediculum oblongum & continuo ordine diſpoſitis, ſeminis Plantaginis modo; quibus ademptis, pediculus nitidus conſpicitur. Recens viridis eſt. Sole matureſcit & nigreſcit. Calidum eſt tertio gradu.

*Lege* VVA *criſpa. Aduerſ. pag. 445. Vitis precia Plin. Angl.* Goos berrye. *Ger.* Wegdorn, & Crutzbeer. *Belg.* Stekelbeſſen, & kroeſbeſſen. *Gal.* Groiſelier. *Hiſp.* Vua creſpa, *ſiue* Eſpina. *Ital.* Vua ſpina.



Refrigerat cum modica adſtrictione. Viſcerum ӕſtus compeſcit; ideo febribus ardentibus vtiles ſaccharo conditi. Sanguinis & ventris eruptionibus opem ferunt. Folia tenera calculum & vrinas pellunt. Cum Berbere, Omphacio & Ribe conſimile munus obit.

ῥόδον. Roſa. *Angl. Germ. & Belg.* Roſenbaum. *Gal.* Roſier, *Hiſp. & Ital.* Roſa. *Aduerſ. pag.* 446.
Rosa damascena.



Roſa *ſylueſtris pomifera*. *Aduerſ. pag.* 446. *Belg.* Dunen Roſen.



*Damaſcenæ varietas.*

Roſam Damaſcenã ſiue Prouincialem vulgi odoratiſſimam niueis omnino floribus vel tantillo candore & rubore confuſis, maximo prouentu alebat Gandaui D. Adrianus vander Gracht horum peritiſſimus, & ſtudioſiſſimus.

Diosc. *Roſa refrigerat & aſtringit, ſed ſicca multo magis. Succus recentibus foliis exprimitur, deſectis forſice vnguibus (ſic appellantur candidæ foliorum partes) reliquum in pila premi & teri debet in vmbra donec cogatur: & ita ad oculorum circumlitiones recondi. Siccantur etiamnum folia roſarum, continuò verſata, ne muceant, néve ſitus in iis inſideat. Aridis roſis & in vino decoctis expreſſus liquor facit ad dolores capitis, aurium, oculorum, gingiuarum, ſedis, recti inteſtini, ac vuluæ, pinna illitus aut infuſus. eadem ſine expreſſione tuſa, præcordiorum inflammationibus, humidis ſtomachi vitiis, igni ſacro illini prodeſt. ſiccis ac tritis feminæ aſperguntur. miſceri ſolent vulnerariis antidotis, atq; compoſitionibus quas antheras vocant. Folia vtuntur in callblephara. Flos qui in mediis roſis inuenitur, ſiccatus, gingiuarũ fluxionibus efficaciter inſpergitur. Capita pota citum aiunt, & cruentas reiectiones ſiſtunt.*

Eadem ferè Plin. ad oris medicamenta conuenit Plin.

Commodior & efficacior ſyrupus ex multis infuſionibus in ſole vti violaceus paratur.

Gal. Roſarum vis ex aquea ſubſtantia calida mixta duabus aliis qualitatibus, adſtringendi videlicet & amaræ compoſita eſt. Flos earum magis etiam ipſis roſis adſtringit, & proinde etiam ſanè exiccatorius eſt.

*Sylueſtris Roſa, &* Canina Rosa *odorata. Aduerſ. pag.* 446. *Angl.* Wildrooſe or Brier, *ſiue* Hepe tre. *Germ.* Wilder Roſen, *&* Heckroſen. *Belg.* Wilde roſe. *Gal.* Eſglentine *Hiſp.* Roſa ſaluage. *Ital.* Rouo canino, Roſe ſaluatice *&* canine.

Roſæ ſylueſtris & Caninæ fructus oblongi, cum teretes, tum orbiculati, & ſpongioſum villoſumve excrementũ in pollinem ducta, calculum comminuunt cum garuſtæ ſemine pota, vrinas propellunt, ſanguinis profluuia ſiſtunt.

Esglentine.

Flore multiplici in hortis noſtris variat.

Eſglentine à ſylueſtri odore differt. Sponte oritur in Bathoniæ Angliæ proximis collibus non procul ab ædibus generoſi viri D. Laurentij Hoyde.

Rosa Moschata. *Nerſi Serapionis Auguſtare.*

Rvbvs. *Adverſ. pag. 446. Offic. Morus baſſus.* *Angl.* Bramble buſhe, or black berrye buſhe. *Ger. & Bel.* Bremen, & Braimen. *Gal.* Ronce. *Hiſp.* çarça, *fructus verò* çarçamoras. *Ital.* Rouo.



Rvbvs Idæus. *Adverſ. pag. 446.* *Angl.* Framboyſe, Raſpis, & Hindberry. *Germ. & Belg.* Hinnebraimen. *Hiſp.* çarça llamada Idea.



Diosc. *Vim habet ſiccandi & adſtringendi: capillum tingit: Ramorũ decoctum, potu* aluum ſiſtit, & fœminarum profluuia, preſteris morſui accommodatiſsimum. gingiuas firmat. Oris vitiis folia commanducata medẽtur. cohibẽt vlcera quæ ſerpunt. vlceribus in capite manantibus, oculiq́; procidentibus, remedio ſunt. condylomatis & hæmorrhoidibus folia illinuntur. cardiacis & ſtomachi doloribus, trita conuenienter imponuntur. Caules cum foliis tunduntur, exprimiturq́; ſuccus, mox ſole cogitur, ſingulari remedio, contra omnia quæ modo dicta ſunt. Mori in rubo naſcentis, quã optimè maturi ſuccus, ad oris medicamenta conuenit. ſiſtitur aluus præmaturi cibo, nec non flore in vino poto.*

* Eadem Plin. laborantes dentes firmat. Cinis crematorum vuam reprimit Plin. Eadem & plura apud Plin.

Eadem Gal. Radix præter adſtrictionem non paucam in ſe habet ſubſtantiam tenuem, propter quã etiam in renibus lapides comminuit. Folia, germina, flos, fructus & radix qualitate adſtringente participant, eaq́; non obſcura: Sed hoc inter ſe differunt, quòd folia mollia & recens nata plurimum in ſe habeant aqueæ ſubſtãtiæ, parum verò adſtrictionis, eadem ratione & germina. Itaque ſi manduntur, aphthas & alia oris vlcera ſanãt. quin & alia vulnera glutinare valent. Eſt enim eorum temperies, partim ex terrea frigida eſſentia, & aquea tepida. At fructus ſi quidem maturus fuerit, non parum habet ſucci calidi temperati, qui dulcis eſt, vti monſtrauimus. Itaque ob hoc & ob modicam adſtrictionem eſui non inſuauis eſt. At immaturus à frigida ſubſtantia terrea vincitur, ac proinde acerbus eſt ac exiccatorius. Et ſanè vterque reconditur validius quàm recens deſiccans. Sed & flos eandẽ vim fructui immaturo poſſidet. vtraque ad dyſenterias, & ventris profluuium, tum robur deperditum, & ſanguinis eruptionem idonea remedia.

Rvbvs *Idæus.*

Diosc. *Inſuper eadem præſtat quæ ſupradictus. Cæterùm flos cum melle oculorum inflammationibus commodiſsimè illinitur. ignem ſacrum extinguit. ſtomachicisq́; ex aqua bibendus datur.*

ERICÆ *quam multæ differentiæ.*

Multò plures Ericæ quàm priſcis memoratæ varietates, præſertim in Gallia Narbonenſi & Hiſpania conſpiciuntur; quarum qui vnam nouerit, cunctas cognitas facile habebit: diſtant quippe fruticis proceritate, folio Myricæ, Iuniperi aut Laricis, & floris colore: non modò in Galliæ, Angliæ & Belgij ſyluis, ericetis & ſtrigoſis deſertiſque locis, ſed etiam in Gallia Narbonenſi, Galloprouincia, Italia & Hiſpania frequentiſſima.

*Vulgatior humilis Septentrionalium & Meridionalium Erica folio Myricæ deſcripta Aduerſ. pag. 447.*
*Angl.* Heth. *Germ. & Belg.* Heyde. *Gal.* Bruyere. *Hiſp.* Queiro. *Ital.* Erica.

ERICA *pumila densè fruticans calyculato Vnedonis flore. Erica 6ª. Cluſij.*



ERICA *Iuniperifolia altera. Luſit.* Lemetinha. *Erica octaua Cluſij.*



Saxoſis montibus Angliæ humilior tota, dodrantem vix ſuperans densè fruticat, flore calyculato, longiore, Vnedonis ferè, hilarius purpurante: foliis Iuniperi exilioribus multò. Eius magna gliſcit copia prope Briſtolium ad collem vernaculè Brandon Heil vocatum.

*Varietas.* Albo flore D. Ioannes de Limoges, aliàs Nonnius, alit.

ERICA *pumila Vnedonis flore albo.*

Floribus albis variat Louanij hæc in horto C. V. D. Ioannis de Limoges, aliàs Nonnij.

ERICA *pumila altera Belgarum. nona Cluſij.*

Non multum diuerſa quæ multò frequentior in ſabuletis ſterilibuſque agris Flandriæ & Brabantiæ, medio itinere quo Antuerpia Gandauum itur, paribus cauliculis & foliis non diſſimilibus, ſed breuioribus & hirſutis. Flores amœni purpurantes, ſimul compreſſi, Octobri etiamque hyeme perſtant extremis ramis, vbi etiam gignit compacta lanoſa capitula.

ERICA *Iuniperifolia densè fruticans Narbonenſis. Erica 2ª. altera Cluſij & Matth. 2ª.*

Quaſi gaudeat aridis & ſqualidis ſpecioſior, fruticoſior, Romano, Tuſco, & Narbonenſi agro, cubitalibus, craſſioribus, caudatis, comoſis & prolixioribus foliis, Iunipero ferè paribus, flores edentibus calyculatos, venuſtè purpurantes, ſimilitudine item Vnedonis, apiculis fibratum ornatis.

ERICA

## ERICA *Iuniperifolia altera.*

Altera extat apud Cluſium non ita diuerſa fruticoſa cubitali ferè altitudine & tenuibus ramulis qui terni ſemper circum maiores ex interuallis naſcuntur; folia etiam ſimiliter terna naſcuntur, exigua quidem, ſed latiora, inferiore parte nonnihil candicantia, hirſuta. Summi ramuli ad foliorum exortus verticillatim exornantur per interualla ternis ſemper floribus æquali diſtantia inter ſe naſcentibus & in vnam partem ſpectantibus, maioribus quàm in reliquis generibus, concauis prominulo magis ventre, colore ex rubro purpurante. Arenoſis Luſitaniæ locis oritur, floret Octobri, vt auctor eſt Cluſius.

ERICA *baccifera. Erica ſeptima Cluſij. Camarinhera Luſitanorum.*



ERICA *maior flore albo. prima Cluſij.*



Ericæ pumilæ nigriora poſitu terna cauliculos ambient folia, fructus aut bacca alba margaritæ inſtar notula ſubnigra inſcripta. In ſyluis pedalibus ramis fruticat, autumno colligunt fructus quem eſitant mulieres & pueri. Guſtu acido adſtringente Luſitani Camarinhas vocant.

## ERICA *baccifera Matth.*

Ad me miſſa ex Italia Ericæ bacciferæ arida planta, quam eandem cum Luſitanica exiſtimabam, niſi monitus, Matthioli bacciferam Ericam: quia ſuperiori admodum ſimilis & fruticoſa tota erat, rigidis ramulis Myrthi minoris ſimilibus, foliolis durioris Thymi anguſtis ſtipatis: Baccarum colorem, qui Matthiolo ex purpura nigricat, ob ariditatem non noui diſcernere.

## ERICA *maior flore albo.*

Calidarum regionum indigena plerifque prouenient collibus Vallene ſyluæ Monſpellienſium, & ad radices montis Lupi, quarto à Monſpelio miliari, vbi humanam proceritatem vt plurimum aſſequitur. Cluſius eam inuenit in Luſitaniæ ſolitudinibus inter Vlyſſiponem & Conimbricam celebrem eius regni academiam, virgis duris ex rubro nigricantibus, folia exilis Ericæ pumilæ. Comoſi floſculi veniuſtè candicantes racematim totis ſummis ramulis.

[1] ERICA *maior florib. purpurantibus. Erica 2ª Cluſij.*



[1] Iiſdem locis deſertis huius altera varietas, eiuſdem fermè magnitudinis; exilioribus tamen ramulis & foliis; floribus purpurantibus.

[2] ERICA *maior floribus herbaceis purpurantibus. Erica 3ª. Cluſij.*



[2] In Grammõtia ſylua, & iiſdẽ natalibus foliis maiuſculis & atrouirẽtib. quaterno itẽ ſitu ceterarum ritu ramulos ambientibus, ſecundũ quos flores erumpunt herbacei antequã explicantur, deinde dilutè purpuraſcunt.

Ibidem loci huius ſpeciei altera, floſculis herbaceis, ſed racematim & ſpicatim cohærentibus.

[3] ERICA *ſcoparia, floſculis item herbaceis. Erica 4ª. Cluſij.*



[3] Grammõdio item luco, ericetis, & pleriſq; locis incultis binos cubitos æquat, & ſuperat, denſeq; fruticans. flores exigui herbacei ſecundũ ramulos.

[4] ERICA *quinta Cluſij.*



[4] Alteram Cluſ. addit ſuperioribus minorem, cubitali tantũ altitudine, gracilibus ramulis fruticoſam, quos terni per interualla ramuli ambiunt, ternis foliis admodũ exilibus circa eos diſpoſito quodam ordine & ſerie naſcẽtibus; flores ſuperioribus paulo maiores, plurimi & cõferti circum ramulos lõgis pediculis inhærentes, colore purpureo obſoletiore.

ERICA

**Erica** *peregrina Brancionis.*



**Erica** *Alexandrina Italorum.*
*Sanamunda 3ª. Cluſij.*



Præter omnes haſce differentias, eſt quædam rarior ſpecies in vrceis penſilibusque hortis D. Ioannis Brancionis fruticans, cæterarum ritu; folio longiuſculo & iuxta ramos floſculis purpurantibus, ſi bene memini, quaternis foliolis conſtantibus. Neſcio vnde delata, eoq; propter raritatem peregrinam appellauimus.

**Erica** *peregrina altera, ſuperius exhibita pro Vermiculato exiliori frutice Obſeruat. pag. 207.*

Illi ferè ſimilis, ſed omnino minor & exilior, alitur etiam in fictilibus vaſis D. Ioannis Dilſij, floſculis ex luteo herbaceis.

**Erica.** *Aduerſ. pag. 447. Angl.* Heath. *Ital.* Erica.

Diosc. *Eius flore apes reprobum mel efficiunt. tam flos quàm coma ſerpentium* ictibus illitu medetur.* * Ead. Plin

Gal. Digerendi per habitum facultatem obtinet. flore eius potiſſimùm ac foliis vtendum.

H. Tragus: Aquam è floribus diſtillatam colica laborantibus, præſertim ſi calor & ſitis adſint, vtiliter exhiberi expertus eſt. Eandem oculorum dolorem tollere, & illorum dolorem mitigare.

Addit quoſdam è recentibus, Ericæ floribus, fomenta & balnea ſudorifica podagricis & paralyticis membris concinnare: perſuadent namque ſibi hoc pacto inueteratos impactos & viſcoſos humores, vnde morbus articulorum oritur, diſſolui & diſcuti.

**Erica** *Alexandrina Italorum.*

Alexandrinam vocatam Ericam mittunt & obtrudunt Itali quidam peritiores peregrinitatis & nouitatis titulo; cùm tamen in Galloprouincia & Hiſpania maritimis paſſim admodum eius facilis prouentus. Nos eam recenſuimus inter varietates Vermiculati fruticis acris Obſeruationum pag. 207. & Aduerſariorum pag. 163.



ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS



SANAMVNDA *prima Cluſij.*



SANAMVNDA *altera Cluſij.*

Huius inſuper duas differentias exhibet Cluſius; quas quia non vidimus, & quia illi debentur, eius hic verba ſubiiciemus.

PRIMA multis cubitalibus ramis ab eadem radice fruticat obſequioſis, flexibilibus, cortice exteriore nigreſcente obductis, alium interiorem lentum & in tenuia fila ſe diſſoluentem complectente: folia Chamelææ æmula, multò tamẽ minora, breuiora carnoſaq́;, Tithymalo paralio aut Myrto proximè accedentia, ſed hirſuta aliquantulũ, circa ramulos cõfertim & ſerie quadam vt in Myrto diſtributa, gummoſa ſi mordeantur, & guſtu amaro, deinde admodum acri & adurente: flores inter folia Oleæ ſimiles, oblongi, in quatuor foliola per extremum diuiſi, colore luteo: fructus (quemadmodum ex relatu accepi) Thymelææ ferè, ſed nigricante colore, radix craſſa, lignoſa.

Frequens eſt regnis Granatenſi & Valentino, vere florens, hoc eſt, Martio & Aprili.

ISTIC ab herbariis Sanamunda vocatur, à ruſticis verò *mierda-cruz*, propter purgandi facultatem, cuius cauſa ruſticis eius regionis adprimè in vſu eſt.

ALTERA ad cubiti altitudinem etiam fruticat, ramis lentis & flexibilibus, cortice denſo & carnoſo intectis, qui (ſublata exteriore cute) per vniuerſam plantam, & præſertim circa radicem, Lini aut Cannabis modo in fila diduci poteſt: ſuperiores ramuſculi denſorum confertorumque & lanuginoſorum & veluti tomento quodam obſitorum foliolorum comam pariunt, ſuperiore minorum, & mucronatorum, guſtu aliquantulum ſalſo, ſed tamen acri deinde & calido: hæc coma flaueſcentium floſculorum Oleæ ſimilium numeroſa ſobole exornatur: radix craſſa & lignoſa ſuperiori ſimilis.

Iſtius fructum non obſeruaui quoque, quandoquidem Februario florentem inueni petroſo ſolo maritimis Bæticæ, inter Calpen, & Eſtepona, & montibus Granatæ proximis.

GRANATENSIBVS *Mauritanis* Sanamunda vocatur, apud quos purgandorum corporum gratia magno eſt in vſu. Drachmæ etenim pondere cum decocto cicerum ſumpta, mirificè purgat per inferiora.

Circa Calpen, vbi vulgò, *Burhaiega* appellatur, nullo in vſu præter quàm excalfaciendis fornacibus.

TAMA-

*μυρίκη*. TAMARISCVS. *Hiſp.* Tamaray. *& Gall.* Tamaris. *Ital.* Tamarigio. *Germ.* Tamariſten. *Angl.* Tamariſck. *Aduerſ. pag.* 447.

Sponte vbere prouentu fruticantem Germanicam Tamariſcum non procul ab arce Venetorum vulgò Citadel[illegible], inter Vincentiam & Patauium, legit Adrianus Beyerlinc pharmacopœus Antuerpianus peritiſſimus.

DIOSC. *Myrica ſeu tamarix arbor vulgo cognita eſt, cùm apud pigras & ſtagnantes aquas enaſcatur, fructũ quaſi florem ferens compage muſcoſum. Aegyptus Syriaq; alteram gignunt mitiorem, ſylueſtri cætera ſimilem. Fructum parit gallæ proximum, inæqualiter adſtringentem guſtu, quo conuenienter vtimur vice gallæ in medicaminibus oculorum oriſq;. datur cruentæ excreationi in potu, & cœliacis, & contra profluuia fœminarum, regium morbum, & phalangiorum morſus. illitus tumores inhibet. Cortex in eoſdem vſus adhibetur. Decoctum foliorum cum vino potum, lienem abſumit. ad dolorem dentium in collutionibus ſalutare: & mulieribus fluxioni vuluæ opportunis, in deſeſſionibus, phthiriaſi lendibuſq; circunfuſum prodeſt. abundantiam fœminarum ſiſtit impoſitus † arboris cinis. poteries calices è caudice lienoſis moliuntur, quò datus in his potus proficiat.*

† Gal. admodum deſiccatoriæ facultatis eſt, plurimam habens abſtergendi facultatem, pauxillam adſtringendi.

Gal. abſtergentis eſt ac incidentis facultatis, abſque perſpicua deſiccatione: habet verò etiam adſtrictionem nonnullam. has ob qualitates facultateſq; admodũ prodeſt lieni indurato decocta in aceto aut vino ſiue radice, ſiue folijs, ſiue extremis ramulis. Sanat porro dentium dolores. Cæterũ fructus & cortex non paucam ſortita ſunt adſtrictionem, adeò vt gallæ omphacitidi proxima ſint, niſi quòd acerbitas euidens eſt in galla; ſed myricę fructui temperatura ineſt inæqualis. Immiſta enim eſt naturæ eius multa partium tenuitas, atque vis abſtergendi: quod ſanè gallæ non accidit. Attamen vbi galla fortè ad manum non erit, vti liceat ad omnia ad quæ illa vtimur, in eiſdem & cortice.

Eadem Plin. *Ad lienem* ] Adeòque mirabilem eius antipathiam contra ſolum hoc viſcerum faciũt, vt affirment, ſi ea alueis factis bibant ſues, ſine liene inueniri. Et ideo homini quoque ſplenetico cibum, potumque dant in vaſis ex ea factis.

SABINA. *Hiſp.* Sabina *Gall.* Sauinier. *Ital.* Sauina. *Germ.* Sebenbaum. *Belg.* Sauelboom. *Angl.* Sauin tre. *Aduerſ.* 447.



*Genuina* SABINA *baccifera atrocærulea.*



*Genuina* SABINA *baccifera atrocærulea.*

Vulgatæ ſterili Sabinę, (quæ tamen floſculos ex herbido luteos promit) ortu totaque facie ſimiliima; ſed folio paulò minus acuto minuſque rigido & pungente. Bacca ſiue grano reſinoſo Iunipero noſtrati pari & concolori. Noſtra vireta Belgica cultiora hanc alunt munere Ioannis Mutoni.

SABINA *baccata altera, grano item atrocæruleo.*



CEDRVS *phœnicea, altera Plin. & Theoph.*
*Oxycedrus folio Cupreſſi aut Sabinæ maior Monſpelienſium.*



Altera ſuperiori coniungenda, ramulorum exilitate & foliorum lenitate duntaxat diuerſa; media inter Sabinas & Cedros phœniceas folio Sabinæ aut Cupreſſi vocatas, videtur; ſed folia tenuiora & delicatiora minimè aſpera & pungentia ſunt. Fructus Iuniperi minoris par, ſimilis, & concolor. Natalibus gaudet montoſis Calabriæ & Apuliæ, ni labat memoria.

CEDRVS *phœnicea.*

Huius ternæ è ſola magnitudine obſeruantur differentiæ, vna ramis & folijs habitioribus magiſque carnoſis, & baccis per totos ramos quadruplo maioribus, reſinoſis, phœniceis, nucem ponticam æquantibus.

Cedrvs *Phœnicea media.*



Cedrvs *phœnicea media.*

*Iuniperus maior folio Cupreſſi inter notha Dioſcoridis Cluſio.*

Altera ſuperiori planè ſimilis, ſed omnia longè minora. flos omnibus luteolus, herbiduſue caudex ſcaber contortus, multis ramis brachiatus. In Aduerſarijs noſtris Sabinam baccatam dixeramus: melius tamen quadrare videtur cum altera Cedro minori Theoph. Meo tẽpore Monſpellienſibus vocabatur Oxycedrus folio Cupreſſi.

*[Cedr]us Phœnicea minor.*

Tertia eodem modo fruticat, ramis & folijs tenuioribus, granis item Sabinæ baccatæ alterę paribus & ſimilimis, ſed phœniceis: Calidioribus montoſis maritimiſque omnes gaudent Galloprouincię, Narbonenſis Galliæ Ceto mõte, & Apuliæ.

Sabina.

Diosc. *Vtriuſq; folia nomas ſiſtunt, collectiones illitu mitigant, & cum melle nigritias ſordeſq; repurgant. Sanguinem † per vrinam eliciunt, partus appoſita extrahunt, & ſuffitu idem præſtant. vnguentis calfacientibus immiſcentur & priuatim gleucino.*

Gal. ex numero eſt fortiter exſiccantium, idque ſecundũ tres qualitates quas in guſtu præſefert, ſimiliter cupreſſo, niſi quòd ea & acrior eſt, &, vt ſic dixerim, magis aromatica; ſeu odoratior. Igitur huius quam modo dixi qualitatis eſt particeps, nempe acrimoniæ conſiſtentis in temperamento calido, præterea amaritudinis & adſtrictionis quàm in cupreſſo. Siquidem quanto magis acrimonia ſuperat, tanto etiã potentius digerit. Itaq; glutinare nequit ob ſiccitatis & caliditatis robur. Nam vtriuſq; illi tantum ineſt, vt etiam tendat, & inflammationem afferat. At putredinibus ſimiliter cupreſſo accommodari poteſt, maximè vbi rebelliores fuerint & diuturniores: nam hæ citra noxam vim medicamenti perferunt. Quin & quæ atra ſunt reddita, & admodum ſordida, ea cum melle expurgat. Carbunculos item ſoluit.

† Porro eſſentiæ tenuitate menſes quoque prouocat, vt ſi quid aliud, & ſanguinem per vrinas mouet: fętum etiam viuentem interficit, & mortuum eijcit. Eſto autem hoc medicamen tertij ordinis tum excalfacientium, tum deſiccantium; ex numero eorum quæ vel maximè tenuium ſunt partium.

Quidam etiam Cinamomi vice * duplum eius ſubijciunt. Eſt enim extenuandi & digerendi facultatis ſi epotum fuerit. * Sacc pr.

Addit Plin. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbæ ſanari tradunt.

*κυπάρισσος.* CVPRESSVS. *Germ.* Cipreſſen. *Gall. Belgu, Anglu & Hiſp.* Cipres. *Ital.* Cupreſſo. *Aduerſ.* 446.



*ἄρκευθις.* IVNIPERI. *Germ.* Kremetbaum & Wecholtz. *Gallis* Geneure. *Belg.* geneuer boom. *Angl.* Juniper tre. *Ital.* Genepro. *Hiſp.* Enebro. *Aduerſ.* 448.



DIOSC. *Refrigerat, & adſtringit. Cuius folia ex paſſo & exiguo myrrhæ pota, veſicæ rheumatiſmis, & vrinæ[a] difficultati auxiliantur. pilulæ autem ex vino tuſæ in dyſenteria, alui fluxione, tuſſi, & orthopnœa, aut ſi reijciatur ſanguis, conuenientiſſimè bibuntur. earum decoctum eoſdem præbet effectus. tuſæ cum fico duritias[b] emolliunt, nariumq; polypo medentur. in aceto coctæ & cum lupinis detritæ ſcabros vngues eijciunt. hernias inteſtinorum prolapſu crumpentes illitu reprimunt. Folia eadem præſtant. Pilulæ cum arboris coma ſuffitæ,[c] culices abigere exiſtimantur. folia trita & impoſita, vulnera conglutinant. ſanguinem ſuppriment. capillum ex aceto tingunt. illinuntur per ſe aut cum polenta ignibus ſacris, vlceribus quæ ſerpunt; carbunculis,[d] &[e] oculorũ inflammationibus. admota cum cerato ſtomachum roborant.*

[a] Plin. Radix cum folijs trita potaque, veſicæ & ſtranguriæ medetur, & contra phalangia. Ramenta pota menſes ciunt, Scorpionum ictibus aduerſantur.

[b] Item victoriati pondere in vino potus illituſq;, cum fico ſicca pingui, exemptis granis vitia teſtium ſanat, tumores diſcutit, & cum fermento ſtrumas.

[c] aduerſus ſerpentium ictus bibuntur Plinio, aut ſi eijciatur ſanguis. [d] eadem Gal. tanquam abſumat eos morbos facientem humiditatem. [e] Plin. exprimitur ſuccus tuſus cum ſemine, qui mixto oleo caliginem oculorum aufert.

Gal. Cupreſſi folia, germina, pilulæ recentes & molles magna vlcera conglutinant in duris corporibus: ex quo clarum eſt quòd reſiccandi vim habeat abſque inſigni acrimonia, aut caliditate, ſicut certè & guſtus teſtificatur. Apparet enim in ea leuis quidem acrimonia, ſed plurima amaritudo, multoque etiam plus acerbitatis in tota planta. Tanta ei ineſt acrimonia, caliditaſque, quanta ſatis ſit deducendæ in altum acerbitati, ac nullam tamen mordicationem aut caliditatem in corporibus efficiat. Proinde in alto latentes in flaccidis putreſcentibuſque affectibus humiditates innoxiè tutoque depaſcitur, atque abſumit: cùm quæ calfaciunt ſimul deſiccantque, eas quidem quæ contentæ ſunt abſumant; cæterùm acrimonia & caliditate alias attrahunt. *Sic enterocelicos iuuat. Siquidem exſiccat,* roburque addit corporis partibus præ humiditate laxis, vtpote cùm adſtrictio in altum ſubeat deducen-

cente

ee ipſa caliditatem quæmiſta eſt, cum ſeruante modum, vt deducere quidem valeat, non tamen mordicare queat.

Plin. addit. ſerpentium ictibus trita folia imponuntur, & capiti cum polenta ſi à ſole doleat: item ramici, qua de cauſa bibuntur. Teſtium quoque tumori cum cera illinuntur. Eadem trita cum duabus partibus panis mollis, & è vino Aminæo ſubacta, pedum ac neruorum dolores ſedant.

IVNIPERI.

DIOSC. *Iuniperi genera duo: altera maior, altera minor. vtraque acris eſt. Excalfacit, & vrinam mouet. accenſa ſerpentes fugat. Baccarum nonnullæ nucis iuglandis magnitudine nonnunquam grandeſcere, aliæ nucem Ponticam æquare inueniuntur, rotundæ, odoratæ, in mandendo dulces, ſubamaræ, quæ arceuthides etiam, id eſt baccæ iuniperi nominantur. Modicè calfaciunt & aſtringunt, ſtomacho vtiles. contra pectoris vitia, tuſſim, inflationes, tormina & ſerpentium ictus efficaciſſimè bibuntur. vrinam cient. vnde ruptis, conuulſis, & vuluæ ſtrangulatui ſubueniunt. folia acrimoniam habent. ideo tam ipſa quàm eorum ſuccum ex vino contra viperarum morſus, illini aut bibi prodeſt. Corticis cinis cum aqua illitus lepras eximit. Ramenta ligni deuorata interficiunt.*

Gal. Calida & ſicca, vtrinque tertij ordinis. At fructus ſimiliter quidem calidus eſt, ſed non ſimiliter ſiccus, verùm in hoc primi fuerit ordinis. Iecur renesque † expurgat: nimirum craſſos & glutinoſos humores extenuando, ea de cauſa ſalubribus medicamentis immiſcetur, perexiguum corpori humano alimentum ex eo apponitur. Affatim ſumptus hic fructus ſtomachum mordicat, caputque calfacit: ex quo illud quandoque implens, dolore diuexat. Alui excrementa nec retinet, nec propellit. Vrinam ciet mediocriter.

† Plin. Stomachum, pectus & lateris dolores, inflationes languoreſq; diſcutit, tuſſes concoquit & duritias: Illitum tumores ſiſtit: Item aluum baccis ex vino nigro potis, item ventris tumores illitis.

Gummi Iuniperi ſiue Vernix Scriptorum calfacit & ſiccat ordine 2. ſuffitibus hodie miſcetur fluxiones calidas à capite prohibentibus, magnæ Scriptoribus & pictoribus vtilitatis & vſus. Succini vicem ſupplere volunt nuperi.

IVNIPERVS *maximus, Illyricus, cærulea bacca videtur Dioſcoridis maior Iuniperus aut congener.*
*Aduerſ.* 448.



IVNIPERVS *maior Monſpel.* CEDRVS *phœnicia Matth. Ital.* Cedro minore.
*Aduerſ.* 418.



Iuniperus primus Dioſc. Oxycedrus Theoph. Guilland.

Iuniperus ſecunda Dioſc. cedria. Theoph. Guilland.

CEDRVS *Lycia. Aduerſ.448.*
*Arbor vitæ, & Tuya Theoph. herbar. quam.*

CEDRVS *Libani & Palæſtinæ proceſſa.*
*Ital. & Hiſp.* Cedri. *Gall.* Cedre du Liban.
*Angl.* Cedre tre. *Aduerſ.448.*





Icon. Lyciam cedrum iam diu vidimus Lutetiæ in quibuſdam hortis, folio Cupreſſi compreſſo ſempervirentibus ſquamulis, loricatis capitulis, ſemen Laricis claudentibus; Belgici herbariorum viretis hodie notiſſima Arboris vitæ nomine. Eius folia trita ſuauiſſimum fundunt odorem.

DIOSC. *Cedrus arbor magna eſt, ex qua picem colligunt, quæ cedria vocatur. iuniperi modo baccas parit, baccarum myrti magnitudine, rotundas. Cedria optima eſt craſſa, perlucida, grauis odoris. quæ dum effunditur, guttatim non diſſipata coit. Cui ea vis ineſt vt defuncta corpora conſeruet, & viuentia corrumpat: qua ex cauſa mortuorum vitam aliqui appellauere. veſtimenta quoq; & pelles eximia calfaciendi & ſiccandi dote, corrumpit. magni ad ocularia medicamenta vſus. quippe illita oculis claritatem affert, albugines cicatricéſq; detergit. inſtillata autem cum aceto, vermes aurium necat. cum hyſſopi decocto infuſa, ſonitus ſibiloſq; ſedat. cauis dentium indita eos frangit, & dolores leuat. idem facit cum ex aceto colluitur. perunctio ante coitum genitali abortiuum fieri conſtat. anginæ ea perunguntur. tonſillarum inflammationibus auxilio eſt. lendes pediculóſq; illita enecat. ceraſtæ morſibus cum ſale impoſita ſubuenit. contra hauſta leporis marini venena, in paſſo ſumpta, auxiliatur. in elephantia, aut linctu aut perunctione proficit. pulmonum vlcera purgat: & ſi cyathus eius ſorbeatur, perſanat. vermes & tineas ſubter indita necat, & partus extrahit.*

Oleum Narbonenſib. Cade vocatur. *Fit & oleum, à cedria ſeparatum, dum coquitur, velleribus ſupra halitum eius expanſis, vt in pice. Eiuſdem ad omnia vſus. primatim vehementer perunctum ſcabiem quadrupedum, canum, bouumque perſanat. inhærentes ricinos enecat. vlcera quæ ex tonſura acceperunt, ad cicatrices perducit. Cedrides cedri fructus vocantur. Calfactoriam vim habent. ſtomacho aduerſantur. auxilio ſunt tuſſi, conuulſis, ruptis, ſtranguriæ. menſes ciunt, ex polline piperis poti. contra hauſtum leporem marinum in vino ſumuntur. ſerpentes fugantur perunctio cum adipe ceruino, aut medulla, corpore. in antidota adduntur. Fuliginem, quomodo ex pice, congeri oportet. quæ eadem quam picea fuligo vim præbet.*

PINVS.



PINVS vulgatiſſima. Germ. Kinholtz. Forbrbaũ. Alij legunt Kingho ꝛc. Belg. Pinap pelboom. Angl. Pyne tree. Ital. & Hiſp. Pino. Gal. Pin. Aduerſ. 449.





PINASTER.

PINVS ſyl. altera.





PINVS ſyl. Mugo Matth. Adu. p. 449.

PINASTER. *Germ.* Wildtfichtenbaum. *Gall.* Pin ſauuage.
*Pinus ſyl. montana Theoph.*

Alpigena hæc in Pini arboris præcelſæ æmulatione caudice recto & læui accreſcit: folia Pini oblonga gemino ordine ſita. Conus ſtrobilus & nucleus Pini minor putamine minimè duro, ſed cortice molliore, ceterarum ferè ritu obductus. Montibus Galloprouinciæ, Liguriæ, Alpinis & Pyrenæis gaudet.

PINVS *ſyl. altera Maritima Pini primum genus Matth.*
*Pinaſter ſecundus Cluſij.*
*Aduerſ. 449.*

*lege* æquabili plurimum exortu bino *lin. 10.* & *deme* manipulatim, & *paulo poſt* ceparum inſtar.

PINASTER *tertius Cluſij pumilus, omnium minimus.*



PINVS *Maritima Theoph.*



Tertium humanam proceritatem vix ſuperans etiam exhibet Cluſius, gracilibus ramis & foliis laſignis perpetuò virentibus. non differre opinor à Pinaſtro humili Gallo Prouinciæ & Narbonenſis collibus ad Lapum montem oriundo.

PINVS *maritima Theoph.*

Stirpe, ramorum, & foliorum facie vndequaque perſimilis videtur Pinaſtro montano, ſed ramis glabris caudice nigrioribus. Conus phœniceus, breuior, & ſuperne latior.





LARIX.
Germ. Lerchenbaum.
Gal. Melze & Meleze.
Ital. & Hiſp. Larice.
Aduerſ. 449.

PICEA.
Germ. Rottannenbaũ.
Belg. Peckboom Angl.
Pitche tree.
Gal. Peſſe & Garipole.
Ital. Pezzo.
Hiſp. Pino negro Aduerſ. 450.





ABIES.
Germ. Dannenbaum.
Belg. Maſtboom. Ang.
Maſttre & Beetre. Ital.
Abete. Gal.
Sapin Aduerſ. 450.

PINVS *Idæa Theoph.*

*Videtur Pinus Maritima alterum genus Matth.*

Facilè dignoſcitur caudicis & ramorum cortice ſcabro, circa ramos foliorum fœtura, & maioribus, longioribus ſpecioſioribusq; numeroſis conis. Hanc, cum coniferarum arborum omnibus iconibus, affabrè è viuis naturæ typis expreſſis, Roma rediẽs mihi liberaliſſimè communicauit commilito eruditiſſimus Nicolaus Eſpilletus D. Medicus Inſulanus.

PINVS & PICEA.

*Aduerſ. 449.*

DIOSC. *Pinus & picea generi eidem adſcribuntur, ſed quandam flagitant ſpecierum diſtinctionem. Arbores vulgò cognitæ: quarum cortex aſtringit, prodeſt tritus & illitus intertrigini, vlceribus ſummũ corpus occupantibus, ambuſtiſq; cum ſpuma argenti & manna. vlcera delicatulorum acrimoniam recuſantium, cerato myrthino exceptus, ad cicatricem perducit. tritus cum ſutorio atramento ſerpentia cohibet. ſuffitu partus & ſecundas eijcit. potus aluum ſiſtit. vrinam mouet. Folia eorum trita & illita inflammationes leniunt, vulnera ab inflammatione vindicant. Trita autem & decocta in aceto, feruenti collutione, dentium dolores mulcent. Hepaticis vtilia ſunt drachmæ pondere in aqua mulſa pota. Pineæ nucis cortex & folia potu idem præſtant. Tedæ earum particulatim ſecta ſi in aceto coquatur, & decocto dens colluatur, dolores leuat. Ex his etiam fit ſpatha acoporum peſſorumq; compoſitionibus idonea. Quinetiam earũ crematarum fuligo ad librarij atramenti confectionem excipitur. Ea circumlitionibus efficaciſſimè imponitur, quibus palpebras ornant, coloremq; mentiuntur. Arroſis oculorum angulis, calloſis glabriſq; genis, & collachrymationibus opitulatur. Pityides appellantur Pinorum Piceæq; fructus, qui in conis inueniuntur. Vim adſtrictoriã * habent & aliquantum calfacientem. Tuſsi & pectoris vitijs auxiliantur, per ſe, aut ex melle ſumpti. Nuces pineæ repurgatæ manduntur, aut cum paſſo, aut cucumeris ſemine bibuntur; vr. [illegible]cient, acrimonias in renibus & veſica hebetant, ſtomachi roſiones leniunt. Data cum portulacæ ſucco, virium infirmitatem roborãt. Corruptorum quoque humorum labem obtundunt. Pineæ nuces integræ recenter arboribus decerptæ in paſſo franguntur, & decocta, vetuſtæ tuſsi ac tabitudini conferunt, ſi quotidie ex eo liquore terni cyathi bibantur.*

Fuligo.

*alij, coquedi.

RESINÆ *aliæ.*

DIOSC. *Liquida Reſina è pinu & picea à Gallia & Hetruria conuehi ſolet: atque olim à Colophonia ſibi cognomentum vindicauit. A Gallia quoq; Subalpina, quam vernaculo nomine Laricem vocant incolæ. Ea in linctu & per ſe magnopere prodeſt tuſsi veteri. Colore inter ſe diſtant. ſiquidem alia candida eſt, alia oleoſa, alia melli liquoris ſimilitudine: vt Larigna. Cupreſſus etiam liquidã fundit reſinã, quæ ad eadẽ pollet. Quæ verò aridarũ generi aſcribũtur, quædam ex pineis nucibus, alia abiete, alia picea & pinu exierunt. Eligi debet longè omnium odoratiſsima, trãſlucens, non retorrida, neque diluta, quandam ceræ faciem præbens, & friabilis. E pinu & abiete reſinæ cæteras antecedunt, odoratæ enim ſunt, atque thus odore imitantur. Præſtantiores à Pityuſa inſula deferuntur, quæ ſecundum Hiſpaniam ſita eſt. Sed quæ è picea, nucibus pineis & cupreſſo manarunt, nihil ad illas, nec tantis viribus potiuntur. Veruntamen eorundem gratia quorum & illæ ſumi ſolent. Lentiſcina terebinthinæ reſpondet. Vritur reſina omnis liquida in vaſe quadruplo capacitatis ad humorem, qui infunditur. Itaque reſinæ congius in duobus aquæ pluuiæ coquitur, ſubiectis lenibus prunis: reſina aſsiduè mouetur, donec omnis odor aboleatur, & friabilis & retorrida reddatur, ac digitis cedat. Cæterum vbi refrixit, in fictile non picatum, quod aconitum vocant, id eſt nonillitum, reconditur. Fiet etiam eximij candoris, ſi reſina omnis eliquata præcoletur, quò fæculenta ſordes excernatur. Vruntur quoque ſine aqua primùm lento igne: & vbi coire cœperunt, maior carbonum ſtrues ſupponitur, & triduo citra intermiſsionem diſcoquuntur, vſque dum antedictas naturæ ſuæ notas exuerint, mox, vt dictum eſt, reponuntur. Aridas vnius diei ſpatio decoxiſſe ſatis eſt. Vſtæ odoratis malagmatibus, & acopis & vnguentorum colorationibus magnopere vtiles ſunt. E reſina perinde atque thure fuligo excipitur, ad circumlitiones idonea: quibus palpebras fucant, & colorem mentiuntur. prodeſt glabris genis, collachrymationibus, eroſiſq; oculorum angulis. Ex ea fit atramentum ſcriptorium.*

*Pix liquida Dioſc.*

*Pix liquida, quam alij conum vocant, è pinguiſſimis pini piceæq; lignis congregatur. Optima eſt, ſplendens, ſincera, leuis. Contra venena, phthiſin, purulentã excreationem, tuſſes, ſuſpiria, & pectoris humores qui difficile excreantur, ſi [illegible]ſumitur.*

ſtantur, efficax eſt, eclegmate cyathi menſura cum melle dato. tonſillarum & vuæ inflammationes, anginaq́; vtiliter perunguntur. purulentis auribus infunditur cum roſaceo, & illinitur cum trito ſale ſerpentium morſibus. adiecta verò pari cera ſcabros vngues extricat, impetigineſq́; emendat. vulua duritias ac ſedis tubercula diſcutit. cum farinaq́; hordeacea & pueri impubis vrina decocta, ſtrumas rumpit. cohibet vlcera quæ ſerpunt, cum pineo cortice, aut ſulphure, aut furfuribus illita. cæterùm cum thuris manna & cerato profundos vlcerum ſinus conglutinat. rimis ſedis & pedum, magno auxilio illinitur. vlcera replet, & cum melle purgat. quin & cum vua paſſa & melle carbunculos, & putrida vlcera emarginat, diſrumpitq́;. Erodentibus medicamentis, quas ſeptas vocant, probè immiſcetur.

## Picinum oleum Dioſc.

Epice fit quod piſſelæon appellant, ſeparato liquore aquoſo, qui ſupernatat pici, ſicut ſerum lacti. Nam expanſa quamdiu pix coquitur ſupra cortinam vellera pura madeſcunt, acceptoq́; halitu eius exprimuntur in vas. Quas pix liquida præbet vtilitates, alopecias capillo replet cum farina hordeacea illitum. quibus & liquida pix medetur, iumentorum vlcera ſcabiemq́; emendat.

## Fuligo liquidæ picis, Dioſc.

Fit hoc modo è liquida pice fuligo: In lucerna noua quæ ellychnium habeat, nonnihil picis incendito, lucernam q́; fictili vaſe in clibani ſpeciem conformato, ſuperius in anguſtum fornicato, inferius perforato, vt clibani eſſe ſolent, operito, & adoleri ſinito: conſumptoq́; liquore nouum infundito, quoad ſufficientem vſui fuliginem collegeris. Vis ei aſtringens, acriſq́;. vſui eſt ad pigmenta quibus palpebras linunt & venuſtant, & ad circumlitiones. item vbi glabris genis pilos reſtitui oportet. ad imbecillos lachrymoſoſq́; oculos. inſuper ad eorundem vlcera non inutilis eſt.

## Pix arida Dioſc.

Liquida pix decocta in ſpiſſam coit, quam vocant aliqui palimpiſſam. quo in genere quadam viſci modo lenteſcit, boſcas cognominata. altera ſicca eſt. Probatur pura, pinguis, odorata, ſubrufa, reſinoſa. Talis Brutia & Lycia, picis reſinaq́; ſimul naturam habentes. Calfactoriam vim habet. dura emollit, pus mouet, tubercula panoſq́; diſcutit, vlcera replet, vulnerariis medicaminibus commodè permiſcetur.

## Zopiſſa Dioſc. officinarum Pix naualis.

Zopiſſam aliqui aiunt deraſam nauibus reſinã cum cera, quam alij apochyma appellant. Ea diſſipandi naturam habet: quoniam marino ſale macerata ſit. Alij pineam reſinam hoc nomine vocauerunt.

## Bitumen Dioſc.

Bitumen Iudaicum cæteris anteponitur. Cuius probatio eſt, vt purpuræ modo ſplendeat; ſitq́; ponderoſum, ac validum odorem vibret. nigrum autem & ſordidum, vitioſum eſt. Adulteratur pice. Gignitur in Phœnice, Babylone, Zacyntho, & Sidone. Liquidum inuenitur in Agragantino Siciliæ, fontibus innatans. quo vtuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Hallucinantur qui id Siculum oleum nominant: namque liquidi bituminis genus eſſe conſtat.

## Piſſaſphaltum Dioſc.

Naſcitur in Apolloniatarum agro circa Epidaurum quæ piſſaſphaltos appellatur: ea Cerauniis montibus deuoluta, impetu fluminis rapitur, atque in littus exſpuitur: illic coacta in glebas mixtam bitumini picem redolet. Piſſaſphaltos eadem quæ pix & bitumen, ſi miſceantur, poteſt.

## Naphtha Dioſc.

Naphthan vocant Babylonij, bituminis colamen, colore candidum. Inuenitur etiam nigrum. Vis ei ignium rapax ita vt ex ſpatio protinus in eam tranſiliant. ad ſuffuſiones oculorum & albugines vtilis. Bitumen omne diſcutit, glutinat, emollit, ab inflammatione tuetur vuluarum procidentias, ſtrangulationeſq́; olfactu, ſuffitu, impoſitu emendat. Comitiales morbos ſuffitum deprehendit, gagatæ lapidis more purgationes mulierum cum vino & caſtorio potum elicit. Tuſſim veterem, & anhelitum adiuuat. ſerpentium morſibus, coxendicum laterumque doloribus auxiliatur. Datur cœliacis in catapotio deuorandum cum aceto potum. diſcutit ſanguinem concretum. Dyſentericis cum ptiſana liquatum infunditur: deſtillationibus ſuffuſione medetur. Mitigat dentium dolores oblitum. Cæterum pilos incommodos ſiccum replicat, ſpecillo impoſitum. concalfactum autem, & cum farina hordeacea, nitro & cera illitum, podagris, articulorum doloribus, lethargiciſq́; prodeſt.

Quod eſt pix coniferis arboribus, idem eſt Bitumen terræ ſui generis viſceribus; eſt namque glebarum pinguedo ex multa aëreæ permiſtione, pauca terrea, nonnulla aqua, multum diuque à calore terræ viſceribus inſito excocta, vti in arborum fibris, ſic in ſaxorum pinguiumque terrarum interuenijs; quod qui non credit aut miratur, miretur ſuccos argenteos & aureos non alia vi & modo ortos. Sunt verò quamplurima eius genera recentiorum ſedulitate inueſtigata, præſertim eruditi Medici Reinerij Solinadri, qui huic argumento luculentam poſuit operam. Quod verò Matthiolus Senenſis in Italiam adduci genuinum Iudaicum negat, veritati alienum videtur; nāque ſuperioribus annis cùm Veronæ & Bononiæ eſſemus, patres curſores qui è Hiericho nuper naui reuecti eſſent, Aſphaltum ſatis multum, præſertim iam induratum, nobis copiam videndi & habendi fecerunt. Et memini me vidiſſe in officinis Ioannis Pomelli & Bellicoqui doctiſſimorum pharmacopœorum: oſtenſumque à præceptore exercitatiſſimo Vlyſſe Aldroando Bononiæ.

Hiſce verò annis Valerandus Dontez Flander Inſulanus perquam doctus Lugdunenſis pharmacopœus Venetias liquidi multam copiam miſit. Ipſeque in Angliam, alij verò Antuerpiam in medicos vſus curauimus. Cuius pars liquida deſijt eſſe, duritiem, ſoliditatemq; ferè adepta. Iſtud puto viribus nulli Iudaico cedere. Neque tamen in maritimis, ſed montanis fontibus innatat iuxta vrbeculam Aluerniæ, vernaculè Cleremont, vnde hodie Lugdunenſes petunt.

AGARICVM. *Aduerſ. 449.*

DIOSC. *Duo eius genera, fœmina quæ præfertur, rectis intus neruorum diſcurſibus conſtat. Mas rotundus eſt, & vndiq; compactior. Vtriq; guſtus in initio dulcis, mox in amaritudinem tranſit. Adſtringendi calfaciendiq; naturam habet. efficax eſt contra tormina, cruditates, & rupta. prodeſt itidem contuſis & ab alto deuolutis. datur duobus obolis in vino mulſo febrim non ſentientibus; febriculoſis verò, in aqua mulſa. arquatis quoque, ſuſpirioſis, iocineris, renumq; vitio laborantibus, dyſentericis. item ſi vrina ægrè reddatur, ſi vuluæ ſtrangulatus vrgeat, ſi pallor membra decoloret, drachma vna dari ſolet: ſi tabes infeſtat, ex paſſo: ſi lien negotium exhibet, ex aceto mulſo. ſi diſſolutio ſtomachi eſt, ita vt cibi tenax non ſit, mand[...]ur, & ſine vlla humoris ſorbitione deuoratur. ſimili modo acida ructantibus propinatur. ſanguinis reiectiones ſiſtit, tribus obolis ex aqua ſumptum. facit ad coxendicum & articulorum dolores, & comitiales morbos, ſi cum aceto mulſo pari pondere aſſumatur. menſes ciet. fœminis, quas inflatio vuluæ vexat, vtiliter æquali modo datur. horrores ſoluit datum ante febrium acceſſiones. aluum purgat drachma vna aut altera, ſi cum aqua mulſa bibatur. venenorum antidotum eſt denarij inſtar, cum diluta potione ſumptum. ſi ſerpentes ictum vibrarunt, morſumq; ſubfixerunt, tribus obolis ex vino potum, mirè auxiliatur. in ſumma, internis omnibus vitijs conuenit, pro viribus & ætate datum, nunc ex aqua, nunc ex vino: ijs ex aceto mulſo, alijs ex aqua mulſa.*

MESVE. Agaricus medicamentum efficax oritur in truncis arborum magnarum, vetuſtate iam putreſcentium, & eroſarum, tanquàm earum vel apoſtema, vel fungus. Eſt autem is duplex: mas, & fœmina. Mas eſt malus, præſertim qui longus, niger, durus, denſus, grauis, & in fragmentis ceu villos neruorum oſtendit. Fœmina ſi rotundior, alba, poroſa, & rara valde, & frangi facilis, leuis, dulcis primo guſtatu, mox amara & ſtyptica, eſt melior, præcipuè ſumma corporis ſui parte. Nam, ſtipes quòd ligni putrefacti aliquid præferat, malus eſt, vt eroſus agaricus. Calidus eſt ordine primo, ſiccus ſecundo, conſtatque ſubſtantia duplici, aërea ſuperficiaria, dulci primo guſtatu percepta: & terrea ſtyptica, ſed tenui ob vincentem in hac igneam ſubſtantiam, amaritudinis effectricem, quibus incidit, tenuat, terget, obſtructa omnia liberat, flatus diſſipat, purgat. Pituitam autem craſſam, lentam, putrem, & bilem flauam, & atram purgat Galeno, à cerebro, neruis, muſculis, ſenſoriis, ſpina dorſi, thorace, pulmone, ventriculo, hepate, liene, renibus, vtero, iuncturis. Ob hæc medicamentum familiæ Democrito eſt dictum, quòd ad omnes omnium partium internarum affectiones, præcipuè cephalalgiam veterem, epilepſiam, vertiginem, maniam, melancholiam, & alios cerebri ac neruorum affectus etiam cum tumore coniunctos: ad aſthma item, & ſpirandi difficultatem, & thoracis, aut pulmonis vlcera: ad effectus ventriculi, & vaſorum aliorum: ad icterum, hydropem, lienis duritiem, & dolorem, & tumorem, tum ipſius, tum hepatis, & renum, & reliquos morbos obſtructioni ſuccedentes. Vrinam quoque mouet, ac menſes vterúmque expurgat. Cutis colorem floridum reddit, lumbricos necat, iſchiadi, & cæterorum articulorum doloribus confert, & febribus diuturnis ex materia varia natis, caſque ad typum aliquem reducit, præſertim potus cum idoneis illi materiæ aliis medicamentis. Viſcera reddit imbecilla, ob id tergentibus miſcetur, ne in ea virtus eius altiùs penetret. Tardè quoque & imbecilliter vacuat Dioſc. niſi cum tertia parte ſalis gemmæ, & manna in trochiſcos cogatur. Per ſe tamen eidem ſaluber dicitur ob ſubſtantiam & dulcem & ſtypticam legitima portione miſtam. Humain verò mulſa ei vires & celeritatem addit. Haly autem ex agarici parte vna, liguſtici vel dauci parte ſexta, ſalis gemmæ parte quarta, cum polypodii recentis muccagine trochiſcos virtutis miræ facit, quandò eſt eo opus. Iudæus oxymelite ſcillitico vires eius auget, & acribus alijs. Galenus puluerem eius vino (cui infuſum eſt zingiber) macerat, & cogit in trochiſcos efficaces multùm. Additur eadem ratione & ſpica & ſerum lactis, præcipuè caprini. Coctionem & trituram mediocrem ſuſtinet. Datur ſolus à drach. vna ad drach. duas: decocto à drach. duabus ad drachmas quinque: ſeruatur annos quatuor.

TAXVS



## TAXVS.

DIOSC. Smilax à Græcis, taxus à Latinis appellatur, arbor abietis magnitudine, & foliorum eiuſdem figura, in Italia & Narbonenſi Gallia Hiſpaniæ contermina naſcens. Auiculæ quæ Italicæ taxi baccas deuorant, denigrantur: & qui ederint eaſdem homines, alui profluuio corripiuntur. Narbone tam præſentis eſt veneni, vt ſi qui dormiant ſub ea, aut eius vmbræ ſubſideant, lædantur, & ſæpenumero moriantur: quare de taxo hæc traduntur, vt ab ea caueatur.

PALMA. *Germ.* Dattelbaum. *Belg.* Dadelboom. *Ang.* Datte tre. *Gall.* Dattier, & Palmier. *Hiſp.* Palmera. *Ital.* Palma.

*Aduerſ.* 452.

PALMARVM fructus, ſiue dactyli & eius flores.



Palma Rh... Dioſc.



Tenerrimæ Palmæ.

PALMA.

## Palma.

In Meſueo legendum Dactyli Keyron, à Chayero oppido, vt habet vetus codex. Secus Chayrum autem maximus eſt Palmæ prouentus. Ideo Syluius male legit Cytron, & vertit fuluum.

Diosc. *Palma acerba eſt & aſtringens, contra alui fœminarumq́ profluuia, in vino auſtero bibitur. hæmorrhoidas ſiſtit. vulnera glutinat illitu. Phœnicobalani recẽtes plus ſiccis adſtringunt, capitis dolorem afferunt. copioſiores in cibo inebriant. ſicciores ſanguinem excreantibus, ſtomachicis & dyſentericis vtiles in cibo. illinuntur cum cotoneo, & cerato œnanthino veſicæ vitijs. Caryota, præſertim eſu, faucium aſperitati medentur. Thebaicarum decoctum potu æſtuationem ſedat. vires recreat cum hydromelite veteri ſumptum. ciboidem faciunt. Fit ex eis vinum ad eadem conueniens. Decoctum per ſe potu & gargarizatione magnopere adſtringit, & cohibet. Nuclei palmarum, cæterorum more, cremati in crudo fictili, & vino reſtincti, cinere loto, ſpodij vicem efficiunt. miſcenturq́ in calliblephara. quòd ſi non iuſtam vſtionem acceperint, denuo cremandi. Vim adſtringendi habent. & ſpiracula cutis obductu ſuo claudunt. contra oculorum vuam & puſtulas, palpebrarum defluuia, cum nardo effectum præbent. corporis excreſcentias cum vino reprimunt. vlcera ad cicatricem perducunt. Sed inter primas vtiles ex palmis humilibus Aegyptia.*

Gal. Phœnix arbor adſtrictoriæ facultatis omnibus ſui partibus eſt particeps. Igitur ramorum ſuccus eſt, ex aquea ſubſtantia tepida & terrea frigida conſtans ſimilis facultatis eſt encephalos quem vocant, [ hoc eſt cerebrum ſiue medulla ] eſui aptus. At fructus eius, & maximè dulcis, non paucam obtinet caliditatem. Cæterùm cùm edendo ſit, multo eſt vſui, non tantum foris impoſitum, vbi quid roborare & deſiccare, contrahere, ſtipare, denſareque conſilium eſt; ſed & tanquam cibus ſumptus & ſimul cum aliis & per ſe. Porrò quod elate vocant, nempe tenerum illud palmæ germen, eandem cum cerebro eius facultatem poſſidet. Quod verò velut decoctum eius eſt, adſtringentem & ipſum qualitatem habet, verum plus quàm dicta omnia exiccat: vtpote quod & eſſentiæ conſiſtentia illis ſiccius eſt, & nimium habet humiditatis. Itaque iure vtuntur illo ad vlcerum putreſcentia, miſcentque medicamentis articulos plus iuſto laxatos contrahentibus: ad hæc facultatibus hepaticis & ſtomachicis, ſeu intrò ſumantur, ſeu foris admoueantur. Sed & radix plantæ deſiccatoriæ citra morſum facultatis eſt, adiunctum habens & ipſa adſtrictionis quippiam.

## Palma Elate.

Diosc. *Palma quam aliqui Elaten aut Spatham appellant, fructûs palmarum adhuc florentium inuolucrum eſt calyxque, quo in ſpiſſamenta vnguentarij vtuntur. Optima habetur odorata, adſtringens, ponderoſa, præcluſa, intus pinguis. Vis ei adſtrictoria, ſiſtit vlcera quæ depaſcunt. Laxatos artus committit. trita miſcetur cataplaſmatis & malagmatis. Prodeſt præcordijs, imbecilli ſtomacho, & iecori affecto, mixta conferentibus cataplaſmatis. Eius decoctum ſubinde deterſum, capillos denigrat, datur bibendum congruè renum veſica, & viſcerum vitijs. Vuluæ ac ventris fluxiones ſiſtit, ſcabiem cum reſina & cera ſanat, ſi vigiiti diebus recens apponatur. Inuolutuſque in ea elate fructus, quem ſuo amplexu fouet, elate etiam vocari ſolet, & ab aliquibus boraſſus. Adſtringit, & Spathæ effectus præſtat, non ſic vnguentis expetitus. Alba medulla caudicis recens in cibo aut decocta eadem facit quæ Boraſſus.*

Boraſſus, medulla ceu dicis Palmæ.

Mvsa.

Mvsa, ſiue Serapionis.



Draco arbor.

Mvsa fructus. Aduerſ. 452.



Mvsa.

Foliis eſt Cannæ Indicæ maioribus, quibus G. Eléni inuoluitur, ſeſquipedalibus, duos pedes longis, infernè compreſſis.



Draco *arbor, & eius lacrymæ, vulgo Sanguis draconis dicta.*

Creuit hæc aliquot abhinc annis in cultiſſimo Coldenbergij horto, Antuerpiæ, ex Hiſpanijs delata, talis omnino qualem eam eleganter & ſcitè Cluſius deſcripſit.

Clvs.

Clvs. Eſt verò Draco procera arbor, Pinum procul intuentibus referens, adeò æquales, ſemperq́; virentes ſunt rami. Huic truncus craſſus, octo aut nouē bicubitales ramos, æquales & nudos ſuſtinēs; hi rurſus in ſummo finduntur, & in alios ternos aut quaternos ramos cubitales aut paulo ampliores, brachialiſque craſſitudinis deſinunt, nudos item & ſine foliis, qui in ſummo geſtant capita plena cubitalium foliorum, maiuſculi pollicis latitudine, in medio denſiorum & eminentiore quodam modo coſta, vt ſunt Iridis folia, tenuium verò & rubentium in lateribus, quæ mucronem planè repræſentant, ſemperque virent; naſcuntur verò ea Aloës aut Iridis modo, altero alteram amplexante. Truncus perquam ſcaber eſt, multiſque rimis dehiſcens, ex quo per Caniculæ æſtus humor emanat, qui in rubram lacrymam denſatus, Sanguis Draconis appellatur, ob quam ſanè cauſam, ipſam arborem Draconem nuncupaui. Materia trunci firma eſt, ferrumque difficulter admittit, quòd veluti fibris tranſuerſim & obliquè excurrentibus conſtet: at rami, cùm multo ſucco prægnantes ſint, ſatis facilè cædi poſſunt.

Eam arborem Olyſippone primùm vidi anno humanæ ſalutis 1564. poſt monaſterium Diuæ Virgini ſacrum, cui nomen à Gratia, octo palmorum craſſitie, monachis ignotam & neglectam; quamq́; neque florem neque fructum ferre aſſererent: rem tamen aliter ſe habere poſteà deprehendi, ramulo ſiue racemo ex illa ipſa arbore anno ſequente reuulſo donatus ab amico. Eſt autem hic ramus pedali ampliorìue longitudine, cui inhærent alij ramuli multo fructu racematim compacto onuſti. Fructui color flaueſcens, ſapor aliquantulum acidus, magnitudo exigui cerasi. Eum in ſummis capitibus naſci veri ſimile eſt, vt in Palma Dactyli naſcuntur: ſpathæ tamen vti illos includi non intellexi.

Et ſanè id gummi quod apud diligentiores quoſdam pharmacopolas inuenitur, quodq́ue Sanguinem draconis in lacrymis appellāt, magna ex parte è Madera & Canariis inſulis in Europam inuehitur: & forſitan etiam ex Aphrica, quæ Cinnabarim Dioſcoridis tempore ſubminiſtrabat.

An hæc arbor alicuius momēti ſit in vſu medico, neminem ſcribere memini: fructus tamē aciditas argumento eſt vtiliter in febribus præberi poſſe.

Eius lacryma adſtringēdi vi pollet, ejuſq́ue vſus non infelix ad muliebres & dyſentericas fluxiones, cruentas excreationes, firmandos commotos dentes, & roborandas gingiuas.

Quæ facultates admodum ſimiles ſunt eis quas Dioſcorides Cinnabari tribuit, quamq́ue Hæmatite lapillo efficaciorem facit. Hanc ob cauſam, non abs re exiſtimant celebriores Medici, Sanguinem illum Draconis exquiſitum, legitimam Dioſcoridis Cinnabarim eſſe, præſertim cùm ejus tempore à nonnullis etiam Sanguis Draconis appellata ſit.

Palmites. *Hiſp. & Neapolitanis* Cephaglioni. *Palma minor Matth.*



## NUX INDICA.



FAUFEL *cum ſuo inuolucro, & eodem exutum.*



*AVELLANÆ *Indicæ genus oblongum Cluſij.*



Videtur idem cum nucleo palmę Pini noſtrę Aduerſ. pag. 450. cuiuſmodi prӕduros nucleos apud me ſeruo in muſarum theſauris munere Valerandi Donrez Inſulani.

Palmæ effigie arboris fungoſæ ſubſtantiæ Fauſel D. Garcia Luſitano teſte fructus eſt: cuius ſpecie Antuerpiæ apud Petrum Quickelbergium videndi & habendi copia fuit. Facie nucem myriſticam refert, ſed nigrior, altera parte ſeſſilis: craſſis & corporatura durior, lignoſa, molliore & villoſo inuolucro putaminéve clauditur, quale olim videre memini in officina P. Coldenbergij. Guſtu ſubaſtringente, nonnihil aromatico, initio primi ordinis excalfacientium. Immaturum ſtupefacere & inebriare dictitant. Noui generoſam Anglam vtero gerentem vapida aromaticitate decem vel duodecim nucum myriſticarum auidè comeſtarum cerebri ventriculis imbutis, ebriam eſſe redditam.



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS REX ARAGONUM

AVELLANA *Indica. Aduerſ. pag. 449.*




*Mehenbethene, ſiue* AVELLANÆ *Indicæ varietas.*

Inter nuces Moſchatas Antuerpiæ aliquando reperitur quã pro Mehenbethene D. Cortuſus Patauio miſit. Colore, figura & magnitudine nucē myriſticam refert, ſed triangularis forma oſſeo & præduro cortice nuculæ Indicæ noſtræ; ſed effracta tres cellulas habet, vnica conſpicua nucleum dulcem claudente; quales acceptas refero conſobrino amiciſſimo Nicolao de Fourmeſtraux mercatori Inſulano.

*Lege* PALMALINVM. *Aduerſ. pag. 451. linea 37.*

EVPHORBIVM.



*Lege* CEREVS *ab effigie deſcriptus Adu. pag. 453. eſt* EVPHORBII *arbor.*

Quem Cereum ſuperiùs diximus, Euphorbium ſtatuit & aſſerit Antuerpianus mercator Philippus Aſſeliers, qui congenerem ſtirpem vnà cum Anteuphorbio ex Indiis Peruuianis aſportauit. Cuius folium depactum, non ſecus ac ficus Indica, in plura folia & radicem craſſiorem fusè humi ſparſam, exit; & præclaro viro Ioanni Boiſoto perquam in hac palæſtra verſato Bruxellis cultiſſimo & ditiſſimo horto (vt mihi idē retulit) annū integrū vixit, ſed tandē hyemis ſæuitia periit. A Cereo noſtro tantum diſſidet ſpinarum geminata ſerie & poſitu. Folia teretia, craſſa, carinata & canulata, cucumerina, pedalia & ſeſquipedalia.

Dioſcoridem minùs nouiſſe arborem cùm Ferulaceā plantam dixerit, minimè mirū: cùm ne nobis quidem, cuius plantæ vel arboris ſuccus foret Euphorbium, hactenus comperrū fuerit; quippe cùm ſit peregrina & ex nouo orbe aduehi ſolita.

DIOSC. *Succus illitu ſuffuſiones diſcutit. Porro tota die exurit, quare melli collyriisq́; pro acrimoniæ ratione admiſceri debet. Coxarum doloribus prodeſt in odorifera potione hauſtus. Squamas oſſium eadem die eximit. Verùm eo vtentes, neceſſe eſt linamentis aut ceratis communire corpus quo oſſa conueſtiuntur. Aliqui memoriæ prodiderunt, percuſſos à ſerpente nihil moleſti paſſuros, ſi inciſa ad oſſa tenus capitis cute, intritus ſuccus infundatur, vulnuſq́; poſtea conſuatur.*

GAL. Cauſticæ ſiue vrentis & tenuium partium facultatis eſt.

Idē vtitur in alopecia lib. 1. comp. pharm. Liquor eſt ſtirpis cuiuſdam ſpinoſæ qui ex orientalibus regionibus affertur. 5. lib. componend. pharm. gener.

ANTEV-

ANTEVPHORBIVM.



Βρύον. MVSCVS, *Arborúmve villi: item ſaxorum & terræ. Vſnea Arabum & Offitin.*

MVSCVS *Quernus.*



Indidem aduectum Anteuphorbium D. Boiſeto doctiſſimo creuit, quod admirabilis, prudens & dædala natura aduerſum Euphorbij rabidas omnium longè fetidiſſimas & inurentes vires indigenis largita eſt. In pluribus carnoſis virentibus teretibus caulibus folia Portulacæ. Radices item latè humi impactas fundit. Lento frigidoque ſucco turget, quo vrida Euphorbij vis cohibetur.

MVSCVS.

Iis nominibus ſignificantur cantêarborum villi, quales in quercu videmus. Videntur è genere earum plantarum, quas paraſiticas feſtiuè quis dixerit, propterea quia non niſi aliena quadra maxima ex parte veſcuntur. Qui innaſcitur * Cedro, Larici, & Piceæ primæ nobilitatis, odoratiſſimi ſunt. * Dioſc.
Secundum locum † Populneus ſibi vendicat, in quo genere candidum & odoratius præſtat; Nigricans improbatur: Rutilans inter vtrunque medium tenet. Quernus omnium viliſſimus; præter eum qui ſaxis & vdis terræ glebis adnaſcitur, quum à natali atque parente ſuo muſcus naturam imitetur. † Dioſc.
Horum omnium varietates quamplurimæ villorum exilitate, differentia, & figura diſcretæ. Villoſitat.
Quædam enim Corallij æmulatione ramoſa.
Alia cincinnis & capillamentis fimbriata, vel capillitium denſiſſimis, fusè ſparſis, luxuriantibus eximium vellus ſericeum delicatiſſimum referunt.

MVSCVS *terreſtris denticulatus.*



Alia denticellis & ſarmentoſis viticellis pinnatis compreſſis arguta naturæ ſolertia elaborata, reptatu ſerptuque innumeris flexibus implicata.

DIOSC. *Aſtringendi vim habet. Decoctum inſidentium vuluis vtile: vnguento balanino, oleiúq́ inſpiſſandi gratia inſeritur. Thymiamatum, acoporumq́ compoſitionibus conueniens.*

Arabes inter cordis medicamenta inſerunt, quod odoris fragrantia animi defectus iuuet. Ventriculum roborat, vomitus compeſcit, & aluum ſiſtit.

Gal. Pro calamo aromatico ſubſtituit.

MVSCVS *terreſtris denticulatus alter.*
*Muſcus terreſtris repens Luſitanicus Cluſij.*



Ortus & modus ſuperiori non abſimilis: ſed ramuli toti denſiſſimis foliorum quaſi denticellis compreſſis, vel ſquammulis, Illecebræ multò minoribus, attractatu ſericeis, conferti ſunt. Sommerſeti, Angliæ ſterilibus montibus (Mendip vernaculè) vbi plumbum effoditur, nonnuſquam magna gliſcit copia, in aggeribus, & ſaxis.

MVSCVS

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

Mvscvs clauatus. *Pes Leoninus.*
*Perperam Chamæpeuce Cordo.*

Mvscvs *ſcoparius.*





Non minùs ſcitè poteſt hic recentioribus vocari Lupinus Pes, quàm alia planta Leporinus, propter Leonini pedis vel vnguis æmulationem. Muſcidorum & opacorum eſt hic ſoboles nemorum, & ſterilium vdorum. Obſequioſis iubatiſque ſarmentis, muſcoſo capillitio, viridi pallente, aſpero, latè defixis per interualla, hinc inde radicibus ſeſe propagat, atque gyros nectit, ſpiráſue anfractuoſas multas, atque supernè emittunt ramulos comoſos, ternos aut quaternos, villoſos pedes & vngulas Lupinas imitatos; è quibus ſingulis hirſuta cruſcula eriguntur & prominent, vngulas forcipuláſue cancrorum aut luporum effigiantia: procurrentibus flexilibus ab latere viticulis albidis & glabris, vnde pendula cernuntur ſpicata nucamenta, muſcoſis floribus albicantia: vnde Spica Celtica Officinis & impoſtoribus falsò dicta & vſitata, tum etiam quia ſummè ad calculum, & renum inflammationes facere ſcireut. In Angliæ, Normaniæ, Germaniæ & Belgiæ nemoroſis ſaltibus frequens occurrit.

Mvscvs *ſcoparius.*

Muſcidorum item & vdorum Belgij & Friſiæ orientalis hic ſectator, multis dodrantalibus, pedalibus etiamque amplioribus ramulis, purpura aurea nitentibus, innumera cirrorum tenuium ſobole comoſis, è quibus ſingulis exeruntur capitula Lini, Ericæ aut Selaginis minora.

MM 3 Mvscvs

## Mvscvs *capillúſve aureus minor.*

Minor, minúſve ſpecioſo nitore, coloreque viuido, triſtioreque aſpectu viſitur in complutis ruderibus, aſperginoſiſque limbis parietinorum vetuſtiorum Galliæ, Germaniæ, Belgiæ, & Angliæ.

## Lichen, Hepatica.







Lichen dicta, quia ſaxis vdis, opacis parietinis, aut petroſis aſperginibus innaſcatur: aut quòd Dioſcoride interprete Lichenis impetigine affectis medeatur; quod ſane facit, adeoque multa difficiliora efficit, depellitque affectus hepaticos admodum difficiles. Eapropter Hepatica recentioribus dicta: notiſſima vel plebeculæ; non tamen illa Muſcus dicenda, quia capillares cauliculos, floſculoſque candidos, radiatos complures, Iunio & Iulio profert, è radice perpuſillis fibrillis ſuccum è ſaxis lingit ſugitque, quibus folia arctè tota ſuperficie ſquammatim ſibi incumbentia adhærent, quaſi agglutinata, virentia, craſſa, laciniis lactucinis ſinuata, Quercúſve terrenæ, aut potius marinæ ſimilitudine: guſtu herbido, refrigerante, exſiccante: quare Syrupum de Cichorio cum Rhabarbaro ingreditur.

Diosc. *Illitus ſanguinis profluuia ſiſtit. inflammationes arcet: impetigini medetur. iuuat regio morbo correptos, cum melle illitus. oris & linguæ defluxiones inhibet.*



ALEXANDER · FERDINANDVS · ... DEI GRATIA

BRYON *Lactuca folijs Plin.*
MVSCVS *intybaceus criſpus marinus.*
*Fuci prima ſpecies Dioſc.*
*Lactuca marina herbariorum.*



BRYON *Lactucæ folijs Plin.*

Saxóſis & conchis marinis Mediterranei & Oceani hæc, cuius meminit Theophraſtus, inſtrata reperitur. Eius ſiue facies, ſiue ortus non ita diſpar à Lichene & Pulmonaria: lætiora tamen ſunt folia, viridiora, maiora, & Lactucæ criſpæ æmula, valde flaccida, teneriuſcula & tenuia. Facultate itidem refrigerandi & ſiccandi non diſpari Lichenis aut Pulmonariæ, ſed propter ſalſuginem magis digerente: Eapropter magno commodo tumoribus feruidis & arthriticis bilioſis & ſanguineis admouetur.

Perperam notatur Plinius, quòd Bryon, id eſt, Muſcum marinam herbam dixerit, Lactucæ folijs rugoſis & veluti contractis, quæ ſine caule exeunt; minimè Lichenem, vt quidam putant, deſcribens, qui auctore Dioſc. Bryon nonnullis dicitur, quòd petris adhæreat vt muſcus.

Plin. Præcipua ſiccandi ei, ſpiſſandíque vis, & collectiones omnes, inflammationeſque cohibendi, præcipuè podagræ, & quicquid refrigerare opus eſt.

MVSCVS *Pulmonarius, ſiue* PVLMONARIA *officinarum.*



Simillimus Muſcus & de Hepaticæ collatione cuilibet notiſſimus ad Pulmonum morbos, quos ſinuoſis meatibus & punctis, ſuperficieque concolore, quadantenus exprimit multum meritò prodeſſe

deſſe

## Mvscvs *capilláſve aureus minor.*

Minor, minúſve ſpecioſo nitore, coloreque viuido, triſtioreque aſpectu viſitur in compluтis ruderibus, aſperginoſiſque limbis parietinorum vetuſtiorum Galliæ, Germaniæ, Belgiæ, & Angliæ.

## Lichen, Hepatica.







Lichen dicta, quia ſaxis vdis, opacis parietinis, aut petroſis aſperginibus innaſcatur: aut quòd Dioſcoride interprete Lichenis impetigine affectis medeatur; quod ſane facit, adeoque multa difficiliora efficit, depellitque affectus hepaticos admodum difficiles. Eapropter Hepatica recentioribus dicta: notiſſima vel plebeculæ; non tamen illa Muſcus dicenda, quia capillares cauliculos, floſculoſque candidos, radiatos complures, Iunio & Iulio profert, è radice perpuſillis fibrillis ſuccum è ſaxis ſingit ſugitque, quibus folia arctè tota ſuperficie ſquammatim ſibi incumbentia adhærent, quaſi agglutinata, virentia, craſſa, laciniis lactucinis ſinuata, Quercúſve terrenæ, aut potius marinæ ſimilitudine: guſtu herbido, refrigerante, exſiccante: quare Syrupum de Cichorio cum Rhabarbaro ingreditur.

Diosc. *Illitus ſanguinis profluuia ſiſtit, inflammationes arcet: impetigini medetur. iuuat regio morbo correptos; cum melle illitus, oris & linguæ defluxiones inhibet.*

BRYON *Lactucæ foliis Plin.*
MVSCVS *Intybaceus criſpus marinus.*
*Fuci prima ſpecies Dioſc.*
*Lactuca marina herbariorum.*



BRYON *Lactucæ foliis Plin.*

Sexoſis & conchis marinis Mediterranei & Oceani hæc, cuius meminit Theophraſtus, inſtrata reperitur. Eius ſiue facies, ſiue ortus non ita diſpar à Lichene & Pulmonaria: lætiora tamen ſunt folia, viridiora, maiora, & Lactucæ criſpæ æmula, valde flaccida, teneriuſcula & tenuia. Facultate itidem refrigerandi & ſiccandi non diſpari Lichenis aut Pulmonariæ, ſed propter ſalſuginem magis digerente: Eapropter magno commodo tumoribus feruidis & arthriticis biliosis & ſanguineis admouetur.

Perperam notatur Plinius, quòd Bryon, id eſt, Muſcum marinam herbam dixerit, Lactucæ foliis rugoſis & veluti contractis, quæ ſine caule exeunt; minimè Lichenem, vt quidam putant, deſcribens, qui auctore Dioſc. Bryon nonnullis dicitur, quòd petris adhæreat vt muſcus.

Plin. Præcipua ſiccandi ei, ſpiſſandiq́ue vis, & collectiones omnes, inflammationesq́ue cohibendi, præcipuè podagræ, & quicquid refrigerare opus eſt.

MVSCVS *Pulmonarius, ſiue* PVLMONARIA *officinarum.*



Simillimus Muſcus & de Hepaticæ collatione cuilibet notiſſimus ad Pulmonum morbos, quos ſinuoſis meatibus & punctis, ſuperficieq́ue concolore, quadantenus exprimit multum meritò pro-

deſt

deſſe creditus. Annoſis cimoſiſque caudicum Quercus, Fagi, aliarumque, corticibus non modò, ſed etiam lapidibus, & duris pauitiſque germinibus, inſtar cruſtæ aut loricæ inducuntur coriacea, duriora, denſiora, & anfractuoſa folia, cartilaginea, Lichenis ritu & effigie hærentia capillamentis radicum: nuſquam tamen cauliculorum aut florum veſtigiis conſpicuis extantibus. Multi nominis & vſus apud Belgas medicos, qui ad vlcera pulmonum, tabemque, & ſanguinis importunas eruptiones immoderatas ex aqua puluerem dant; frequens etiam decoctionibus indunt. Siccat admodum, moderatius adſtringit & refrigerat.

LENS *Paluſtris Aduerſ. 129. in Malabathro.*
*Angl.* Duck meat.



MVSCVS *Marinus vulgatiſſimus.*





Muſcus candidus Corſiloides ſimi... ...mulis loricates.

Minuto circinatæ rotunditatis Lenticulæ folio, cui perquam tenues cirrorum villi radiculæ loco ſubſunt. Magnæ commendationis & vſus ad viſcerum & febriles æſtus Nymphæa de pari dote, decoctis, ſtillatitia pota & apposita. Ad faciei, oculorum, corporis rubores & capitis dolores apponitur.

DIOSC. *In aqua non fluente muſcus lenticulæ ſimilis inuenitur, refrigeratoria natura: propter quod conuenienter collectionibus, igni ſacro, & podagris illinitur per ſe & cum polenta: glutinat & procidentia puerorum intestina.*

MVSCVS *marinus.*

Nec ſecus ac telluri & arboribus muſcus innaſcitur; ſic pelagi ſub vndis naturæ munifico luxu elufa, † ſcopulis, * teſtaceis, ſiue conchyliis, Coralliis, Mitulis, Algis, Fucis, aliiſque marinis plantis, Muſci Intybacei criſtatis oris, pulmonarij, fruticoſi, ſurculoſi, Coralloides, capillacei multiplex differentia adhæret. †* Dioſc.



BIBLIOTECA ... FERDINANDVS ... (library stamp)

CORALLINA.



## CORALLINA.

Quæ Corallina dicitur, Officinis hodie notiſſima: citratis copioſis Corallij æmulatione implexis tenuibus ſurculis, caulis expers, colore rubicundo, aliâs luteolo, herbaceo, cinereo, aut candido, oſſea duritie; ad vermes profligandos decantatiſſimis viribus.

*Muſcus.*

DIOSC. *Præcipua ei ſpiſſandi vis; & collectiones cohibendi, & podagras quas refrigerare opus eſt.*

Gal. compoſitus eſt ex terrea & aquea eſſentia, vtraque frigida. Siquidem & guſtu adſtringit, & calidis quibuſue illitus, ea euidenter refrigerat & adiuuat.

## CORALLIVM.

Multò plura quàm antiquis prodita Corallia & Corallinæ reperiuntur: quæ nec intempeſtiuè Muſcis ſuccedent ad ſeriem plantarum continuandam; vt quę ſe offerant ſimilima, ita proxima ſerie ex noſtro inſtituto annectenda. Corallium fruticis forma colore Rubiæ radicis æmulum, vniuerſæ Europæ peruulgatum, maximique vſus & commodi.

*Varietas è colore.* Reperitur & pallidum flaueſcens.

DIOSC. *Adſtringit, refrigerat mediocriter; excreſcentia coercet; oculorum cicatrices abſtergit; vlcerum cauà & cicatrices explet, contra ſanguinis reiectiones magnopere efficax eſt. vrinæ difficultati auxiliatur; quin & potum ex aqua lienem abſumit.*

Matth. Comitialibus commodè adalligatur, exhibeturque in potu. Corallio ædes à fulminum iniuria tueri ſuperſtitioſum & fabuloſum. Quotie: ſiccandum, ſiſtendum, firmandum eruptiones quaſuis menſtruas, dyſenterias, & cruentas deiectiones, ad corallia refugium.

Vſtum efficacius ſiccat: Torminibus & veſicæ calculi malis medetur Plinio ex aqua potum. Simili modo ex vino † potum, aut ſi febris ſit * ex aqua: ſomnum conciliat.

*Si febris ex aqua.* * ] quia refrigerat, & aqua humectat; febris æſtuoſos vapores ſomnum perturbantes & inhibentes cohibet. † quia vapi duis.

Plinius videtur ignoraſſe poliri & concinnari baccas & grana coralij globulis nectendis, quibus filo traiectis preces ſunditabant & ſupputabant, moniliaue parabant.



ALEXANDER FERDINANDVS



ANTIPATHES *ſiue Corallium nigrum. Dioſc.*

Maſſiliæ inter corallia occurrit, inſigni læuore perpolitum, colore nigerrimo.

DIOSC. *Specie tantum diſtans. eſt autem colore nigro arboris figura, ramoſum magis. Vires ſupradicti habet.*

CORALLINA *rubens Antipathis facie, An Quercus marina folio Myrica Theoph.?*



Corallina alia.



*Corallina Antipathis facie varietates.*

Alba, rubra, lutea, torulo intus corneo Antipathi concolori & nō abſimili reperitur nō modò Narbonæ & Galloprouinciæ mediterraneis littoribus, ſed etiam Angliæ occiduæ & Normanicæ.

CORALLIVM *album.*

Iiſdem Tyrrheni pelagi ſub vndis Corallium candidum euellitur, ſimilibus crebris ſurculoſis anfractibus & flagellis, ſed acetabulis inſculptum Polypi piſcis æmulatione. Rubro longè magis refrigerare proditur.

Coralloides, ſiue Corallij albi varietas.



Stipite longè craſſiore brachium æquante, & materia magis fungoſa, multis acetabulis inſculpta aut inſcripta.

Vniuerſa planta pedem, vnum longa eſt, vixque cubitum proceritate ſuperat.

Coralliorum ſolutio & Vnionum, Chymiſticè ex G. Alder.

Eodem modo quo margaritas in liquorem redigimus. Alij vel vniones, vel corallia minutim contuſa in aqua ardenti ſiue viridi ſalis liquore ſoluunt prius in calcem: deinde hanc abluunt ſtillando, donec nulla amplius ſalſedo percipiatur: poſtea puluerē vini ſpiritu excipiūt, & per balneū ſexies aut ſepties refundendo abſtrahunt. Alij corallia in calcem ſubigunt: hanc reſoluunt, & ex vini ſpiritu nouies exſtillare ſinunt, dum ſalis inſtar diſſoluantur. Quicquid autem in fundo remanet, id recenti vini ſpiritu perfundunt, & priore modo euocant, vſque dum tinctura coralliorum proueniat, quam ipſi animam appellant, ſummum medicæ facultatis myſterium: quo omnes interiorum partium affectus radicitus euelluntur, & corpus cæleſti quadam vi in temperatum habitum, abſolutamque & exquiſitam commoderationem reſtituitur. Sic igitur quinta Coralliorum eſſentia quemlibet morbum comitialem à pueris & ætate prouectioribus in quinque ſeptimanis prorſus ſubtrahit. Sic etiam omne alui profluuium à quacunque cauſa ortum, tam in pueris quàm in adultis, cohibet, etiamſi morbus ad extremum peruenerit. Ita ſanguinem à quacumque parte manantem coërcet, quouis modo adhibita. Sic denique fluores vterinos quoſcunque ſiſtit, & ad probam naturæ temperationem reducit, ne quid mali recidiui in reliquis corporis partibus vnquam, quemadmodū ex alijs medicamentis omnibus, conſequatur. Adhæc idem oculis ſuperimpoſitum, eorum dolores ſedat: defluxiones mirificè compeſcit & puſtulas diſcutit. Intra corpus ſumptum eadem propemodum, ſed non tam efficaciter præſtat, vt tinctura. Hæc enim decem guttarum inſtar ex liquore aliquo idoneo exhibita, mirabilia tam in viros, quàm fœminis, iunioribus & adultis efficit. Quinetiam corallia ex ſingulari facultate qua donata ſunt præ cæteris corpori foris aut alligata, aut appenſa nimios vteri fluores, tum albos, tum rubicundos ad moderatum ſtatum reducunt, ventris profluuia adſtringunt: partum facilem reddunt: ſpiritus animi recreant, melancholiam, triſtitiamque abigunt: ſanguini profluenti ex venis, vulneribus, hæmorrhoidibuſq; ſubueniunt: conuulſiones, morbumque comitialem mitigant, præcauentque.

*Vnionum ſolutio ex Aldernat.*

Primum in puluerem rediguntur & vitro oris anguſti induntur, perfunduntúrque aceto diſtillato optimo, ita vt hoc ad duos digitos ſupereemineat: deinde in cineres calidos ponuntur donec ſoluantur: poſteà quod ſolutum eſt, in balneo extillatur ad ſiccitatem vſque; & ſuper calcem hanc vnionum, aqua plunialis ſtillatitia funditur, rurſuſq; diſtillatur, dum omnis humor emanarit: tunc iterum affunditur recens aqua ſtillatitia, rurſuſque detrahitur vt antea: atque is labor ter quatérue repetitur, quoad nihil aceti ſubeſſe percipiatur. Tandem puluis ſiue calx vnionum, aut in loco humido ſupra marmor diſſoluitur, aut ex ſpiritu vini maceratur, diſtillatúrque dum in liquorem olei inſtar redigatur: Cuius grana ſena ex humore aliquo ad reſolutionem neruorum, conuulſionem, marcorem ſenilem & phrenitidem dantur: corpus ſanum conſeruat: læſum priſtinæ ſanitati reſtituit, lac muliebre emendat augetque naturalium partium vitia, & ſemen corrigit. Abſceſſibus, vlceribusque exedentibus, cancro, & hæmorrhoidibus medetur.

*Auri diſſolutio.*

Per ſpiritum vini quidam Aurum potabile fieri affirmant; dum foliorum auri drachmæ duæ ex aceti ſpiritu prius ſoluantur: deinde purgantur. Poſtea in aquæ vitæ vncijs ſex per dies triginta digeruntur, rediguntúrque in liquorem auri præſtantiſſimum.

*Vrack Nortmanorum videntur* FVCI PLINIANI.

Vniuerſo illo littore occidui pelagi Gerſæ & Garneſæ Angliæ amœniſſimis inſulis inter Britanniam & Nortmaniam tantus prouentus in ſcopulis, vt eminus tanquam ſyluæ ſpectentur, vbi defluo mari ſecatur & auellitur, vritur Kali ritu, & cinere ſato ſolum & veruacta lætiora & pinguiora redduntur.

Maximo folia vt plurimum terna. Peti binûm, ternûm & quaternûm cubitorum, latitudinis palmaris in caudice binûm, & ternûm cubitorum, ſeſquiunciam & duas vncias craſſo, corneo, rubiginoſo, vti & folia.

Plin. enim Fuci marini genera, latum & alterum longius quadamtenus rubens: tertium criſpis folijs quo in Creta veſtes tinguntur.

Naſcuntur in mari frutices, arboreſq;, minores in noſtro: rubrum enim eſt: totius orientis Oceanus refertus eſt ſylua.

FVCVS *marinus folijs Abrotani maris.*



QVERCVS *Marina.*

Quamplurima genera ſpectantur, quorũ altera à quernæ frõdis ſimilitudine Quercus marina dicitur, fructu oliuari, tereti, membranaceo folliculo duricorio.

Aliæ folijs laciniatis, fimbriatis; altioribus diuiſuris, Abſinthij, Arthemiſiæ, & Abrotani maris: folliculis non diſſimilibus; ſed nonnunquam triplo maioribus radicem Aſphodeli æquantibus, colore quadamtenus rubentibus vel ferrugineis.

FVCVS ferulaceus.



Ferulaceum diximus ob folia ferulacea minutius diuiſa. Scapum emittit pedalem, in quo Corallina candida ſæpius innaſcitur.

LENTICVLA *marina Serapionis & Vua marina quorundam.*



LENTICVLA *marina ſerratis folijs.*



Tyrrheni maris & Adriatici indigena hæc; folijs anguſtis Scopariæ dictæ Oſyridis, in flexilibus loricatis petiolis ſeſquipalmaribus refertis & onuſtis copioſis baccis vacuis membraneis tenuibus lenticulis ſimilibus & paribus, vnde ei nomen.

*Varietas.* Perſimilis & eadem, niſi latiora & breuiora, nonnihil ambitu ſerrata eſſent folia.

*Vnionum ſolutio ex Alderaac.*

Primum in puluerem rediguntur & vitro oris anguſti induntur, perfunduntúrque aceto diſtillato optimo, ita vt hoc ad duos digitos ſupereminеat: deinde in cineres calidos ponuntur donec ſoluantur: poſtea quod ſolutum eſt, in balneo extillatur ad ſiccitatem vſque; & ſuper calcem hanc vnionum, aqua pluuialis ſtillatitia funditur, rurſuſq; diſtillatur, dum omnis humor emanarit: tunc iterum affunditur recens aqua ſtillatitia, rurſuſque detrahitur vt antea: atque is labor ter quaterúe repetitur, quoad nihil aceti ſubeſſe percipiatur. Tandem puluis ſiue calx vnionum, aut in loco humido ſupra marmor diſſoluitur, aut ex ſpiritu vini maceratur, diſtillaturque dum in liquorem olei inſtar redigatur: Cuius grana ſena ex humore aliquo ad reſolutionem neruorum, conuulſionem, marcorem ſenilem & phrenitidem dantur: corpus ſanum conſeruat: læſum priſtinæ ſanitati reſtituit, lac muliebre emendat augetque naturalium partium vitia, & ſemen corrigit. Abſceſſibus, vlceribusque exedentibus, cancro, & hæmorrhoidibus medetur.

*Auri diſſolutio.*

Per ſpiritum vini quidam Aurum potabile fieri affirmant; dum foliorum auri drachmæ duæ ex aceti ſpiritu prius ſoluuntur: deinde purgantur. Poſtea in aquæ vitæ vncijs ſex per dies triginta digeruntur, rediguntúrque in liquorem auri præſtantiſſimum.

*Vrack Normanorum videntur* FVCI PLINIANI.

Vniuerſo illo littore occidui pelagi Gerſæ & Garneſæ Angliæ amœniſſimis inſulis inter Britanniam & Normaniam tantus prouentus in ſcopulis, vt eminus tanquam ſyluæ ſpectentur, vbi deſiuo mari ſecatur & auellitur, vritur Kali ritu, & cinere ſato ſolum & veruacta lætiora & pinguiora redduntur.

Maximo folia vt plurimum terna. Peti binûm, ternûm & quaternûm cubitorum, latitudinis palmaris in caudice binûm, & ternûm cubitorum, ſeſquiunciam & duas vncias craſſo, corneo, rubiginoſo, vti & folia.

Plin. enim Fuci marini genera, latum & alterum longius quadamtenus rubens: tertium criſpis folijs quo in Creta veſtes tinguntur.

Naſcuntur in mari frutices, arboreſq;, minores in noſtro: rubrum enim eſt: totius orientis Oceanus refertus eſt ſylua.

FVCVS *marinus folijs Abrotani maris.*



QVERCVS *Marina.*

Quamplurima genera ſpectantur, quorũ altera à quernæ frõdis ſimilitudine Quercus marina dicitur, fructu oliuari, tereti, membranaceo folliculo duricorio.

Aliæ folijs laciniatis, fimbriatis, altioribus diuiſuris, Abſinthij, Arthemiſiæ, & Abrotani maris: folliculis non diſſimilibus; ſed nonnunquam triplo maioribus radicem Aſphodeli æquantibus, colore quadamtenus rubentibus vel ferrugineis.

FVCVS

FVCVS *ferulaceus.*



Ferulaceum diximus ob folia ferulacea minutius diuiſa. Scapum emittit pedalem, in quo Corallina candida ſæpius innaſcitur.

LENTICVLA *marina Serapionis & Vua marina quorundam.*



LENTICVLA *marina ſerratis folijs.*



Tyrrheni maris & Adriatici indigena hæc; folijs anguſtis Scopariæ dictæ Oſyridis, in flexilibus ſoricatis petiolis ſeſquipalmaribus refertis & onuſtis copioſis baccis vacuis mēbranaceis teretibus lenticulis ſimilibus & paribus, vnde et nomen.

*Varietas.* Perſimilis & eadem, niſi latiora & breuiora, nonnihil ambitu ſerrata eſſent folia.



ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

CONFERVA *Plin.*



CONFERVA.

Plin. Peculiaris eſt Alpinis maximè fluminibus Conferua appellata à ferruminando, ſpongiæ aquarum dulcium verius quàm muſcus aut herba, villoſæ denſitatis, atque fiſtuloſæ. Curatum ea ſcio omnibus ferè oſſibus cõfractis prolapſum ex arbore alta putatorem, circumdata vniuerſo corpori, aquam ſuam inſpergentibus quoties inareſceret, raroque nec niſi deficientem herbam mutationis cauſa reſoluẽtibus conualuiſſe, vix credibili celeritate.

Spongioſis, flexuoſis ſeſquicubitalibus & longioribus quaſi ellychniis & fuſco virẽtibus ſtaminibus villorũ cirris lenè fluentibus aquæ fluitans, ſcitè Pli. ſpongiæ aquarũ dulcium verius, quàm muſcus aut herba, villoſæ denſitatis. In lacu maiore Mediolanẽſis agri reperitur.

CONFERVAE *marinæ genus videtur.*



In Angliæ littore meridiano inſulæ Portlandiæ vocatæ, ex aduerſo Normaniæ, inter fluitantes Algas reperimus plantæ quoddam rudimentum; cuius ſi ſpectes, & attrectes ſurculos palmares & ſeſquipalmares, puſtuloſos, molles, flexiles, Spongiam prorſus dicas, cui etiam concolor eſt, & vixiſſe putes: ſin habitum & ortum ramis brachiatum, Corallinis affiniorem dicas, vnde quidam apud Plinium Plocamon Iſidos Corallio ſimilem, ſine foliis, præciſum mutato colore in nigrum dureſcere, cùm cadat frangi ſolitum, coniectarunt. Ea tamen videtur Antipathes Dioſcoridis, cuius etiamnum ramulum paulo antè exhibuimus è Maſſilienſium piſcationibus.

Viſum eſt ſubdere aliquot rariſſimas icones ex noſtris rerum Britannicarum ancipitis naturæ obſeruationibus.

BRITANNICAE *Concha Anatifera.*
*Gallis* Macreuſes.
*An* Sapinettes *Nortmanorum eadem.*?



LITHOXYLA, *lignáve lapidea Anglica.*



Facit ſpecimen iſtud Naturæ quippiam boni vel è ſordibus meditâris, vt iam multa lubeat credere quæ alioquin riſiſſemus, ſi legiſſemus apud rerum Septentrionalium Hiſtoricos: quanquam paulo ſecus hi narrant, duntaxat in *Scotia* aut Orcadibus maris Caledonij Arctici, olim à Romana claſſe deuictis, compertum. Nos verò non ſolùm ex Scotia, ſed etiam hic ad Tameſim amnê, quà Londinum præterfluit, conchas pediculo rugoſo craſſiore è nauis annoſæ carina auulſas habemus. Sunt eæ admodum puſillæ circinatæ ferè rotunditatis conchæ, foris albidæ, lucidæ, læues, tenuitatemque teſtæ ouaceæ fragilem, biforem, Mituli modo præferentes, nuci Amygdalæ compreſſæ pares; pendulæ autem erant hæ foris ad imum ventricoſæ nauium carinæ, cui muſco & limo ſemiputridæ innati erant quaſi fungi pedicelli, quos ferè ouracum vmbiliculi dixiſſes, cuius extremum fructuum ritu inſerebatur latiuſculæ conchæ baſi, quaſi vitam alimoniamque inde ſugerent auiculæ, quarum rudimenta è ſumma parte conchæ hiulcæ, conſpiciuntur. Pediculos iſtos ferunt Hiſtorici primùm è vermiculis concreari, quod non potuimus ſcire, neque dum credere: tametſi ſcimus has eaſdem conchulas elegantiſſimè efformatas in ſurculis arborum, quales dono mihi dedit Londini ſuperioribus annis induſtrius iuuenis Andreas de Fourmeſtraux bonus ciuis & mercator Inſulanus, quà maris æſtus alluit temerè proiectorum, aut depactorum ſobolem eſſe. Earum autem quæ humi, in ſicco labuntur, emori: quæ verò alluuionibus maris rapiuntur, concha excludi, & in Anatem, aut ei congenerem auem adoleſcere. Has volunt eſſe *Barnacles* Angli & Britanni Galli: *Clakis* vocat Scotia: vbi abundant & capiũtur dum per brumam concreuerunt gelu paludes. Sapit nobis eſitantibus Anatem aut Anſerem ſyluestrem. Alij Anati ſimilimam, ſed minorem, fuſci coloris roſtro croceo maritimam auem.

LITHOXYLA, *lignáue lapidea Anglica.*

Compertum nobis eſt eſſe amnes & riuulos, vbi merſi pali lignei, ridicæ, aut conti, aliquot menſibus lapideſcunt: imò ferè, vt ſic dicam, ferreſcunt, eadem perſtante ſuperficie, ſitu ſtriatum & fibrarum ductu priſtino: vt eminus, quas aſſulas ligni diceres, attrectando & lapidi illidendo dicas eſſe lapidem ferri mineræ immixtum, ſoliditate, grauitate, duritie & duratione lapidea, nec flammis obnoxia: cuiuſmodi magna fruſta videre eſt in illo monticulo affabrè multiplici lapidum mineralium ſtructura planè viſenda, conſtato, ad tubulos & elices tranſmittendos fontis peramœni, qui ſcaturit Londini in horto eximię literaturę & prudentiæ incomparabilis Cæcilij Angliæ meritiſſimi Cãcellarij. Mirificas haſce aquas è montibus præfecturæ Bedfordiæ & in Cambria ſiue Anglia Occiduâ, quam VVall iam vocant, emanare multi aſſerunt.

FINIS.

# DE SVCCEDANEIS, IMITATIONE RONDELETII, E CVIVS FRAGMENTIS ET PRÆLECTIONIBVS HÆC FERE DECERPTA SVNT.

CVM attentiore lectione animaduertiſſem vulgatum Succedaneorum libellum, quem nonnulli Galeno, alij Paulo acceptum ferunt, ſcatere mendis, & pleriſque locis mutilum eſſe; vtpote qui ex Græco in Arabicum, & de Arabico ſit denuo Latinè verſus, aut potius peruerſus, à Mauro quopiam, vel Maurogræco, qualis fuit & Actuarius: viſum fuit, quæcunque Dioſcorides, Galenus, Aetius atque Paulus literis mandaſſent, experimentaque tum veterum tum recentiorum confirmaſſent, ſeligere; eaque ſic digerere, vt quid alteri cuiuis æquipolleat, ſtudioſis in poſterum pateret.

Hunc autem libellum neoterici cuiuſpiam eſſe vel id plus ſatis arguit, quòd nonnulla addita inibi ſint quæ Galeni tempore ignota fuere, vti Anacardia, aliaque complura: nullo tamen ordine aut delectu, ac ſine iudicio. Vt, quòd fortè Chamæmelini legerant alicubi, nominis decepti affinitate, Melinum ſubdiderunt; quàm inſcitè, nullus eſt qui id ignoret: illud enim laxat & moderatè calfacit, hoc verò refrigerat aſtringitq́;. Eadem ineptia quod fortè Cæpæam Portulacæ ſimilem legiſſent, illius vires huius facultatibus reſponſuras putarunt. Itidem leporem fluuiatilem cancri loco vſurpari; vel, vt alius quiſpiam correxit, marinum: indoctè, vt qui ignoraſſe videatur cancrum alimentum & antipharmacum eſſe; leporem verò vel odore ſolo vomitorium & venenum. Nec hoc falſum ſolummodò, at & diſcriminis plenum, cùm loco Opobalſami Opocarpaſon ſubſtituunt, quod venenum frigidum eſt Dioſcoridi, vinoque, vti Cicuta, expugnandum, teſte Gal. lib. De antidotis. Verùm ſi hîc Carpaſon legamus, vera fuerit lectio, eſt enim tenuium partium. Cinnamomo item Behen rubrum reſpondere nequit. Neque placet ordo ſerieſque collationum: nam olea oleis, non reſinis aut aquis ſunt conferenda, vt, quoad eius fieri poteſt, ſint ſimillima. Deinde ſi non licet ex ſpecie proxima, ſaltem è genere, cùm abundemus probis remediis. Nec parui facio regionum vbi naſcuntur proprietates, veluti Creticarum plantarum, quas Italicis efficaciores puto, niſi ſquallida admodum fuerit æſtas: tum enim Polium Italicum aut Stœchas non cedunt Cretico aut è Stœchadibus inſulis.

Imperitiæ fatuæ eſt, ſubſtituenda præcipere rarioribus inuentu, ea quibus caremus, aut adulterata, vt loco cinnamomi, amomum. Inſaniæ itidem, vbi abundamus lactuca, opocarpatum optare. Licuerit tamen, ſi qua ſint rariùs obuia aut minus trita, eorum loco vſurpare viribus ſimilia, vti Terebinthinæ veræ loco, Lentiſcum, qui frequentior & feracior eſt.

Quum autem ſuccedaneis vti non rarò cogamur, nec enim omne fert omnia ſolum, nec vbiuis medicamenta oportuna occurrunt, (ruri enim ἰατρικῶς vtendum: & quũ medicamenta neceſſaria ad repentinos caſus ad manum minimè ſint, præſentibus vtendum) eligenda erunt quæ noſtris ſimplicibus ſubſtitui poſſunt, vt Galenum feciſſe legimus, cui Euphorbium cùm ad ſpicula, aculeos & infixa eximenda deeſſet, ex aluearijs Propoli pro Euphorbio felici ſucceſſu vſurpauit.

Succedaneorum verò vſus hodie magis eſt neceſſarius quàm vnquam fuit; cùm multis quæ antiquis in regionibus ſuis exortiuis & exoticis diues & vber prouentus ſufficiebat, hodie careamus; tum ſuppoſititia Hebræorum & mercatorum vafro ingenio adulterata tranſuehantur, quæ ſi reiicienda, alia ſubſtituere neceſſe eſt. Adhæc pleraque priſca ſimplicia medicamenta exoleta, antiquitus notiſſima & vſitatiſſima, hodie ignorantur.

Permultæ Arabibus excogitatæ & vtiles inuentæ compoſitiones efficaciſſimaque remedia in vſum recepta, quorum ſimplicia barbarie vocum nobis prorſus ignota ſunt.

OO Quid

Quid enim nominibus illis barbaris ſignificare voluerint, neſcimus; aut illis caremus. At in ſuccedaneorum delectu & vſu, peſſima illa medicorum conſuetudo merito reiicienda, quæ iam à multis annis inualuit, magno ægrotantium incommodo; qua in compoſitione remediorum omnia quæ commendata ſunt vel ad morbum, vel ad partem affectam, vel aliquod ſymptoma, congeſſunt temere; & cùm omnia ſimilia vſurparunt, haud habent amplius quod pro ea herba aut medicamento ſubſtitui poſſit. Quòd ſi vna, duabus, vel tribus herbis contenti eſſent, nunquam ſuccedaneo deſtitueretur pharmacarius. Sin autem quantitas neceſſaria foret, pro manipulo adde duos, pro duobus tres vel quatuor. Hinc duo conſequentur commoda; certior medicamenti operatio, facilior & citiſſima præparatio; pluribus remediis & ſuccedaneis ſummo artis Medicæ ornamento abundabit medicus, cui iterare, immutare, ſupponere pharmaca licebit, & plura quam vulgus Medicorum & Clinicæ ſapere. Vt ſi in ſuo decocto Borraginem præſcribat; ea ſi defuerit, Bugloſſum agreſte ſubſtituet, vel contra: ſi ſcariola deſit, ſuccum ſubſtituere vel ſyrupum licebit: ſi Cichoriũ, Dens Leonis, vel Endiuia: ſi Chamæpitys, Chamædrys ſubſtituatur, ſi deſit, vel contra. Sed quid faciet ſi omnia congerantur in vno eodemque medicamento? certè nihil aliud erit, quam poëticum illud chaos,

Rudis indigeſtaque moles.

Illud Villanouani ante oculos voluant, vbi in promptu habentur ſimplicia, dolum eſſe ſi quis compoſitis vtatur.

A praua igitur conſuetudine recedant, & illos tanquam ſcopulos vitent: caueant item malos, auaros, improbos, indoctos & impudentes pharmacarios, qui nummi & lucri rapaces, farraginem medicamentorum etiam ſemiputridorum collaudant. Quidam hoc faciunt vt copiam oſtentent, vel ignorantia, vel ſuperbia, & aliqui docti, ne videantur in remediorum cognitione minus exercitati.

Porrò cùm ſint quædam compoſitiones vtiles priſcis medicis excogitatæ, experientia & ratione receptæ & comprobatæ, nonnulla ſuccedanea inueſtigare, agnoſcere, & ſufficere oportet, vt parari poſſint nobiliſſima pharmaca, quæ ea ratione minimè excludenda & reiicienda: cùm non tanta infelicitate ſuccedanea quædam illis non inferiora interdum æquè bene expleant omnes pollicitationes genuini medicamenti.

## SVCCEDANEA, QVANTVM FIERI poteſt, eiuſdem ſint generis & ſpeciei.

*Rondelet.* Herba pro herba.
Radix pro radice.
Flos pro flore.
Semen pro ſemine.
Succus pro ſucco.
Lachryma pro lachryma.
Reſina pro reſina.
Muccago pro muccagine.
Metallum pro metallo.
Lapis pro lapide.
Terra pro terra.
Pix pro pice.
Axungia pro axungia.
Medulla pro medulla.
Auis pro aue.
Serpens pro ſerpente.
Pars animalis pro parte.

Commo-

## Compoſitio pro compoſitione.

Puluis pro puluere.
Trochiſcus pro Trochiſco.
Opiata pro opiata.
Electuarium pro electuario.
Pilulæ pro pilulis.
Eclegma pro eclegmate.
Tabella pro tabella.
Confectio pro confectione.
Conſeruatio pro conſeruatione.
Syrupus pro ſyrupo.
Emplaſtrum pro emplaſtro.
Oleum pro oleo, ſiue ſimplex, ſiue compoſitum.
Vnguentum pro vnguento.

## Theorema vniverſale vel commvne.

Medicamentum quod ſubſtitui debet, ſiue in internis, ſiue externis conuenire debet

- viribus occultis,
  - manifeſtis,
  - & conſiſtentia.
  - Sit etiam ſimile in
- Sapore,
- Odore,
- Ætate,
- Natalitiis & regione
- Natura & temperamento.

Nonnulla in externis remediis ſupponuntur, quibus in internis vti non licet: vt ſuccus Carpati ſubſtitui poteſt pro Lactucæ ſucco in externis: cùm tamen venenum ſit, nõ introſumitur.

Non totum ſimplex; ſed aliquæ partes ſubſtituuntur.
vt Muccago ſeminis Pſylij pro muccagine ſeminis Cydoniorum: non totum ſemen, quia pars interior temperamento differt à muccagine, & venenata putatur. Neque etiam Cydonium malum conuenit pro ſemine ſuo; quia viribus & conſiſtentia differt.

Formulæ quædam in quibuſdam remediis ſibi mutuo ſuccedunt. vt
Conſeruatio, pro ſyrupo eiuſdem ſimplicis, fructus, floris, vel radicis.
Conſeruatio Capillorum veneris, pro ſyrupo in opiata ſubſtitui poteſt: Sed in ſyrupi conſiſtentia non poteſt; quia remedij formula non patitur.
Pro liquidis liquida ſubſtitui debent: quare deficiente ſyrupo, aqua vel herbæ decoctum ſubſtituatur.

In quibuſdam conditis ſupponere licet ſyrupum Conſeruationis, quia in ſyrupo conſeruantur. Vt ſyr. Conſeruationis Citri, pro ſyrupo è corticibus Citri. Syr. Conſeruationis radicis Bugloſſi, pro ſyrupo de Bugloſſo.

Emplaſtris item pro vnguentis vti licet, & contra, modo pars affecta aſſentiatur. vt Emplaſtro filij Zachariæ, pro vnguento Reſumptiuo; & Reſumptiuo pro emplaſtro. In thoracis verò affectibus, niſi diſſoluatur aut malaxetur, non vtendum, quia emplaſtra impoſita dilatationem coſtarum & reſpirationem impediunt.

Emplaſtrum è Ceruſa, pro vnguento albo, niſi inflammatio prohibeat; quæ neque dura neque grauia ferre poteſt.

VARIA ALIA MEDICAMENTA PRO ALIIS ſubſtituere licet, modò vires correſpondeant.

Pilulæ pro confectionibus: & Confectiones pro pilulis. vt
Hyera ſimplex pro pilulis de Hyera & Benedicta; & contra.
Et pro pilulis pituitoſis; Electuarium Diacarthami; de Citro ſolutiuum.

Pro bilioſis, Electuarium de ſucco Roſarum & contra, obſeruata cuiuſq; quantitate. Hyeræ & ſimilium Electuariorum doſes augendæ, ob mellis molem, quæ medicamenti vires minuit.

Syrupus pro eclegmate, ſi lambendo aſſumi debeat, vt
Syr. Iuiubarum pro Looch ſano & expetto.
Syr. è Papauere, pro Diacodio.

Puluis pro trochiſco, & contra, vt
Diarrhodon pro trochiſcis diarrhodon.
Trochiſci de Squilla, pro eclegmate de Squilla, aucta vel imminuta quantitate pro ratione, indicatione morbi, & ſcopo medici.

In ſimplicibus partes aliquando religioſè non obſeruantur.
vt Turbith pro Agarico trochiſcato, & contra. Hic ſimplex pro compoſito ponitur, vel compoſitum pro ſimplici.
pro Agarico Colocynthis in minori quantitate.
Carthami duplum & triplum pro Agarico, & contra.

Difficile tamen inuentu ſimplex medicamentum ſubſtituendum quod verè vndequaque omnique ex parte conueniat; vt teſtatur Auicennas in ſuo canone; vbi vix reperies duo ſimplicia medicamenta, aliorum facultate ſimilium penuria, ſubſtitui tuto poſſint. Quod cùm difficillimum foret, ille aliquando duo, interdum tria, pari pondere & menſura, nonnunquam duplicato & triplicato, addita quinta aut octaua parte alterius medicamenti, ſupponit. Quia pauciſſima ſunt medicamenta quæ omnino ſimile temperamentum obtineant, aut eandem conſiſtentiam, craſſitiem, tenuitatem partium, & proprietates occultas.

Varius in compoſitionibus eſt medicamentorum vſus.
Vel ob calorem, frigus, humiditatem, ſiccitatem; in principio primi, in medio & primo gradus, & ſic de aliis.

Vel ob partium tenuitatem, vel craſſitiem, lentorem, ſaporem, odorem, colorem: quare id quod temperamento reſpondet, ſæpe diſſidet craſſitie vel tenuitate partium, vel alia facultate. Vt pro Aſaro Acorum ſubſtituendum cenſent. At in omni operatione non conuenit. non enim omnia poteſt Acorus, quæ Aſarum. Vrinas quidem & menſes ciet: (quare in vrceticis tantum ſupponendum) vomitum verò excitare, aquaſque educere, vti Aſarum, minimè valet.

pro Aſaro Acorus.

Eadem ratione Hyacinthus pro Anchuſa ſubſtituitur. Sed ſi ob colorem Anchuſa opus ſit, vt in vnguentis, Hyacinthus non conueniet.
Eius verò loco Lacca ſupponitur, vel Braſilia, Santala rubra, Lacca pictorum, vel Coccos baphica.

Aſſa dulcis pro fœtida non conceditur propter odorem, vt Auicennas ſubſtituit, in



ALEXANDER PEPPEL · VALENTINUS FERDINANDUS

affectibus vteri, quia odore iucundo vterum ſurſum alliceret: ſequitur enim odorata, fugit fœtida.

Propter ſaporem quædam vſurpantur; ſed non conueniunt vndequaque.

Pro Sacchato mel & mãna.

Pro Saccharo Mel & Manna ſubſtitui poterit in quibuſdam remediorum formulis, vt in medicamentis laxantibus: minimè autem in adſtringentibus, quia manna ventrem ſoluit magis quàm Saccharum vel Mel.

Muccus vtilis eſt in fluxu ſanguinis, & ob lentorem vſurpatur Fœnumgræcum, quod muccaginem reddit, ſed calidam: ideo in ſputo ſanguinis reiicienda, quemadmodum in externis remediis, vt Ophthalmia, in qua oui albumen præfertur quidem in principio & incremento, in ſtatu verò & declinatione muccago Fœnigræci commendatur.

Quæ ſupponuntur, non in omni formula remedij ſubſtituuntur.
vt Myrrha pro Bdellio in pilulis & vnguentis.

Sed in pilulis è bdellio nullo modo conceditur, quia ſanguinis fluorem & hæmorrhoidarum, vt menſes Myrrha, elicit.

In ſubſtitutis igitur hæc obſeruare oportet, vt ſuppoſititium in locum adulterati genuini penuria, eadem efficiat quod ipſum genuinum præſtabat.

Vt ſi calfaciebat, refrigerabat, humectabat vel ſiccabat, adſtringebat vel laxabat, vel concoquebat.

Pro Abſinthio ſimpliciter dicto in compoſitionibus Græcorum, Seriphium vel Santonicum.

Pro Abſinthio è Ponto vel Tauro monte, Romanum.

Pro Romano, illius loci vbi habitas.

Hoc licet in omnium herbarum delectu præſtare, quæ ſunt alicuius regionis; modò illam ipſam herbam regionis finitimæ, vel ſaltem ſimilimæ aſſumas. Cuiuſmodi eſt *Craux* vulgò Gallo-prouinciæ, ſiue Creta, vbi Thymus noſtras anguſtifolius & Epithymus optima & copioſiſſima.

Secundo loco herbæ regionum humidarum, modò æſtas ſquallida fuerit, in locum calidarum ſubſtitui poſſunt. Quod feciſſe Galenus docet in præparatione Theriaces.

Pro Macedonico Petroſelino, Petroſelinum alterius regionis.

Sed regionis ſimilitudinem obſeruare oportet. nam regio auget vel minuit medicamenti efficaciam & bonitatem.

Gal. de Ant.

Pro Iride Illyrica, Venetam ſumemus. &

Pro Africana, Florentinam.

## RADICES.

pro
- Rhapontico, Radix Centaurij maioris, vel noſtri Rhabarbari magma, ſiue Rhabarbarum ad alios vſus prius infuſum & expreſſum. Rhabarbarum torrefactum improbatur à multis propter empyreuma.
- Zingibere; Coſtus, & contra, vel Helenium, vel Pyrethrum.
- Coſto; Pyrethrum.
- Ariſtolochia longa; Rotunda, & contra; vel vna pro omnibus.
- Acoro, Calamus aromaticus Officinarum, & contra.

pro

Acoro in laxantibus & cientibus vrinas & menſes; Radix Aſari.

Aſaro, quando purgare & vomitum ciere opus eſt; Elleborus, Semen geniſtæ & Raphani, vel hæc tria ſimul.

Galanga; Cyperus rotundus; & contra.

Calamo odorato Libani; Schœnanthum, calamus ſiue Acorus officinarum: ſi ad odorem ſolum; Santalum citrinum officinarum.

Althæa; radix maluæ hortenſis, vel ſyl.

Aſparago altili; Corruda imminuta quantitate, quia acrior & efficacior.

Ruſco; Radix Aſparagi, & contra.

Cortice radicis Capparis; Cortex radicis Tamariſci, Sambuci, Ebuli, Populi & Lauri.

Apij; Petroſelini, vel Macedonici.

Gentiana; medietas Aſari & radicis Capparis.

Turbith; Thapſiæ radix, ſiue Turbith Meſuæ, Agaricus trochiſcatus, vel Colocynthis minore doſi.

Zingibere, Mechin.

Serpentaria, Iarus, Dracunculus.

Lapatho, Oxalydis radix.

Rhabarbaro ad laxandum, ſuccus Roſarum.

Rhabarbaro ad adſtringendum; Hydrolapathi radix, vel Galangæ maioris, ſi calore opus eſt; ſi refrigeratione, radix Biſtortæ.

Nardo, Nardi ſpecies.

Secacul, radix paſtinacæ marinæ.

## SVCCEDANEA QVANTVM FIERI POTEST SINT SIMILIA omni ex parte, viribus, genere, & ſpecie. vt,

Omnes Dauci ſpecies,
Intybi,
Adianti,
Condrillæ,
Hierachij,
Rumicis,
Abſinthij,
Abrotoni,
Sideritidis,
Aconiti,
Veratri,
Anagallidis,
Anchuſæ,
Anemones,
Aſparagi,
Braſſicæ,
Calaminthæ,
Cæpæ,
Chelidonij,
Coſti,
Nardi,
Betæ,
Bliti,

Iuniperi,
Sabinæ,
Cedri,
Rhamni Dioſc.
Myrthi,
Piperis,
Cyclaminis,
Ranunculi,
Hederæ, excepta Hederula terreſtri.
Rutæ,
Seſeli,
Apij,
Roſmarini,
Marrubij,
Leucoij,
Orcheos,
Maluæ,
Polygoni maris & fœminæ.
Symphyti,
Tribuli,
Rubi,
Equiſeti,
Vrticæ,

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DE ... ONIVM

Tithymalorum,
Mercurialis,
Heliotropij,
Origani,
Ariſtolochiæ,
Valerianæ,
Bituminis,
Picis Reſinæ,
Allij,
Porri,
Plantaginis,
Panacis,
Paſtinacæ,
Lychnidis,
Coniſæ,
Nymphææ,
Anthemidis,
Verbaſci.

Et denique omnes, niſi quid proditum inhibeat, vt de Clematide; quarum altera vrere, ventrem laxare, bilem, pituitam trahere ſcribit Dioſc.

Prior verò alui profluuia & dyſenterias ſedat.

Sic cucumis agreſtis, & ſatiuus: pepo & colocynthis. ſed hæc paucis euenire ſolent.

De partibus etiam obſeruandum. nam aliquæ facultatibus differunt, vt Radix medij menſes decocta ſiſtit per aliquot dies ſumpta. Semen autem in vino ſumptum menſtrua pellit.

Iuniperi fructus introſumuntur; ramenta vero occidere produntur.

Coriandri herbæ ſuccus interficere creditur: ſemen verò medicatum.

Qua ratione medicos minimè vniuerſalibus, ſed potius particularibus niti præſtaret: Nam eorum plerunque eſt maxima differentia quæ eadem eſſe putantur.

Sume igitur

Pro folio Indo & Malabathro, folia Citri, Canellæ vel Malabathri vulgaris.
Pro foliis Lauri; Citri folia.
Papaueris albi; Solani folia; Papaueris nigri minore quãtitate, vel folia Hyoſcyami albi.
Lactuca; Scariolam; & contra.
Cichorio ſyluestri; Dentem Leonis.
Pro Dyctamni prima ſpecie; ſecundam, tertiam, vel pulegium.
Calamentha montana prima; ſecundam, & tertiam. Sic de ſimilibus.
Chamæpity; Chamædryn, & folia Eupatorij.
Malua ſyluestri; hortenſem.
Malua arboreſcente; Altheam.
Thlaſpi; Naſturtium.
Mentha; Balſamitam.
Pulegio Regali; Ceruinum, & contra.
Lepidio Pauli Æginetæ; Drabam, vel Iberida, vel Naſturtium.
Phyllitide; Aſplenium ſiue Scolopendrium, Ceterachve, & contra.

Foliis Oleæ vel Lentiſci } Folia { nucum Iuglandis, Cupreſſi, Pini, vel Pinaſtri. }

Foliis Myrthi { Baccas Myrthi, vel Iuglandis nuces immaturas. }

Thymo; Satureiam, vel Origanum.
Ruta ſyl. Rutam domeſticam ſiccatam maiori quantitate, vel contra.

Spica

ALEXANDER PP VI · VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONVM

Spica Lauendula; Lauendulæ ſpecies hortenſes.
Adianto; Saluiam vitam, Polytrichum, Adiantum nigrum Plin.
Telephio; Portulacam.
Portulaca; Vmbilicum Veneris.
Foliis Terebinthi; Lentiſci folia.
Myrtho alba; nigram, & contra.
Foliis Myrthi; folia Pyri ſylueſtris, Sumachi, Lentiſci, Cotinos, Sorbi, Cydoniorum.
Foliis Oleaſtri; Oleæ folia.
Foliis Sambuci; Ebuli, & contra.
Betonica; Verbenacam.
Meliſſa; Marrubium, & contra; Corticem Citri.
Apio montano; domeſticum ſiccum in maiori doſi.
Cæpea; Portulacam.
Nardo montana; Nardum Gallicam.
Philyreæ foliis; Oleæ folia, & contra.
Foliis Caprifici; Ficus domeſticæ folia, & contra.
Thymbra; Thymum vel Serpillum.
Coriandri foliis; Petroſelini hortenſis folia, in externis remediis tantum.
Hypomarathro altero; Coriandrum vel Petroſelinum domeſticum.
Foliis Dauci; paſtinacæ agreſtis vel domeſticæ folia.
Coniſa prima; ſecundam.
Coniſa ſecunda; tertiam maiori quantitate & ſiccatam.
Sanguinalis fœminæ foliis; folia maris, & contra.
Hippuride prima; ſecundam, & contra.
Semperuiuo maiore; paruum Vmbilicum veneris, & contra.
Foliis Labruſcæ; domeſticæ vitis folia minus cultæ.
Chamælæa; Thymelæam, Chamæpitym primam Dioſc. Laureolam.
Dioſc. Alſinæ foliis; Helxines folia, & contra.
Vite alba; nigram, & contra.
Rondel. Bubonio, ſiue Inguinaria, ſiue Aſtere Attico; Antirrhinum, & contra.
Foliis Sabinæ; folia Cupreſſi, Iuniperi, & Caſſiam.
Dorycnio; Mandragoram, & contra.
Draguntio; Ari.
Foliis Abietis; Populi folia.
Eryſimo; Erucam, & contra.
Foliis Hippolapathi; Lapathi folia.
Foliis Piceæ; folia Pini.
Lathyridis foliis; Tithymali folia.
Libanotide ſterili; folia Libanotidis coronariæ.
Lepidij foliis; Naſturtij folia.
Nymphæa alba; luteam, & contra.
Sorbi foliis; Meſpili folia, & contra.
Oxyacantha vera; Pyraſtrum.
Foliis Pepli; Tithymali folia.
Pityuſæ foliis; Tithymali folia.
Polygoni maris foliis; fœminæ folia.
Filice fœmina; marem.
Seride; Condrillam.
Smyrnio; Apium aut Petroſelinum.
Solano hortenſi; Halicacabum.
Symphyti Petræi foliis; alterius folia.

Pro Beta alba; nigram.
Pro Vnius ſpeciei Tithymali foliis; folia aliorum in laxando.
Pro Tragorigano; Origanum, & contra.
Pro Foliis Tribuli terreſtris in refrigerando; folia aquatici; non in humectando.
Pro Hypecoi foliis; folia Papaueris.
Pro Verbaſci vnius foliis; aliorum folia.
Pro Spica Indica, Syriaca; Valeriana.
Pro Viticis foliis & ſemine; Rutæ folia & ſemen.
Pro Seridis foliis; Lactucæ folia.
Pro Buglosſo ſiue Borragine latifolia; Bugloſſum anguſtifolium.
Pro Soncho leui; Sonchum aſperam, & contra.
Pro Fumaria; Senam.
Pro Hyſſopo; Origanum, Sampſucum.
Pro Hyperico; Androſemum, Aſcirum, Schœnanthum.
Pro Stæbe Dioſc. Stæben herbariorum, Iaceam, Scabioſam, Paſtoream burſam, Bellides, & Gnaphalia.
Pro Halyca, Auenæ ptiſanam totam.
Pro Amylo; farinam ſiliginis ſiccam.

## TABVLA PRIMA REFERENS CAPSVLAS RADICVM ET CORTICVM.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5 | Costvs | | Cinnamomum ſiue offic. caſſa tenuis | Cortex internus nucis moſchatæ | Aſarum | |
| 4 | Zedoaria | Calamus odoratus | Caſſia ſiue offic. cinnamomũ craſſum. | Nux muſchata | Schœnãthum | ℞ Cortice thuris |
| 3 | Zurumbet | Galanga maior | Phu | Macis | Spica Nardi | Cortex Pini |
| 2 | Mequin | Galanga minor | Anthophylli | pro Folio Malabathri | Spica Celtica | vel Lentiſci |
| 1 | ℞ Zingibere | Cypero | Caryophyllis | | | |

| | | |
|---|---|---|
| Cortic. quercus | Cortic. mali granati | Cortic. myrobal. Citrinarum |
| Ilicis | Cortex nucis Iuglandis | Kebularum |
| Suberis | | Indarum |
| | | Emblicarum |
| | | Belliricarum |

In hac tabella primum repoſuimus Zingiber, quia frequentius eo vtimur quàm Mequin (quod ſpecies eſt Zingiberis) ſi fortè alterum pro altero ſumatur, nihil inde

PP mali

mali inde ſequetur. Zerumbet, Zedoariam & Coſtum in vltimis capſulis repoſuimus, quia eis minus frequenter vtimur. Hoc modo medicamentis diſpoſitis multò minori negotio medicamenta parabuntur, vt quæ frequenter in compoſitionibus ſimul ponuntur, ſimul inueniantur. Adde quòd hæc medicamentorum diſpoſitio ἀντιβαλλόμενα indicabit. Nam quæ in prima capſula ponuntur, pro ſecunda poni poſſunt, & è contra diminuto pondere. Cùm dicimus quantitatem augeri, nolumus duplum ſubſtitui; quia hęc medicamenta non ſunt duplò fortiora; quamquam pro Cinnamomo duplum Caſſiæ iuſſerint antiqui ſubſtitui: nam ſi medicamenta ſint adeò imbecilla, ſatius eſt eis nō vti, quàm duplo pondere ſuſtituere ea: nam moles medicamenti augetur, & vis aliorum medicamentorum minuitur. Vt omnia medicamenta ordine digerantur, oportet locum in multas claſſes diuidere, & in vna claſſe partes ſuperiores atque inferiores. In iiſdem claſſibus diſtinguenda erunt medicamenta calida, frigida, ſicca & humida, tam ſimplicia quàm compoſita.

## Capſula radicum ſecunda.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 5 | Coſtus dulcis Arabum | | |
| 4 | Tuſſilago | Piſtolochia | |
| 3 | Helenium | Clematitis | |
| 2 | Iris Florentina | Ariſt. longa | Hermodactylus |
| 1 | pro radice Iridis Venetæ | Ariſtolochię rotundę | Aſphodeli |

## Capſula radicum tertia.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 5 | Graminis | | | | | | Glycyrrhizæ |
| 4 | Aſparagi | | | Staphiſagriæ | | | Tuſſilaginis |
| 3 | Ruſci | Oenanthes | Ariſtolochiæ oīs | Bryoniæ | Zeduarię | Cyperi | Helenij |
| 2 | Petroſelini rad. | Rubiæ maioris | Aſari | Pyrethri | Coſti | Galangę minoris | Venetæ radix |
| 1 | pro Apio | Penthaphyllo | Cappari | Mequin | Zigibere | Galanga craſſa | Iride Florentina |

Capſula

Capſula radicum quarta.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | Cucumeris agreſtis | Centaurei minoris | Polypodij | Ellebori vtriuſq; | | |
| 2 | Aſphodeli | Suc. Roſ-rum | Turbith | Ebuli | Aſari | Hermodactylorum |
| 1 | pro rad. Gentianæ | Rhabarbari | Agarico | Hermodactyli | Cyclaminis | Aſphodelorum |

Capſula radicum quinta.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | Borraginis | | Maluarum | Thlapſi barbati | Sphondylij | Radix Vlmi. |
| 2 | Bugloſſi | Behen rubri | Biſmaluarum | Biſtortæ | Pancratij | Conſolidæ minoris |
| 1 | p rad. Glycyrrhizæ | Behen albi | Liliorum | Quinquefolij | Squillæ. | pro radice Conſolidæ maioris |

Capſula radicum ſexta.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 5 | | Corticis rad. lauri | Aſari | Staphidis agriæ | Behen rubri |
| 4 | | Cort. rad. Sambuci, & Ebuli | Ari | Clematitidis alterius ſiue Flammulæ | Behen albi |
| 3 | | Fraxini, vel Populi | Serpentariæ | Rad. Dentillariæ | Borraginis |
| 2 | Rubiæ minoris | Thamariſci | Raphani agreſtis | Pyrethri | Bugloſſi |
| 1 | p rad. Rubię maioris | Cortice rad. Capparis | Cortic. Sambuci | | Glycyrrhizæ |

TABVLA SIVE CAPSVLA SEMINVM.

| 1 | 2 | 3 | 4 |
|---|---|---|---|
| pro ſem. Cucurbitæ | Melonum | Citrulli | Cucumeris |
| Lactucæ | Portulacæ | Endiuiæ | Scariolæ |
| Violarum | Papaueris albi | Papaueris nigri | Hyoſcyami |
| Bombacis | Maluæ, Biſmaluæ | Pſylij | Cydoniorum |
| Lini | Fœnigræci | Lauendulæ | Reyſi rubri vel Citrini |



ALEXANDER ... FERDINANDVS ...

| | | | |
|---|---|---|---|
| 5 | Citrinum | Xylobalſamum | Scobs Buxi |
| 4 | Rubeum | Surculi Lentiſci | Ebenum |
| 3 | pro Santalo albo | Aſpalathus | Guaiacum |
| 2 | | Ligno Aloes | Echinæ radic. |
| 1 | | | Salſaparilla |

Purgantiũ

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 1 pro Scammonio | 2 Diacridium | 3 Colocynthis |
| | Sena | Semen Chartami | Folia Braſſicæ marinæ |
| | Foliis Scammonij. | Thymelææ | Chamelæa |
| | Semine hederæ | Sem. Aſari | Semen Geniſtæ |

| |
|---|
| 4 Ammoniacum |
| 3 Sal gemmæ |
| 2 Sal petræ |
| 1 pro Sale nitro |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4 | | | | | Coccus Cnidius | |
| 3 | Thymus | Chryſocolla vel fortè Chryſolith. | Elleborus albus | Alhandal | Semen Cataputiæ | Rhaponticum |
| 2 | Epithymus | Lapis Armenus | Niger | Diacridium | Rad. Tithymali | Myrobalani 5. |
| 1 | ℞ Caſſitha | Lapide Laſuli | Colocynthide | Scammonio | | Rhabarbaro |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Polypodium | Rhabarbarũ | Chamelæa | Eſula |
| Turbith album | Lapatio | Thymelæa | Turbith |
| Turb. cineritio | | Braſica marina | Polypodio |

Seminum.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 5 | Capita papaueris | Acetoſæ | | | | | |
| 4 | Semen Mādrago. | Portulacæ | Citrulli | | | | Semen violarum |
| 3 | S. Hyoſcyami | Scariolæ | Melonũ | Biſmaluæ | Fœnigræci | | Cnici |
| 2 | Papaueris nigri | Endiuiæ | Cucumeris | Maluarũ | Lini | Pſylij | Vrticæ |
| 1 | S. Papaueris albi | Lactucæ | Cucurbitæ | Bombacis | Seſami | Cythoniorum | |

Seminum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5 | Cumini | Paſtin. ſyl. | Rutæ agreſt. | | | |
| 4 | Carui | Paſtinacæ domeſticæ | Rutæ domeſticæ | Sinapi | Semẽ contra vermes. | S. Paliuri |
| 3 | Fœniculi dulcis | Petroſelini | Ammeos | Erucæ | Caulium | Hyperici |
| 2 | Aniſi | Apij | Seſeli Æthiopici & Peloponẽſis | Thlaſpi | Rapæ agreſtis | Milij Solis |
| 1 | | | Seſeli Maſsilienſis | Naſturtij | Rapæ domeſticæ | Alkekengi |

| | | |
|---|---|---|
| Piper longum | Cardamomi maioris | |
| Piper album | Cardamomi minoris | Granorum paradiſi |
| Pipere nigro | | Cubebarum |

| | | |
|---|---|---|
| 5 | Berberis | Sorbarum |
| 2 | Vuarũ immaturarũ | Meſpilorum |
| 1 | Spinæ albæ | Cornorum |

pro { ſemine Myrti; Berberis, & contra. / Napi; Rapi. / Carthami, Vrticæ, vel Agaricus non trochiſcatus.

pro { Mandragoræ, Cicutæ. / Semine Aſari; Semen Geniſtæ.

Seminum & fruticũ.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 5 | Geniſtæ | Acetoſæ | Gallarum | Cytini | Vua Corinthia | | Ficus |
| 4 | Aſari | Citri | Sumach | Balauſtiarum | Paſſulæ mundatæ | Thamar Indi | Sebeſten |
| 3 | S. Hederæ | Berberis | Myrtillorum | Cortic. maligranati | Dactyli | Prunis acidis | Iuiubæ |
| 2 | | | | | Pruna dulcia | | Paſſulis mũdatis |
| 1 | | | | | Ficubus | | |

Capitis florum.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | Oenanthes | Cichorij | Nymphee luteæ | Sambuci | | Saluiæ | |
| 2 | Myrthi | Bugloſſi vulgaris | Nymphee albæ | Meliloti | Balauſtiarũ | Stœchadis | Geniſtæ |
| 1 | Florib. Roſarũ | Bugloſſi latifolij ſiue borraginis | Violarum | Chamæmeli | Cytini | Anthos | Sambuci |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 3 | Leucoij | | Flor. Cichorij | | Spicæ vulgo *aſpic* |
| 2 | rubri | Flor. Tamariſci | Flor. Intybi domeſtici | | Lauendulæ |
| 1 | Leu. lutei | Flor. Geniſtæ | | | Flor. Saluiæ |

## DE SVCCIS.

Pro Acaciæ ſucco;ſuccus Prunellorum probatur, & Rhois. Dioſc.

Auicenna item. Dioſcorides ſuccum Hypocyſtidis ſubſtituit: verùm aliquàto magis adſtringit & ſiccat ſi in antiquorum pharmacis recipiatur.

Pro Opio, Meconium;vel ſuccus Lactucæ ſyl.vel domeſticæ,quantitate maiori.

Pro Abſinthij ſucco; Abrotani, Eupatorij,vel Centaurei minoris vtriuſque vel Agerati.

Pro ſucco Abſinthij Pontici;Noſtratis Romani ſuccus:differt tantum regione,vt Macedonicum à Pontico. In externis remediis, Sanctonicum & Marinum; vel ablutum leuiter in internis concedatur.

Pro Opobalſamo; Stacte,i. ſtyrax liquida non adulterata, vel oleum Myrrhæ. In ſuffuſionibus ad digerendum; Oleum Spicæ Lauendulæ, quod æquè tenuium eſt partium.

Pro Glycyrrhizæ ſucco,infuſum & decoctum eiuſdem; vel ſuccus vuarum paſſularum, vel vinum coctum, ſiue ſapa.

Pro Lycio; Amurca.

Pro Citri ſucco; Limonum.

Pro Thymelææ: Chamelææ ſuccus.

Pro Cyclaminis; Iridis.

Pro Omphacij;Rhois, & contra.

Pro Aloe; Abſinthij ſuccus.

Pro Semperuiui; Cotyledonis ſuccus & contra. Vel Solani, Lactucæ.

Pro Sanguine Draconis; Laccam ſuſtinuit Auicennas.

Pro Elaterio; ſuccus cucumeris agreſtis aliquantum coctus.

Pro ſapa; vinum dulce,& contra.

Pro Licio; Gentianæ ſuccus in vlceribus.

Pro aqua fontana; fluuiatilis.

Pro aqua plu. fluuij potius quàm fontana,contrà quàm Galenus præcipit in Diacodio, quia compoſita eſt partim ex pluuia,partim ex fontibus.

## DE LIQVORIBVS ET LACHRYMIS.

Pro Opobalſamo,Stacte ſiue myrrha liquida natura vel arte parata: Liquor Terebinthi.

Non { Opocarpatum, vt auctor Succedaneorum præcipit,<br>Oleum laurinum.<br>Liquor myrthi. }

Non ſemen Myrti, & Zedoariæ, vt præceptores noſtri ſtatuerunt. pro Carpobalſamo ſemen Lentiſci vel Terebinthi, cuius multæ ſunt ſpecies. Cubebe in minori doſi,vel Terebinthi partes duæ, vna Cubebarum.

pro Cedria { Oleum è ramentis Iuniperi paratum per deſcenſum.<br>vel Gummi Iuniperi. }

Pro Xylobalſamo, ſurculi Lentiſci.

Pro Oleæ lachryma; G. Elemni.

Pro Myrrha,Bdellium,vel ſuccus Smyrnij, vel Apij.

Pro Opopanace; Ammoniacum, vel Galbanum; vel Bdellium,maximè cùm emollire volumus. Gal. vſus eſt Propoli in externis.

Pro Manna thuris;cortex cui adhæret aliquid thuris.

Pro Thure; Maſtiche & reſina pini ſicca.

Pro Styrace; Benzoinum.

Pro Terebinthina; Maſtiche.

Pro Maſtiche; Abietina reſina indurata aut frixa, vt docet Dioſc.
Pro Cupreſſina; Laricina.
Pro Abietina; Reſina pini.
Pro Pice, Reſina pini cocta.
Pro Pice liquida; pix oleo diſſoluta, vel pix ex oleo Iuniperi liquefacta.
Pro Piſſaſphalto; pix & bitumen.
Pro Mumia; Piſſaſphaltum.
Pro Aſphalto; Petroleum; vel Gagates, & contra. Et carbones petræi è terræ viſceribus, quibus fabri ferrarij vtuntur.
Pro Lacca; Myrrha.

## DE MINERALIBVS.

Pro Antimonio; plumbum vſtum & contra. Auicen. & Stagnum vſtum.
Pro Lithargyro; plumbum vſtum, Molybdæna.
Pro Plumbo, Stannum.
Pro Flore æris, ærugo.
Pro Spodio; Antiſpodium ex myrto, lentiſco, olea, oleaſtro, malo cydonio, vel cornu cerui vſtum.
Pro Pompholyge; Spodium Dioſc.
Pro Cadmia; Lapis calaminaris.
Pro Sandaraca Græcorum; Auripigmentum, & contra.

*Præſens examen ſtirpium nihil habet S. Romanæ Eccleſiæ fidei contrarium aut Reipublicæ offenſiuum: poterit ergo in multorum commodum typis excudi.*

Sebaſtianus Baer Delphius inſignis Cathed. Eccleſiæ S. Mariæ Antuerpienſis plebanus & Canonicus.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS DEI GRA REX ARAGONVM